00079959

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

Ingenuo bonaeque spei
adolescentulo
Johanni Blomkert
diligentiae praemium,
cum e quarta classe in ter-
tium secundus promoveretur,
dederunt Curatores Scholae
...uniana V id. Septemb.
IↃCCCIX.
[illegible]
W. Heerenbeek
Joh. Jan...
Johannes Doesburgh.

Rectore me.
Joh. Silvio.


OPUSCULA
MYTHOLOGICA
PHYSICA & ETHICA
GR. & LAT.
G. de Lairesse f.
AMSTELÆDAMI,
Apud HENRICUM WETSTENIUM 168

O
292.1
Gal/Opu
79959

00079959

OPUSCULA MYTHOLOGICA PHYSICA ET ETHICA.

GRÆCE ET LATINE.

Seriem eorum ſiſtit pagina Præfationem proxime ſequens.



1246

79959

AMSTELÆDAMI

Apud HENRICUM WETSTENIUM.

CIƆ IƆC LXXXVIII.

SPENCERO COMPTONIO

Honoratiſſimi Comitis

NORTHAMTONIÆ

Fratri Germano

T H. G A L E S.

Sæpe videor obſervaſſe, o decus noſtrum, quàm parum Tibi placeant *fabularum* Scriptores. Animis enim benè natis, & verè magnis non niſi magna & ſolida ſatisfaciunt. Soles quoque à me ſubinde quærere,

 re,

re, *ubi ſit illa veterum Sapientia: Poëtas, ſcriptorum vetuſtiſſimos, æternis portentis refertos eſſe. Ecquando dabitur meram intueri veritatem?* Ad hanc ſitim tuam minuendam nonnihil facient Auctores, quos nunc Tibi inſcribo: Horum aliqui eadem, ac Tu, olim conqueſti ſunt. Poſtquam iſtos pervolveris, ſi ulteriùs, (quod fore auguror) aſcendere geſtias; occurrent Tibi, quaſi in ſecundo Stadio, viri duo venerandi, *Ocellus*, & *Timæus*. Horum Sublimitas in Speculationibus *naturæ* vehemen-

menter oblectabit ingenium tuum ad omnia ſublimia comparatum: nec deterrebit Te obſcuritas ſcriptionis; Tibi enim nihil in ullo literarum genere impervium, aut impenetrabile opponi poteſt: Hactenus, inquies, μικρῶν μυστηρίων ἐπόπτης ſum. Ecce igitur præclaros aliquot *morum* Magiſtros. In his, opinor, defixus hærebis, & miraberis homines in mediâ gentilitate poſitos. Accendent Te, ſat ſcio, & inflammabunt omnium virtutum in venis tuis latentes ſcintillas. Hîc Tibi, in loco tuto verſanti, inpræſentiarum valedico, ſi priùs monuero; Multi parentes, quoties ſuis benè pre-

cantur, Te ſuorum votorum faciunt menſuram: Eſt & tibi menſura quædam præſcripta, (ad quam contendere debes) Majorum tuorum ſplendor, fortitudo, conſtantia, religio: ita Tibi ſe plurimum debere olim ſentiet patria tua: nam quantum familiæ tuæ debeat, nulla unquam ætas conticeſcet. Iterum Vale.

Dabam Londini, Kal. Decemb.
Anno Chriſti cIↃ IↃ c LXXXVII.

THO.

THO. GALE

PRÆFATIO

De Scriptoribus Mythologicis, &c.

AD LECTOREM.

V*Etus eſt & receptiſſimus mos informandi puerorum animos per fabulas. Eâ de re Plato in* 2°. *de Rep. ſic diſſerit*; Sermonum formæ ſunt duplices, vera & falſa; in utrâque erudiendus eſt puer, & primò quidem in falsâ. *Hunc morem non tam ratio quàm neceſſitas dictare videtur, nam tinctores per ſurdos colores adſpirant ad feliciores. ſanè fabuloſa hiſtoria, infirmitate ingenii humani, vehementius ferè nos oblectat, quàm ipſa veritas. Et ideò à poëtarum lectione plerumque ſtudiorum rudimenta auſpicamur: ſpecioſa miracula, & mendacia, modo ſint ſplendida, facilè ſeſe nobis inſinuant.*

Iſtis poëtarum illecebris multi faſcinantur; & ad Sirenum ſcopulos hærent, nihil ultra voluptatem & ψυχαγωγίαν *cupientes; Contra iſtum morbum, cautos, tutoſque nos præſtare voluit Plutarchus ſuo* de audiendis Poëtis *libello. Alii autem, non minus periculosè deliri, nihil credunt iſtis fabulis ſubeſſe veritatis; Orphea, Homerum, Heſiodum nihil aliud ſpectaſſe, quàm ut figmenta ingeniosè concinnarent, omnemque ipſos ſibi fidem detrahere, dum hominibus Deos deteriores faciunt; nec alios ſuorum miraculorum teſtes producunt, quàm iſtos Deos, quos ipſi finxerunt. Huic hominum generi ut remedium eſſet ad manum, collegimus in unum corpus hos Auctores,*

res, qui demonſtrabunt nec relligioni ſine ſymbolis & myſteriis, nec naturæ ipſi ſine peplo, nec eloquentiæ ſine tropis & allegoriis ſuam poſſe conſtare dignitatem. De nonnullis igitur horum ſcriptorum, Lector Candide pauca præfari libet, ne forte aut hoſpes aut laſſus ad eos perlegendos accedas.

I. Palæphatus *ex iis ſatis dignoſcitur, *quæ de eo Ger. Voſſius collegit; ea hîc prætermiſi, (ne actum agerem) & occurrunt poſt paucas pàginas.*

II. Heraclitum *è tenebris primus produxit Leo Allatius.* Heraclitus, *inquit ille*, Scriptor eſt antiquæ notæ; ſed inter tot ejuſdem nominis Scriptores, quiſnam ille fuerit, expiſcari alius fortunatius poterit.

Scio equidem Heraclitum & Heraclidem & Heracleonem *aliquoties inter ſe permutari. Sanè liber ille de* Allegoriis Homericis, *quem in hoc corpuſculo mox edimus, Heraclitum habuit auctorem; eum tamen ſub Heraclidis nomine alii evulgârunt. Nihil igitur obſtat, cur non, vice verſâ, Heraclitus pro Heraclide aliquando reperiatur. Quod in ſcriptore hoc accidiſſe veri eſt ſimile. Agatharcides Cnidius multa Heraclidis opera in epitomas redegit; Teſtis ſit Photius* Bibl. tmemate 214. *Inter has ejus epitomas recenſet* ἐπιτομὴν θαυμασίων, καὶ ἐκλογὰς ἱςοριῶν. *Atque hæc non multum abludere videntur ab his quæ tractantur in hoc opuſculo. Palæphati* ἱςορία *apud multos venit pro* περὶ ἀπίςων ἱςοριῶν. *Addo his, eundem Agatharcidem in ſuo quodam apud Photium libro, plurimas collegiſſe* fabuloſas hiſtorias, *quæ quidem ipſæ & apud hunc noſtrum occurrunt.*

Illud quoque non videtur prætermittendum; Teſte Laërtio Heraclides ſcripſit περὶ τῶν ἐν ᾅδου; *iſta autem verba titulum faciunt capitis 21. hujus noſtri Heracliti. Ego igitur ſic cenſeo: libellum hunc eſſe epitomen operis majoris, cujus auctor fuerat Heraclides; Epitomes auctorem puto fuiſſe Agatharcidem. Liber Heraclidis* περὶ πολιτειῶν *idem fatum paſſus eſt; & fortè ab eodem Agatharcide.*

III. *Subjunxi Heraclidi (ſive Heraclito) Anonymum, ob argumenti affinitatem. Hunc debemus Allatio, Allatius Va-*

ticano Codici ; ex eo enim procudit , Anno MDCXLI , *Romæ.*

Anonymus *hic quis fuerit non multùm refert indagare. Sunt enim ea de quibus diſſerit levioris momenti, excerpta ex opere aliquo majori, tanquam* Χρηςομαθίαι , *quod illud* ὅτι *ſatis docet. Duo prima capita inter* ἄπιςα *malè collocantur. Ex eo quædam tranſtulit verbatim Phavorinus. Ex eo Ampelius emendari poteſt, capite de* Miraculis. *Quiſquis fuerit , videtur vixiſſe poſt Proclum Platonicum , quem citat, hoc eſt , poſt tempora Theodoſii & Leonis Thracis. Suſpicor etiam à Græcorum religione fuiſſe alienum hunc Anonymum, vel ſaltem eum qui excerpta hæc nobis confecit. vide cap.* 14. *pag.* 91.

IV. *Sequitur* Eratoſthenis *opuſculum de* Cataſteriſmis. *Corrigendus eſt Suidas in* Ερατοσθένης, *ubi nunc* καταςηριγμοὺς *legimus. De Eratoſthene idem Suidas hæc habet.* Eratoſthenes, Aglai, vel (ut alii tradunt) Ambroſii F. Cyrenæus, Ariſtonis Philoſophi Chii, & Lyſaniæ Cyrenæi Grammatici & Callimachi Poëtæ diſcipulus. Accerſitus autem eſt Athenis à tertio Ptolemæo & ad quintum uſque vixit. Quod autem in omni doctrinæ genere ferret ſecundas ab illis, qui ad ſumma acceſſerunt, cognomento vocatus eſt βῆτα. Alii verò, etiam ſecundum, vel juniorem Platonem, alii, Quinquercionem appellarunt. Natus autem eſt CXXVI Olympiade. Obiit autem Anno Ætatis LXXX, abſtinens à cibo, vel ex inedia, propter hebetatam oculorum aciem, relicto inſigni diſcipulo Ariſtophane Byzantio, cujus rurſus diſcipulus fuit Ariſtarchus. Ipſius vero diſcipuli fuerunt Mnaſeas, & Menander, & Ariſtis. Scripſit autem & philoſophica, & poëmata, & hiſtorias, aſtronomiam, ſeu ſtellarum ſitus, de Philoſophorum ſectis, de vacuitate doloris, Dialogos multos & multa Grammatica.

Sed ut tanti viri induſtria, & ingenii monumenta pleniùs

cognoſcan-

cognoſcantur, *placuit hic indiculum contexere ejus operum; ſimulque apponere auctores*, *ex quibus plura de iis* (*quàm noſtra nunc fert ſcribendi ratio*) *quiſpiam haurire poſſit. Scripſit igitur Eratoſthenes*, *Amathuſiam*, Heſych. *Anterinnyn*, Athen. & Schol. Nican. *Architectonica*, *quæ eadem fortè cum Scenographicis*, Pollux & Schol. Apoll. Rhodii. *Ariſtonem*, Athenæus: *Arithmeticam*, Nicomachus, Jamblichus, Philop. Boet. *Arſinoen*, Athenæus: *Aſtronomica*, Plutarchus, Suidas, Hipparchus, Ptol. Proclus *in* Tim. *De Bonis & Malis*, Harpocr. Cl. Alex. *De Canone Pyth.* extat. & Nicom. *De vet. Comœdiâ*, Plut. in Demoſt. *&* libro, an ſeni ger. Reſp. Laërt. Harpoc. Athen. Poll. *Coſcinum*, Nicomach. *Chronologiam*, Cicero Dion Halic. Cenſorinus, Cl. Alex. Euſeb. *De Cubo*, Extat Oxonii. *Declamationes*, Strabo. *Dialogos*, Suidas. *Dimenſiones*, Vitruv. Plinius, Capella, Macrob. *De Divitiis*, Plutar. Them. *De Doloris vacuitate*, Athen. & Suidas. *Epiſtolas* ad Incertos; ad Hegetorem, Polybium, Ptolemæum: Athen. Eutoch. Macrob. *Erigonen*, Verſu, Hyginus, Longinus, Stephanus. *Erinnyn*, Schol. Nican. *Gallaticam Hiſt.* Steph. in βοὸς Κεφ. Hoc opus puto fuiſſe Calliſthenis; nam Eratoſthenes non pervixit ad tempora Pruſiæ cujus ibi ſit mentio. *Geographiam*, Strabo, Vitr. Steph. Plin. Cæſar, Theon, Cleomed. Sch. Apol. *Gnomonicen*, Vitru. Cleomed. *Grammaticen* lib. 2. Cl. Alex. Heſych. *Harmonica*, Ptolem. Nicom. *Homeri Diorthoſin*, Athen. Strabo. *Mercurium*, *ſive Hermetem*, cujus aliquot carmina extant apud Achil. Tatium. Sch. Nican. & Apollonii., Athen. Macrob. Val. Probum, Heracl. Pont. Steph. Sch. Sophocl. *&* Ariſtoph. *De Nilo*, extat fragm. Proclus in Timæum. *De Octoëteride*, Geminus & Achil. Tatius. *De Olympionicis*, Athen. Cl. Alex. Laert in Emped. *Paſtoralia*, Procl. in Heſ. *Periplum*, ſed Marcianus Heracl. adjudicat hoc opus Timoſtheni; Alii putant legi oportere περὶ πλούτου apud Plut. in The-

Themiſt. *Pinacem*, Strabo. *Platonicum*, Stobæus Phy. Ecl. Theon. *De ſectis Philoſophorum*, Stephan. Suidas, Laert. *De Sectionibus Conicis*, Procl. ad Eucl. *De Ventis*, Achil. Tatius. *Ex his non facile dici poteſt*, *an* Dialogi *non ſint idem opus cum eo de* Doloris Vacuitate, *&* Chronographia *ſive* Chronologia *id*, *quod inſcribitur aliter de* Olympionicis. *Interim vides*, *Lector*, *ex tanto Eratoſthenis theſauro quàm pauca ramenta ad nos devoluta ſunt.* Cataſteriſmorum *libellum poſt tot ſecula* (*Hyginum & Germanicum ſi excipias*,) *nemo*, *quod ſciam*, *vidit*. *Primus eum publici juris fecit Sanctiſſimus Vir Joan.* Fell ὁ μακαρίτης, *Epiſcopus Oxonienſis*. *Vereor autem*, *ut Præſulis Venerandi exemplar integrum fuerit. Sanè in eo vertendo*, (*quod* αὐτοσχεδιάζων *feci*) *nonnullos hiatus mihi videbar obſervaſſe. Unde nec Notarum quicquam Eratoſtheni apponere viſum fuit*, *donec* τὸ ἔδαφος *ſtabile & fixum nanciſci contingeret.*

V. Cornutum *primus publicavit Aldus. Aldi* Codex *in fronte* Phurnutum *vocavit*, *in calce* Cornutum: *ſimilem inconſtantiam obſervavi in Codd.* Oxonienſibus. *Eſt tamen unus inter eos*, *qui Cornuti nomen præfert*, *cui etiam aſtipulatur M S. Vaticanus. Video etiam in quadam* Philelphi *epiſtolâ ad* Pallantem Strozzam, Κορνοῦτον Ῥωμαῖον περὶ ἀλληγοριῶν. *Omnem hac in re dubitationem nobis tollet Auctor Etymologici magni in V.* Ζεὺς; *quædam enim adducit ex hoc ipſo libro*, *ejuſque parentem facit* Κορνοῦτον ἐν τῷ περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας. *Theodoretus quoque* in ſecundo ſermone ad Græcos *ſic citat*, Κορνοῦτος ὁ φιλόσοφος τὴν Ἑλληνικὴν Θεολογίαν ξυντέθεικε. Cornutus Philoſophus Græcanicam Theologiam compoſuit. *Unde obiter liceat obſervare*, *iſtos MSS. Codd. qui habent*, ὦ παιδίον Γεώργιε, *lin.* 1, *eſſe recentioris ævi. Forte igitur integrum hominis nomen fuerit* Ἀνναῖος Πολυδεύκης Κορνοῦτος.

Sunt & alii, *qui Cornutum appellaverunt hunc ſcriptorem. Porphyrius in libro de* Antro Nympharum *profitetur ſe libenter ſequi Cornutum in Allegoriis eliciendis. Imò*, *paginâ* 262. *de* Ant. N. editionis Cantabrigienſis *ſic ſcribit*, ὅθεν

ἐπιθυ-

ἐπιθυμίας μὲν &c. Hæc autem ſunt ipſiſſima verba hujus Cornuti, quemadmodum reſtitui ex MS. Cod. in n. 2. p. 148. *Adhuc idem Porphyrius in libro* περὶ ἀγαλμάτων *quædam diſputabat de voce* Ζεύς; *ea hauſit ex ſecundo capite hujus libelli. Docet autem* L. Holſtenius *ea verba tributa fuiſſe Cornuto a Jo. Stobæo, etiamſi nunc dierum non addatur in Stobæo nomen Cornuti. Sed hoc nemini videri debet mirum, qui viderit ſchedas* Andreæ Schotti, *in quibus multa reperiuntur quæ fruſtra quæras in Stobæo edito.*

Romæ quidem ſub Nerone claruit Annæus Cornutus *Gente Græcus, ſectâ Stoicus. Annæum audis; & in familiâ Senecarum aut Lucanorum agitaſſe facile credes. Habuit in Philoſophiâ auditores præter alios* Annæum Lucanum & A. Perſium. *Auctor vitæ A. Perſii ait Cornutum multa reliquiſſe Philoſophiæ ſuæ monumenta. Ea viderunt* Origenes, Porphyrius, Jamblichus, Syrianus, Stobæus, Simplicius *& alii. Quamquam fortaſſe non eundem intelligunt omnes Cornutum, nam Platonicus, non Stoicus mihi videtur ille Cornutus, quem Stobæus adducit: item is qui toties Proclo laudatur.*

Nec tantùm ob Philoſophiam inclaruit Cornutus, magnum quoque nomen obtinuit etiam ob humaniores literas. Dio *ſcribit eum* εὐδοκιμῆσαι ἐπὶ παιδείᾳ. *Nero ſuum quoddam poëma Cornuto examinandum miſit. Ea res Cornutum perdidit, nam liberiùs paulò locutus de ea ſcriptione, in exilium abire neceſſe habuit. Satyrarum ſcribendarum auctor Cornutus fuit Perſio; id ipſe fatetur ſatyra V. Eundem, puto, Fulgentius* Satyricum *vocat.*

Suetonius poëtam facit Tragicum, *unde & Lucano forte perſuaſit ut* Medeam *ſcriberet. Laudatur porrò Cornutus quidam a* Gellio, Macrobio, Servio, Chariſio, *ob ea quæ in Virgilium commentatus erat. Profitetur denique ipſe Cornutus in hoc opere, ſe ſcripturum in Heſiodum: quod ipſum præſtitiſſe merito videri poſſit ei, qui diligenter animadvertit maximam partem antiquorum in Heſiodum Scholiorum tum verbis, tum ſententiis cum hoc homine mirificè concordare.*

Denique Cornuto præter alia Porphyrius in libello de Categoriis

riis attribuit Τέχνας Ῥητορικὰς, *& Suidas* Ῥητορικά. *Item Porphyrius* (*ut hoc addam extra locum*) *Librum Cornuti citat* πρὸς Ἀθηνόδωρον. *Opus iſtud ſcripſit, opinor, contra Ariſtotelem, nam* Simplicius, *ex Porphyrio, nos docet* Athenodorum *& Cornutum ſcripta edidiſſe adverſus Ariſtotelis Categorias. Addit Simplicius magnam partem operis Cornuti conſumptam fuiſſe in* explicatione & diſtinctione vocum. *Videant igitur quibus commodum eſt an non is ſit ille liber, qui nunc ſervari dicitur in Regis Galliarum Bibliothecâ, ſub nomine* Phurnuti *unà cum* Magiſtro de Atticis. *In tanto interim numero & tantis tenebris antiquitatis lubricum eſt pronunciare quis ſit quem nunc quærimus. Ego Platonicum illum hujuſce libri auctorem eſſe conjicio: eumque eſſe quem toties Porphyrius laudat, & cujus* μεταληπτικὸν *ſcribendi modum Origines & Proclus imitati ſunt.*

V. *De* Salluſtio *minus mihi negotium video dari, nam multa de eo* Teſtimonia *præfiguntur. Quoniam autem de ejus ætate non ſatis conſtat ex iis* Teſtimoniis, *addam apertum indicium ex Simplicii* Commentariis *in Epictetum.* ἐὰν γυμνάζηταί τις πρὸς ἀλγηδόνας, ἀνάγκη ζηλοῦν τὸν ἐφ' ἡμῶν Σαλλούστιον, ἄνθρακα πεπυρακτωμένον ἐπιθέντα γυμνῷ τῷ μηρῷ, καὶ φυσῶντα αὐτὸν, καὶ δοκιμάζοντα ἑαυτὸν μέχρι πόσου δύναται καρτερεῖν. *Ex his liquet illum eo tempore vixiſſe quo Simplicius floruit. Sed & alium locum, præter ea quæ jam allata ſunt, ex Suidâ adjiciamus in V.* ἀπῆγε. *Salluſtius, inquit,* ἀπῆγε τοὺς νέους τῆς φιλοσοφίας; *ubi vides diſſidium cum Proclo agitaſſe hunc Salluſtium; atque ideo nemini ejus ignotam poſſe eſſe ætatem, qui Proclo nobiliſſimo ſynchronon fuiſſe animadverterit.*

VI. *Scriptor ille* de vitâ Homeri, *quem hic recudi fecimus, ſolet præmitti melioribus, & antiquioribus Homeri Editionibus. Solet autem cum aliâ* vitâ *Homeri conjungi, quam* Plutarchus *concinnavit; ſolet denique hæc quoque* vita *Plutarcho attribui. Ego autem* vitam *hanc Plutarcho omninò abjudico. Et primò quidem ſtylus ſcriptoris ejus qui hanc* vitam *conſcripſit longiſſime diſcrepat à Plutarchi dictione & compoſitione.*

Plutar-

Plutarchus ubique difficilis, retruſus, confertus, & confragoſus; omnia hîc aperta, obvia, facilia. Deinde quis affirmabit Plutarchum unius Homeri duas vitas *edidiſſe? Imò prior illa* vita *à Plutarcho ſcripta, poſt hanc compoſita eſt; nam ibi omnia breviter, quæ hic planius poſitis auctoritatibus explicantur. Adhuc manifeſtiſſimum eſt vitam hanc eſſe aliam à priori, ſi quis ad prima verba attendat,* ὅμηρον τὸν ποιητὴν *&c. Accedat his quod hujus libelli ſcriptor, paginâ 293. dicat ſe egiſſe de* Tropis & Schematibus, ἐν τῇ τεχνολογίᾳ· *Plutarchum autem in eo ſcribendi genere fuiſſe verſatum non memini me uſquam legere. Quid quod Plutarchus* libro de audiendis poëtis *dictum illud Simonidis, de* Poëſi *&* Picturâ *aliter exprimat quàm noſter. imo in toto illo de* audiendis poëtis *libro nihil habet Plutarchus huic noſtro ſimile, aut in dictionibus aut in ſententiis.*

Ut igitur paucis abſolvam, equidem exiſtimo ſeniorem Dionyſium Halicarnaſſéum *hujus aurei libri auctorem fuiſſe. Certè ea quæ Plutarcho hunc librum auferunt, Dionyſio vendicant. Character dictionis planè geminus eſt in hoc Biographo & Halicarnaſſeo. Sed nec alium ſcio præter Dionyſium, cui ille locus paginæ 292. in hoc ſcriptore rectius congruat, ubi remittit nos ad ſuam* τεχνολογίαν; *nam Dionyſius ſcripſit* τέχνας ῥητορικάς, *& quidem in eis de* tropis & ſchematibus ſyntheſeos *tractat. Addo illud,* Quintilianus *ubique Dionyſium in ſcribendo expreſſit; multa in ſuum horreum ex Dionyſio comportavit; tacet tamen plerunque unde ſumpſerit. Id ipſum fecit cum hunc Homericæ* vitæ *ſcriptorem legeret. Quintilianus,* nos rite ab Homero cœpturi videmur; *Dionyſius,* ὅμηρον εἰκότως ἀναγινώσκομεν πρῶτον. *Homerus inquit Biographus,* πολλὰς ἀφορμὰς καὶ ὡσεὶ σπέρματα παρεχόμενος: *Accinit Quintilianus,* Homerus omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. *Audacter dicam, totus ille Quintiliani pulcherrimus locus ex hoc ſcriptore delibatus eſt, ſuppreſſo Dionyſii nomine. Obſervo tamen, Quintilianum interpoſuiſſe* Arati *nomen, quo furtum ſuum melius tegeret; eodem conſilio quo Heraclitus pag. 274. (cum ſua iſta omnia ex Dionyſio carpſiſſet)* Eudoxi *nomen inſtillavit ad ſuſpicionem diluendam. Sunt adhuc*

huc multæ aliæ συνεμπτώσεις *hujus ſcriptoris & Quintiliani. Uterque eadem tradit de* ὀνοματοποιΐᾳ *&* ἀντωνομασίᾳ *aliiſque figuris. Definitio tropi eadem eſt apud utrumque. Noſter ait dari* ἐκτροπὴν λέξεως, *&* συνθέσεως: *Hæc Quintilianus ſic reddit* —— verti formas verborum & compoſitionis. *Libro* VIII. *Quintilianus agit de* μεταλήψει, *ubi non tantùm hujus noſtri verba in definiendo retinuit, verùm etiam idem exemplum ad illuſtrandum appoſuit, quo noſter uſus eſt in hoc libro pag.* 295. *Denique hæc omnia facilè admittet verè à me dici, qui Dionyſium noſtrum (ſic enim credo)* vitæ *hujus concinnatorem & Quintilianum contendet inter ſeſe, eo loco, in quo uterque tractat* περὶ μεταφορᾶς, *ut ea omnia jam præteream intacta, quæ* H. Stephanus *in ſuâ Dionyſii editione, Quintilianum à Dionyſio mutuo accepiſſe demonſtrat.*

Sed omiſſo Quintiliano, cum illâ ſuâ criſi, magis faciet ad indicandum Vitæ *hujus auctorem, ſi deinceps conferamus eum cum Dionyſio. Faciam id paucis. Dionyſius libro* περὶ συνθέσεως *de Homero ait,* ὁ δὴ πολυφωνότατος ἁπάντων τῶν ποιητῶν Ὅμηρος. Eſt omnium poëtarum in verborum copiâ abundantiſſimus Homerus. *Noſter, quiſquis fuerit, hujus libelli Auctor pag.* 286. *de principe Poëtarum idem judicium protulit, eandem copiam verborum,* λεκτικὴν δύναμιν *&* πολυφωνίαν *ſignanter in eo laudat. Halicarnaſſeus in* Iſæo, *non procul à fine,* δεινότητος οὗτος ὁ ἀνὴρ τὰ σπέρματα καὶ τὰς ἀρχὰς —— παρασχεῖν: *Apud noſtrum pag.* 323. τὰ σπέρματα καὶ τὰς ἀρχὰς ἐνδιδόντα.

Sunt apud Rhetores tria λέξεως πλάσματα, *ſive* χαρακτῆρες. *Hi Dionyſio* ὑψηλὸς, *(alias* αὐστηρὸς*)* ἰσχνὸς, *&* μέσος. *Noſter ſic extulit,* ἁδρὸς, ἰσχνὸς, μέσος *pag.* 314. *Nec quenquam moveat, quod* ἁδρὸν *hîc poſuit; fatetur ipſe horum characterum certa & propria nondum inventa eſſe vocabula: & fortè* τῷ ἁδρῷ *potiſſimè, hoc in loco, uti voluit, quoniam apud pleroſque accepta fuit ea Hermagoræ diviſio; de quâ hîc cum nemine voluit contendere. Sed, (quod ad probandum id, quod volumus, efficacius eſt,) uterque ad hos characteres illuſtrandos iiſdem utitur exemplis, Thucydidis, Lyſiæ, & Demoſthenis;*

Dionyſius in Lyſiâ *&* Demoſthene, *noſter paginâ κ.ôda deſignatâ. Sunt plura hujuſmodi, quæ brevitatis cauſâ non adduco. Alius ille à Dionyſio Halic. ſi ſit hujus vitæ parens (nam is de poëtis ſcripſit) conſtat eum à Dionyſio ſeniore hæc omnia tranſumpſiſſe.*

Supra aliquatenus evicimus Quintilianum ex hoc ſcriptore plurima hauſiſſe; ea res apertè docet hunc ſcriptorem ante Quintilianum vixiſſe. Alia jam probatio ad hominis antiquitatem colligendam ſequitur: Seneca, Epiſtolâ LXXXVIII, niſi fortè tibi Homerum Philoſophum fuiſſe perſuadent. —— nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem ſolam probantem, & voluptates refugientem, & ab honeſto, ne immortalitatis quidem pretio, recedentem. *Hæc mihi videtur Seneca adumbraſſe ex paginâ* 332. *ſequentis libelli. Locus prolixior eſt, quàm qui à feſtinante produci poſſit. Pergit Seneca:* modò Epicureum laudantem ſtatum quietæ civitatis, & inter convivia cantuſque vitam exigentis. *Confer pag.* 363 *&* 364. Modò Peripateticum tria genera bonorum inducentem. *Vide hujus dicti fontem apud noſtrum pag.* 333. *Atque ex his conficitur ante Senecam floruiſſe* vitæ hujus *compilatorem. Omitto jam Porphyrium apud Stobæum, (ubi agit de Circe, ejuſque explicat allegoriam) hunc exſcripſiſſe, eſt enim Porphyrius, (quod vix admonere opus ſit) ſcriptor temporum Senecâ & Quintiliano multò inferiorum. Omitto etiam Heraclitum de Allegoriis Homericis, (qui hinc largiter & ὅλῳ τῷ θυλάκῳ mutuatus eſt) nam ejus ætas incerta eſt. Sed ut concludam, quicunque tandem ſit ſcriptor ille, certè elegans eſt, ingenioſus, floridus eſt, optimuſque Homeri interpres, & encomiaſtes; item antiquus & minimè negligendus, cujùs ſententiam Fabius amplectitur; & judicium pluribus locis libenter ſequitur.*

VII. *Proximum locum tenent* Heraclidis Pontici Allegoſiæ, *eo quidem titulo jam olim prodierunt; ſed noſter codex MS. Heraclitum, non Heraclidem, agnoſcit.* Ἡρακλείτου, οὐχὶ τοῦ Σκοτινοῦ, πρὸς τοὺς *&c. ut in primâ annotatione legimus. Titulus is noſtri codicis ideò retinendus eſt, quoniam* Eu-

ſtathius

ſtathius *ad Δ Odyſ. de hoc ipſo opere verba faciens ſic habet*; ὁ Ἡράκλειτος οὐχ ὁ Σκοτινὸς, ἀλλ' ἕτερός τις, ὁ τοῖς ἀπίςοις *&c.* *& ad* Υ Odyſ. ὃ καί τις Ἡράκλειτος ἐπονήσατο. *Alibi quoque ſæpe hunc Heraclitum ad partes vocat, nomine non expreſsô Euſtathius; de quô tamen nihil certi videtur intellexiſſe. Cæterùm quantum hæc editio profecerit ex noſtro MS° codice, Lectori facilè conſtabit ex notis in orâ libri ſubſcriptis. Illud tantùm adjiciam, mihi quidem videri nondum integrum eſſe libellum iſtum; ſunt enim quædam apud Euſtathium hinc citata, quæ minimè nunc comparent in hoc opuſculo. Suſpicatus eſt olim* Con. *Geſnerus libri ſecundi aliquid defeciſſe.*

VIII. Ocellus Lucanus *&* Timæus Locrus *ex ſanctiſſimâ Pythagoræ diſciplinâ profecti ſunt. Horum laudibus quoniam de meo nihil adjicere potui, aliorum de iis in prioribus editionibus* teſtimonia *contentus fui auxiſſe uno atque alio calculo. Quibus addas licet & illud apud Gellium l.* 3. *c.* 18. *ubi Timon Sillographus docet nos, magno pretio hunc libellum ſtetiſſe Platoni, qui ex eo ſuum Timæum compoſuit.*

IX. Theophraſti *characteres multorum eruditis curis elucidati ſunt. Præter alios vidi* Jacobi Duporti *prælectiones, quas* Græcæ *Linguæ Profeſſor Cantabrigiæ habuit, ad hunc Theophraſti libellum. Nos pro noſtro modulo nonnihil iis prodeſſe voluimus ope Cod. MS. adjuti. Joh. Mabillon vir doctus & ordinis ſui decus in* Itinere Italico *ſcribit in Abbatiâ Florentinâ ſervari Theophraſti characteres MSS. Hoc indicio, ſpero fore, ut Philologus aliquis ad perficiendum hunc libellum ſuam operam ſit collaturus; nam & hîc aliquid ſibi longum tempus videtur detruncaſſe.*

X. Demophilum, Democratem (*ſive Democritum*) *&* Secundum *Lucas Holſtenius è tenebris eruit, ejuſque diligentiâ enotuêre. Scio apud* Iſaacum Voſſium *ſervari hos in membranis ſcriptos. Scio & alibi horum inveniri multa effata, quæ tamen recolligere nunc non eſt otium. Hos igitur unà cum reliquis Pythagoricorum in præſentiarum dimitto; animo tamen reviſendi, recenſendi, &, uti ſpero, augendi & ſupplendi, & edendi unà cum Jamblicho de* vitâ & ſectâ Pythagoræ.

goræ. *Hunc enim ex variis MSS. auctum & emendatum, novâque verſione donatum, brevi, favente deo, evulgare meditor.*

XI. *Tandem aliquando devenimus ad* Sextii ſententias. *Nomen hoc non adeo omnibus cognitum, nam aliqui* Sextum *appellant. Sic Origenes* Tomô 15 in Matt. *& Euſebius, eum ſecutus, in* Chronico. *Aliqui putant eundem* Sextum *laudari ab* Himerio *in* monodia pro filio: *ſed hic alius fuit. Rectiùs dicetur,* Q. Sextius, *& ut à filio diſtinguatur,* Q. Sextius Pater. *Adhæſit ei cognomen* Romanus; *opinor quòd Athenis aliquando philoſophatus ſit; nam latum clavum J. Cæſare offerente, reſpuit, & honores ad quos natus erat (utpote familiâ ſenatoriâ ortus) contempſit, patriæque valedixit ob Philoſophiæ amorem. Hujus Q.* Sextii *meminerunt (non ſine admiratione) Seneca, Plinius N. H. Plutarchus, Jamblichus* apud Simplicium in Phyſ. Hieronymus, Auguſtinus, Pelagius, S. Maximus, S. Antonius, & Stobæus. *Imò ante hos omnes ejus meminit* Cicero *l.* 11. *de Fin. ni multum fallor. M. Antoninus Imp. libro ſuo primo enumerat præclaros aliquot viros, per quos in virtutis curriculo provectus fuerat; inter cæteros multa ſalutaria ſe didiciſſe ait* παρὰ Σέξτου. *non neſcio à pleriſque hîc intelligi* Sextum *Plutarchi nepotem, Cheronenſem. Mihi aliter videtur. Eutropius ſcribit* Sextum *illum Rhetoricam & Græcas litteras Marco prælegiſſe; Philoſophiam docuiſſe non dicit; & tamen ea omnia, quæ ſe à* Sexto *accepiſſe agnoſcit Antoninus, petita ſunt ex mediâ Philoſophiâ. Imò ea omnia petita ſunt ex hoc ipſo* Sexti *(vel* Sextii*) enchiridio; quod conferenti patebit. Dices,* Sextius *diu ante Marcum vixit; reſpondeo, non ſolos eos ibi laudat Imperator, quorum vivam vocem audierat. Si verò* Sextus *ille*, Cheronenſis *habendus ſit, nihil obſtet quin ipſe à* Sextio *noſtro ea hauſerit, quæ Marco Antonino propinabat. Pluribus nunc non immorabor; conſideret Lector accuratus apud Imperatorem,* τὸ καταληπτικὸν καὶ ὁδῷ ἐξευρετικὸν καὶ τακτικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. *Hæc, inquam, Epitome ſunt hujus Enchiridii. Item, quæ de Sextii* Speculo *latè diſputat Seneca l.* 2.

de

de Xâ, occaſionem dederunt iis, quæ Imp. diſſerit de Ira, Sectione nonâ primi ſui libri.

Quod autem hujus Enchiridii auctor fuerit ille Sextius Romanus, *apertè teſtatur Origenes*, Φησὶ δὲ Σέξτος ἐν ταῖς γνώμαις, βιβλίῳ φερομένῳ παρὰ τοῖς πολλοῖς ὡς δοκίμῳ. *Deinde progreſſu quædam adducit, quæ etiam nunc in hoc libello legimus. Audiamus Ruffinum Presbyterum*, Sixtum Pythagoricum in Latinum verti, quem Sixtum Epiſcopum eſſe tradunt, qui apud nos in urbe Romanâ Sixtus [*f. Xyſtus*] vocatur, Epiſcopi & Martyris gloriâ decoratus: hunc verò cùm legerit ſoror tua, O Aproniane, inveniet tam brevem, ut videat ſingulis verſibus ingentes explicari ſenſus; tam vehementem, ut verſûs ſententia ad totius vitæ perfectionem poſſit ſufficere. *Fraudem Ruffni vidit ſtatim, & exagitavit Hieronymus libro* 4. *in* Hieremiam *cap.* 32. (*quod ante nos obſervavit Cl. & ampliſſimus* Huetius, *Epiſ. Sueſſ. deſignatus*) *tangit quoque eandem rem Hieronymus* adverſus Jovinianum, *& Ep. ad* Cteſiphontem. *Poſt hæc & Auguſtinu retraxit quæ ſenſerat de* Sextio, *& Gelaſius ſuo decreto* (*modò ſit Gelaſii*) *ſic ex catalogo Eccleſiaſticorum Scriptorum expunxit.* Liber proverbiorum, qui ab Hæreticis conſcriptus eſt, & S. Xyſti nomine prænotatus eſt, Apocryphus. *Nec ſatis habuit Ruffinus alienum fœtum* Xyſto *ſuppoſuiſſe; ſed huic ipſi* Sextio *aliena dicta inſeruit; ſuo more omnia vertendo pervertit & contaminat. Ipſe fatetur loco ſuprà allato.* Addidi & quædam [Sextio] religioſi patris ad filium. *Cur veritus eſt apertè dicere ex Clementis* Recognitionibus? *nam inde iſta addidit, vel, ut veriùs dixerim, reddidit* Sextio. *Scripſit* Sextius, *methodo Pythagoricâ*, Γνώμας, *&* ὅμοια; *Seneca vidit.* Sextium *Demophilus imitatus eſt, quamquam nunc ejus* ὅμοια *malo ordine præmittantur* Γνώμαις. *Pſeudo-Clemens ille in libro* Paſtoris, (*nam Clementis opus eſſe, multa ſunt quæ ſuadent*) Γνώμας *&* ὅμοια *ſua ex hoc noſtro effinxit: in libro primo* Conſtit. *in* Recognitionibus *&* Homiliis *vix quicquam habet, quod non,*

 parvâ

parvâ & pravâ declinatione, ex hoc libello expreſſerit. Sed hæc noluit Ruffinus tangere; ne ſc. Xyſto *ſuo aliquid detraheret auctoritatis; aut fortè minori in pretio eſſent pulchri illi libri Clementis, ſiquando* Sextius, *detractâ perſonâ, purus putus deprehenderetur Pythagoricus.* Sextius *igitur verus eſt tot aurearum ſententiarum & monitionum pater. Conſtat hoc ex Senecâ, qui eum incontaminatum legit; qui inde ſuum illud gnomicum dicendi genus aliaque multa didicit. Audi ipſum ingenuè fatentem;* Lectus eſt deinde liber Q. Sextii Patris; magni, ſi quid mihi credis, viri; & licet negent Stoici. Quantum in illo, Dii boni, vigoris? quantum animi? cùm legeris Sextium, dices: vivit, viget, liber eſt, ſupra hominem eſt, dimittit me plenum ingentis fiduciæ. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod & beatæ tibi vitæ oſtendet magnitudinem, & deſperationem ejus non faciet. *Seneca epiſtolâ* LXIV. *Legat cui vacat ejuſdem epiſtolas 59, 98. librum 2. de Irâ. c. 36. librum 3. c. 36. Et mirari ſubit neminem eorum, qui in Senecam ſcripſerunt, perſpexiſſe Senecæ proverbia ex* Sextii Proverbiis *expreſſa fuiſſe. imò, vividum illum ſpiritum, quo fertur Seneca per totam moralem Philoſophiam, hauſtum fuiſſe ex libro* Sextii. Sextium *igitur, ſi quis Græcè nobis exhiberet, magno profectò beneficio nos mactaret. Interea temporis non pœnitenda* Sextii *fragmenta ſuperſunt apud Demophilum & Democratem; alia item paſſim apud Joannem Stobæum ſub nomine Pythagoræ, & aliorum, imò ſæpe ἀδέσποτα. Latina porrò, (ut illud obiter addam) exemplaria harum Parabolarum (ut Seneca vocat) adeò inter ſe diſcrepant, ut ferè conſtet duas olim emanaſſe verſiones. Horum exemplarium alia plures multò ſententias continent, alia pauciores; in aliis multæ ſunt repetitiones, & ordo nonnihil immutatur: alia duas partes in hoc opuſculo faciunt, quod ipſum Hieronymus animadvertit. Denique nullum adhuc nactus ſum exemplar, cui non fieri poſſet aliqua acceſſio ex accuratâ prædictorum Scriptorum collatione. Atque hæc de Sextio, cæteriſque Auctoribus, quos in hoc volumine Optimus vir* H. Wetstenius *Bibliopola Amſtelodamenſis magnis*

impenſis prælo ſubjecit, & in manus eruditorum tranſmiſit. *Unum reſtat, quod Te celare, Lector benevole, nullo modo debeam.* Marcus Meibomius *Vir eſt in Græcis, Latinis, Hebræiſque literis eruditiſſimus. Hoc ubique, me tacente, ejus docta ſcripta teſtantur. Tantus vir non dedignatus eſt ad hanc editionem procurandam deſcendere, ut quàm emendatiſſima hæc prodirent. Notas porrò Heraclidi & Pythagoreorum Fragmentis, elegantes adjecit; in Græcis accuratiſſimam operam poſuit, nam præter infinitos errores quos ſuſtulit, optimo etiam conſilio characterem adduxit in uſum facilem, & expeditum, nexibus, & ligaturis, quas vocant, liberum. Denique in totâ hac re adeò ſe acutum & Lynceum præſtitit, ut facilius ſit ejus admirari Criticen, quàm dignè laudare. Mecum igitur, Lector benevole, habe gratias Cl. Meibomio, ſimulque opta ut nobilis aliquis Scriptor ei veniat in manus, in quo edendo & noſtris commodis & ſuæ famæ velificare non gravetur. Imò, omnibus votis potiſſimè contendamus, ut præclaras ſuas obſervationes in Sacram Paginam, jam diu deſideratas, velit aliquando emittere. Tu interim, Lector, hæc, Præfationis loco, breviter congeſtéque à me dicta æqui bonique conſulas.* Vale. Scribebam Londini in Ædibus Coletinis, Anno Salutis per Chriſtum cIↃ ↃC LXXXVII.

SERIES

SERIES
OPUSCULORUM
MYTHOLOGICORUM, &c.

PAlæphati de Incredibilibus Hiſtoriis. *pag.* 1
Heracliti de Incredibilibus. 67
Anonymi *longe Heraclito recentioris* de Incredibilibus. 83
Eratoſthenis Cyrenæi Cataſteriſmi. 97
Phurnuti de Natura Deorum Commentarius. 137
Salluſtii Philoſophi de Diis & Mundo. 237
Homeri Poëtæ Vita. 281
Heraclidis Pontici Allegoriæ Homeri. 405
Ocellus Lucanus Philoſophus de Univerſi Natura. 499
Timæi Locri de anima mundi & Natura. 539
Theophraſti Notationes Morum. 567
Demophili Similitudines ſeu Vitæ Curatio ex Pythagoreis. 611
Democratis Philoſophi Aureæ Sententiæ. 626
Secundi Athenienſis Sophiſtæ Sententiæ. 640
Sexti Pythagorei Sententiæ è Græco in Latinum à Ruffino verſæ. 643
Ex quorundam Pythagoreorum libris Fragmenta, in quibus de Philoſophia Morali agitur. 657

ΠΑΛΑΙ-

ΠΑΛΑΙΦΑ'ΤΟΥ

ΠΕΡῚ

Α'ΠΙ'ΣΤΩΝ

Ι'ΣΤΟΡΙΩ͂Ν.

PALÆPHATI

DE

INCREDIBILIBUS

HISTORIIS.

Idem Chil. VII. Hiſt. XCIX.

Χρὴ κεντοταύρους τὸ λοιπὸν, μηδὲ κενταύρους λέγειν,
Παλαίφατε σοφώτατε. τὰ Παλαιφάτου ταῦτα.

Apoſtolius Centuria II.

Ὁ δὲ Παλαίφατος περὶ Ἀμαλθείας οὕτω φησί. ὅτι Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, &c.

Virgilius in Ciri.

Infamem tali meritò rumore fuiſſe,
Docta Palæphatiâ teſtatur voce papyrus.

Hieronymus in Chronico Euſebiano ad annum DCXXX.

Secundùm quorundam opinionem, hâc ætate Phrixus cum Hella ſorore fugiens inſidias novercales, viſus eſt per mare vehi ab Ariete velleris aurei. Fuit autem ei navis parata fugienti, cujus inſigne aries erat. Porrò *Palæphatus affirmat, Arietem vocatum nutritorem ejus, per quem liberatus fuit.*

Idem ad annum DCLXXV.

Pegaſus equus velociſſimus cujuſdam mulieris fuit, ſive, ut Palæphatus affirmat, Bellerophontis navis fuit.

Idem ad annum DCXCV.

Ea quæ de Spartis memorantur, quos Palæphatus ſcribit, quum proximarum eſſent regionum, adverſus Cadmum ſubitò extitiſſe, & propter repentinos, quaſi de terra contractus, & ex omni parte conflictus, SPARTOS *vocatos, tunc geſta ſunt.*

Idem ad annum DCCXXXVI.

Eæ, quæ de Dædalo fabulæ feruntur, qui viſus eſt ſimulacra feciſſe moventia. Primus enim omnium pedes ſtatuarum à ſe invicem ſeparavit, aliis conjunctim eos fabricantibus. Pal*æphatus memorat. Nec non quomodo cum filio Icaro Minoem navi fugerit, & propter inveſtigabilem fugam avolâſſe pennis æſtimatus ſit.*

Idem ad annum DCCLVI.

Sphingem verò ſcribit Palæphatus, uxorem Cadmi, propter zelum Harmoniæ à viro recedentem, contra Cadmum reſtitiſſe.

Idem ad annum DCCLXXII.

Bellum Lapitharum, & Centaurorum ſub hoc tempore: quos ſcribit Palæphatus libro de Incredibilibus nobiles fuiſſe equites Theſſalorum.

Idem ad annum DCCCXLIII.

Ea, quæ de Ulyſſe fabulæ ferunt, quomodo trieri Tyrrhenorum Scyllam fugerit, ſpoliare hoſpites ſolitam; ſcribit Palæphatus Incredibilium libro primo. Sirenas quoque fuiſſe meretrices, quæ deceperunt navigantes.

Oroſius Lib. I. CAP. XIII.

Sed Theſſalos Palæphatus in libro primo Incredibilium prodit, ipſos à Lapithis creditos dictóſque fuiſſe Centauros, eò quòd diſcurrentes in bella equites, veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.

DE

DE
PALÆPHATIS,
Ex Libro Illuſtris Viri
GERARDI JOANNIS VOSSII de Hiſtoricis Græcis, alterâ parte auctiore nunc propediem lucem viſuro.

Palæphatus, Grammaticus Ægyptius, vel juxta alios, Athenienſis, ἔγραψε ἱϛορίαν ἰδίαν, *Suida teſte. Ex quo etiam ediſſe cognoſcimus Ægyptiam philoſophiam, & argumenta in Simonidem, &* μυθικῶν *librum unum, &* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Quorum poſtrema duo idem poterant volumen credi; niſi apertè diſtingueret Suidas. Præterea Troica (quorum præter alios meminêre Stephanus in* Χαριμάται, *& Suidas in* Μακροκέφαλοι*) à nonnullis Grammatici hujus eſſe credebantur. Compluribus id opus libris conſtitiſſe, indicat, quòd Harpocration in* Δυσαύλης *laudet Palæphatum* ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν; *atque idem in* Μακροκέφαλος *citet* ἐν ἑβδόμῃ Τρωϊκῶν. *Alii alterius eſſe exiſtimârunt. Incerta eò res eſt, quia quatuor fuêre Palæphati. Unus erat Poëta epicus Athenienſis: alter Parius, vel Prienenſis: tertius Hiſtoricus Abydenus: quartus Grammaticus iſte Ægyptius, vel Athenienſis. Trium priorum ætas à Suida indicatur. Nam Athenienſem* ἐποποιὸν *ſupparem fuiſſe Phemonoæ ait, vel fortaſſe etiam antiquiorem: Parium vel Prienenſem refert ad tempora Artaxerxis: Abydenum ad ætatem Alexandri Magni: quarti autem tempus ignoratur. Ex quatuor iſtis primus in conſiderationem non venit hoc loco. Quòd ſiquis nôſſe volet, quæ carmine ſcripſerit, adeat Suidam. De tertiò autem, Abydeno nempe Hiſtorico, actum nobis lib.* I. *cap.* IX. *Superſunt ſecundus, quartúſque: quorum ille Parius, aut Prienenſis; hic Ægyptius, vel Athenienſis fuiſſe dicitur à Suida. Priori tribuit quinque libros* ἀπίϛων; *ſed addit, à quibuſdam eos adſcribi Palæphato Athenienſi; ac hunc quoque illud argumentum tractâſſe. Verùm cùm poſtea refert, quæ ſcripſerit Athenienſis Palæphatus, non nominat libros* ἀπίϛων, *ſed* λύσεις τῶν μυθικῶς εἰρημένων. *Exſtat hodiéque Palæphati operis fragmentum; quo poëticæ fabulæ explicantur. Id Parii Palæphati arbitrantur Cælius Rhodiginus lib.* XXX. *Antiquar. Lect. cap.* XXXIV. *& Lilius Gyraldus dial.* II. *Hiſtoriæ Poët. Quam & ſententiam ipſi primitus ſecuti fuimus: ſed poſtea mutavimus. Movit Theo in Progymnaſmatis capite* περὶ ἀνασκευῆς, καὶ κατασκευῆς, *ubi hunc in modum loquitur:* Παλαιφάτῳ τῷ περιπατητικῷ ἐϛιν ὅλον βιβλίον περὶ τῶν ἀπίϛων ἐπιγραφόμενον. *Ac ſimiliter inſcripſit autor librum, quem habemus. Siquidem illum eo pacto orditur:* τάδε περὶ ἀπίϛων συγγέγραφα. *In Theonis autem verbis conſiderandum, quòd* ἀπίϛων *ſcriptorem appellet Philoſophum Peripateticum. Imò & Joannes Tzetzes, qui ſæpius citat Palæphati* Μυθολογικὰ, *nunc eum vocet* Φιλόσοφον Στωϊκὸν, *ut Chil.* IX. *Hiſtor.* CCLXXIII. *nunc* ἄνδρα ἐκ περιπάτου, *ut Chi*[illegible]I. *Hiſtor.* XX.

 Quo-

Quorum ſi alterutrum verum ſit; diverſus fuerit à Pario illo, ſive Priennenſi; qui ſub Artaxerxe vixit. Nam Zeno, Stoicæ ſectæ conditor, demum floruit everſo jam Perſarum imperio ab Alexandro Magno, imò Rege hoc jam extincto; & ſucceſſoribus ejus inter ſe de imperio decertantibus. Nec Parius ille Peripateticus rectè dicatur; cùm appellatio ea conveniat nulli, qui Ariſtotele ipſo antiquior ſit. Sic igitur ſtatuo, ſi Palæphatus, quem habemus, eſt unus ex illis Suidæ memoratis, eſſe illum incertæ ætatis, Ægyptium, ſive Athenienſem; quem & ipſum περὶ ἀπίστων tractâſſe, ibidem dicitur. Tantùm metuo, nè Suidas nobis duos confundat Palæphatos; quorum unus fuerit Ægyptius, alter Athenienſis; unus Grammaticus, alter Philoſophus. Nam ſcriptor ille Suidæ vocatur Grammaticus; Theoni Philoſophus Peripateticus; Tzetzæ nunc Peripateticus, nunc Stoicus; ut vidimus. Cùm autem Tzetzes ſibi parum conſtet; & Theo longè ſit antiquior: potiùs Peripateticum fuiſſe cenſeo. Etſi Joſephus Scaliger, in poëmate, quod Ciris inſcribitur, Stoicum & ipſe nuncupet: nempe à Tzetze, ut puto, deceptus. Palæphati ejus libri περὶ ἀπίστων, de quo diximus, meminit quoque Virgilius, ſive alius, in Ciri:

Infamem tali meritò rumore fuiſſe,
Docta Palæphatiâ teſtatur voce papyrus.

Priorem ſic verſum reſcripſi, Paulum Leopardum ſecutus, Lib. x. *Miſcell. cap.* XXIV. *Ubi in vulgatis perperam eſt,* meritorum more. *Poſteriori verſu retineo ſcripturam vulgarem; licet minimè me fugiat, non Georgium Fabricium modò, ſed Joſephum quoque Scaligerum, pro* papyrus *reponere* Pachynus. *Mentio ejus præterea eſt apud Probum in* III. *Georgicon; Euſebium in Chronicis ad numerum* IↃCCLVII, *ubi de Tyndari libris, & alibi; Oroſium lib.* I. *cap.* XIII.

PALÆPHATI DE INCREDIBILIBUS HISTORIIS.

HÆc de incredibilibus conſcripſi. Hominum quidem hi fidem habent omnibus illis, quæ dicuntur, tanquam ab ſapientia, ſcientiáque alieni. Alii verò naturâ ſapientiores, & rerum ſcrutatores, omnino non credunt horum quidquam fieri. Mihi autem videtur, facta fuiſſe omnia, quæ narrantur. Si enim ſolo nomine contigiſſent, ſermo ſuper his exiſteret nullus. Sed primùm opera, deinde ſermo ejuſmodi, qualis eſt de iis. Cujuſmodi autem ſpecies, & formæ narrantur, fuerunt tum quoque. Quæ nunc non exſtant, eadem

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ [1] ΠΕΡΙ ἈΠΙΣΤΩΝ ἹΣΤΟΡΙΩ͂Ν.

ΤΑ δὲ [2] περὶ ἀπίςων συγγέγραφα. [3] τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν γὰρ πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις, ὡς ἀνομίλητοι σοφίας, καὶ ἐπιςήμης· οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν, καὶ πολυπράγμονες, ἀπιςοῦσι τὸ παράπαν [4] μηδὲν γίνεσθαι τούτων. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα. [5] οὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγένοντο, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν· ἀλλὰ πρότερον [6] τὰ ἔργα, εἶθ' οὕτως ὁ λόγος, ὁ περὶ αὐτῶν. ὅσα δὲ εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμεναι, καὶ γενόμεναι τότε· αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο.

1 Titulus hujus libri valde incertus. Theo Sophiſta, Suidas, & Hieron. in Chron. Euſeb. videntur legiſſe, περὶ τῶν ἀπίςων. Sic Heraclitus, & Anonymus [quem damus] ſuos libb. inſcripsêre. Impreſſi habent περὶ τῶν ἀπίςων ἱστοριῶν. Sic Apollonides, περὶ τῶν κατεψευσμένων [in Ammonio MS°. ἱστοριῶν,] & Myrſilus Lesbius, περὶ τῶν παραδόξων ἱστορικῶν, ſcripſére Dionyſ. Mitylenæus, & Charax. Codd. Cant. & Ox. γ. ἐκ τῶν τοῦ Παλαιφάτου περὶ τῶν ἱςοριῶν. Editio Baſil. περὶ μύθων, Suidas μυθικῶν, Tzetzes μυθολογικῶν libros huic tribuunt.

2 Prophetæ in S. Script. Timæus Locrus, Ocellus, Alcmæon Crotoniates apud Laërtium, Herodotus, Thucydides, Suſarion apud Diomedem (quem corriges ex Stobæo, & Dionyſio Thrace MS°.) ſic ferè exordiuntur. Vide Meurſium in Epiſt. Beſſarionis, & Dionem Chryſ. de Homero; & quæ nos ad Herodotum, editum Lond.

3 Cod. Ox. α, leg. ἀνθρώπων γὰρ οἱ μὲν εὐπειθέςεροι πείθονται π. τοῖς —— rectè.

4 Παράπαν, γίνεσθαί τι τούτων. Ox α.

5 Οὐ γὰρ —— Ox. α, & Arun. Gal. οὐ γὰρ ὀνόματα μόνον ὑπῆρξε, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδείς. Tollius pro οὐ ponit εἰ fortè λόγος μὲν π. α. οὐ. ὑπῆρξεν ἄν.

6 Πρότερον ἐγένετο τὸ ἔργον.

Εἰ

το. [7] εἰ γὰρ τότε, καὶ ἄλλοτε ἐγένετο, καὶ νῦν τε γίνεται, καὶ αὖθις ἔσαι. ἀεὶ δὲ ἔγωγε[1] ἐπαινῶ τοὺς [8] συγγραφέας Μέλισσον, καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, [9] ἐν ἀρχῇ λέγοντας. ἔσιν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσαι. [10] γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ, καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπισότερον, καὶ θαυμασιώτερον, τοῦ θαυμάζειν ἕνεκα τοὺς ἀνθρώπους. ἐγὼ δὲ γινώσκω, ὅτι οὐ δύναται τὰ τοιαῦτα εἶναι, οἷα καὶ λέγεται. τοῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέγετο. [11] ἀπελθὼν δὲ καὶ πλείστας χώρας, ἐπυνθανόμην ἐκ πρεσβυτέρων, ὡς ἀκούοιεν περὶ ἑκάσου αὐτῶν. συγγράφω δὲ, ἃ ἐπυθόμην περὶ αὐτῶν. καὶ τὰ χωρία αὐτὸς εἶδον, ὡς ἔσιν ἕκασον ἔχον. καὶ γέγραφα ταῦτα, οὐχ οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐπελθὼν, καὶ ἱσορήσας.

neque fuerunt. Si tunc enim, & alio tempore acciderunt; & jam fiunt, atque erunt deinceps. Ego verò ſemper laudo ſcriptores Meliſſum, & Lamiſcum Samium, ſtatuentes, quæ in rerum primordio nata ſunt, etiam nunc fore. Facta autem quædam poëtæ, & fabulatores, ad incredibilia, & miranda magis perverterunt, ejus ergo, ut homines obſtupeſcerent. Equidem ſentio, talia minimè eſſe poſſe, qualia circumferuntur. Hoc autem, collegi, quòd ſi minùs facta eſſent, non item narrarentur. Ingreſſus verò & plurima loca, ex ſenioribus ſum ſciſcitatus, quomodo de unoquoque illorum inaudiviſſent. Conſcribo autem, quæ de iis intellexi. Et loca ipſe vidi, ut quiſque haberet; & conſignavi hæc, non qualia vulgò narrantur; ſed quemadmodum ipſe ingreſſus, omnia cognovi.

7 Εἰ γάρ ποτε καὶ ———

8 Συγγραφεὺς hìc laxè ſumitur pro quovis ſcriptore. Voſſ. Hiſt. Gr.

9 Ἐν ἀρχῇ —— Arun. ἔσιν ἃ, καὶ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσαι. Voſſ. in Hiſt. Gr. ἔστι νῦν ἃ ἐγένετο καὶ ἔσαι. fortè, ἔσιν ἃ ἐγίνετο, καὶ ἦν, καὶ ἔσαι. vel, ἐν ἀρχῇ, λέγοντας, ἔσι τινα ἐγένετο, καὶ ἦν, καὶ ἔσται. Vide cap. Eccl. 1. ℣. 9. Antiquorum temporum non alia ratio fuit, quàm nunc eſt; quod ergo nunc non fit, nec olim fuit. Voſſ.

10 Γενομένων δὲ τινῶν οἱ ποιητικοὶ λογογράφοι —— Ox. β. οἱ π. λόγοι. Ox. α.

11 ἐπελθὼν δὲ —— Mox, χωρία αὐτῶν ——— Oxon. uterque. & Gal. & Ravii cod. Vid. Artemid. Procem.

* Περὶ Κενταύρων.

I. De Centauris.

Κένταυροι ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν

CEntauri feræ fuerunt, & ad equorum modum to-

* Ox. & Lo[illegible]d. titulum cum initio c[illegible]njung[illegible]t, ſic, Περὶ Κενταύρων φασὶν ὡς θ. quod & alibi fit. Sic & cod. Gal. & Flor.

tam formam habuere, excepto capite. Si quis itaque perſuaſum habeat, ejuſmodi beſtiam fuiſſe, impoſſibilibus credidit. Neque enim natura equi, hominiſque, inter ſe convenit; neque alimentum ſimile; neque per os, & guttur humanum, equi nutrimentum poteſt deſcendere. Si autem forma talis tum temporis extitiſſet, etiam nunc ſupereſſet. At rei veritas ita habet. Ixione Theſſaliæ Rege, in monte Pelio furore correptum eſt taurorum agmen, ac quicquid montium reliquum erat, inacceſſum reddidit. Tauri enim in loca culta deſcendentes, arbores concutiebant, ac fructus, jumentis ſimul noxii. Proclamari itaque juſſit Ixion, ſi quis hos tauros ſuſtuliſſet, illi ingentem pecuniæ vim dandam. Juvenes autem quidam è locis ad montis pedem, & pago dicto Nephele, equos condocefacere celetes excogitârunt. Neſcivere enim priùs equis vehi; ſed curribus ſolùm utebantur. Ita quidem, celetes adſcendentes, ferebantur in tauros, & factâ in gregem incurſione,

τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς [1] κεφαλῆς. εἴ τις οὖν πείθεται τοιοῦτο γενέσθαι θηρίον, [2] ἀδυνάτοις πεπίστευκεν. [3] οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν. εἰ δὲ τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν [4] ὑπῆρχε. τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἰξίονος βασιλέως ὄντος Θεσσαλίας, ἐν τῷ Πηλίῳ ὄρει ἀπηγριώθη ταύρων ἀγέλη, [5] καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα ἐποίει. εἰς γὰρ τὰ οἰκούμενα κατιόντες οἱ ταῦροι, ἔσινον τὰ δένδρα, καὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ ὑποζύγια διέφθειρον. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων, ὡς [6] εἴ τις οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους, τούτῳ † δῴη χρήματα πάμπολλα. νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπωρείας, ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης, ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι. πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσαντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον [7] ἅρμασιν ἐχρῶντο. οὕτω δὲ [8] ἀναβαίνοντες

νοντες

1 Poſt κεφαλῆς, Ox. α. & Arun. addunt, ταύτην δὲ ἀνδρός.

2 Ἀδύνατον πεπ. Ox. α. ἐν ἀδυνάτοις Ox. γ. & Cantab. ut & Flor. & Gall. Vid. Salmuth. in Panc. p. 226.

3 Οὔτε γὰρ ἄλλως αἱ φύσεις σύμφωνοι — Ox. α — & Arun. pro τροφὴ, Apoſtolius legit μορφὴ — quod placet Pantino, & Tollio contra veteres codd. Vid. Galen. de uſu part. lib. 3°.

4 Καὶ νῦν ἂν ὑπῆρχε — Cant. ὑπ. ἄν. Flor. & Gal. Ox. α & β.

5 Ἥτις καὶ τ. Mox. ἐσίνοντο τὰ — &, τὸν καρπὸν — Ox. α. & β. — συνέφθειραν Ox. & Arun. ἔφθειρον, Cant.

6 Εἴ τις ἀνέλοι — δώσειν χρ. πολλά. Ox. α, & β.

7 Μόνον αὐτοῖς ἐχρῶντο κατὰ τὰ ἅρματα. Ox. β. negat hoc Tzetzes in Chil. Virgilius & Plin. lib. 7. Lapithis tribuunt, quod hic Centauris.

8 Apoſtol. & codd. omnes, ἀναβάντες. mox, ἐν τῇ ἀγέλῃ — Apoſt. & Cantabr. Fl. & Gal.

νοντες τοὺς κέλητας ἤλαυνον ἐφ᾽ οὗ οἱ ταῦροι ἦσαν· καὶ ἐπεισβάλλοντες τῇ ἀγέλῃ, ἠκόντιζον. καὶ ὅτε μὲν ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ταύρων, [9] ἀπέφευγον οἱ νεανίαι· ποδωκέϛεροι γὰρ ἦσαν οἱ ἵπποι. ὅτε δὲ ἔϛησαν οἱ ταῦροι, ὑποϛρέφοντες ἠκόντιζον. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνεῖλον αὐτούς. καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντουν. [10] οὐδὲν γὰρ πρόσεϛι ταύρου τοῖς κενταύροις. ἀλλ᾽ ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐϛὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. λαβόντες γοῦν οἱ κένταυροι παρὰ Ἰξίονος χρήματα, καὶ γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει, καὶ τῷ πλούτῳ, ὑβριϛαὶ ὑπῆρχον, καὶ ὑπερήφανοι, καὶ πολλὰ κακὰ εἰργάζοντο, καὶ δὴ καὶ κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ἰξίονος, ὃς ᾤκει τὴν νῦν καλουμένην Λάρισσαν πόλιν. οἱ δὲ τότε τοῦτο τὸ χωρίον οἰκοῦντες, Λαπίθαι ἐκαλοῦντο. κεκλημένοι δὲ οἱ κένταυροι παρὰ τῶν Λαπιθῶν ἐπὶ θοίνην, μεθυσθέντες ἁρπάζουσι τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τοὺς ἵππους αὐτὰς, ᾤχοντο φεύγοντες εἰς [11] τὴν οἰκίαν, ὅθεν ὡρμῶντο. ἐπολέμουν οὖν τοῖς Λαπίθαις, καὶ καταβαίνοντες διὰ νυκτὸς εἰς τὰ πε-

jaculis illum feriebant. Atque ubi inſequerentur tauri, aufugêre juvenes, erant enim equi velociores. Tauris verò conſiſtentibus, converſi denuo tela immittebant. Atque hoc pacto interemerunt illos; & nomen quidem exinde acceperunt Centauri, quòd tauros ſtimulis exagitâſſent. Nihil enim equi Centauris ineſt; ſed ab hoc operę figura equi, hominiſque provenit. Accipientes itaque Centauri ab Ixione pecuniam, ob commiſſum facinus, & divitias, arroganter glorìantes, contumelioſi extitere, & ſuperbi, ac plurima mala perpetrârunt; etiam contra ipſum Ixionem, urbem nunc Lariſſam nuncupatam habitantem. Qui eâ tempeſtate regionem illam incolebant, Lapithæ vocabantur. Centauri autem ad convivium à Lapithis invitati, ubi vino incaluere, rapuerunt illorum mulieres; quibus in equos injectis, fugientes unde prodierant, domum ſe receperunt. Suſcepto igitur cum Lapithis bello, de nocte in loca plana procedentes, inſi-

9 Ὑπέφυγον — mox, σταίσειαν — & ἠκόντιζον αὐτούς. dein, μετὰ τοιοῦδε τρόπου — Ox. α. β. Vid. Serv. ad Virg. Georg. 3.

10 Poſt κατεκέντουν, codd. Ox. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἰδέας τῶν ταύρων· οὐδὲν γὰρ πρόσεϛιν ἵππου τοῖς κενταύροις, ἀλλ᾽ ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστίν, ἀπὸ τοῦ ἔργου οὖν τὸ ὄνομα ἔλαβον. Παρὰ τοῦ Ἰξίονος δὲ λαβόντες χρήματα ὑπῆρχον ὑπερήφανοι, καὶ — In iiſd. deeſt ὑβριϛαί.

11 Ἰδίαν, ἐντεῦθεν ὁρμώμενοι ἐπολ. mox, καταβαίνοντες μὲν — Ox. α, β.

12 Ου-

dias illis ſtruebant; & ſimul ac illuxiſſet, montes repetebant populabundi. Sic verò illis abeuntibus, equorum caudæ, & virorum capita ſolùm apparuêre; ac ſpectaculum videntes inuſitatum, dixere homines: Centauri, ex Nephele proruentes, multis nos malis afficiunt. Ab hac utique loquendi forma, conficta incredibilis fabula eſt, quomodo ex Nephele homo ſimul, & equus, in monte eſſet progenitus.

πεδίῳ, ἐνέδρας ἐποίουν· ἡμέρας δὲ γενομένης, ἁρπάζοντες ἀπέτρεχον ἐπὶ τὰ ὄρη. οὕτω δ' ἀπερχομένων αὐτῶν, ἵππων [12] οὐραὶ, καὶ ἀνθρώπων κεφαλαὶ μόνον ἐφαίνοντο. ξένην οὖν ὁρῶντες θέαν, ἔλεγον· οἱ κένταυροι ἡμᾶς κατατρέχοντες ἐκ Νεφέλης, πολλὰ κακὰ ἐργάζονται. ἀπὸ δὴ ταύτης [13] τῆς ἰδέας τοῦ λόγου, ὁ μῦθος ἀπίστως ἐπλάσθη, ὡς ἐκ τῆς Νεφέλης ἵππος τε καὶ ἀνὴρ ἐγεννήθη ἐν τῷ ὄρει.

Huic ſerviiſſe Herculem inepta fabula eſt; cùm & illi, & omnibus, quæ aderant, potuiſſet dominari. Sed ita res habet. Omphale filia erat Jardani Lydorum Regis; quæ audito Herculis robore, & viribus, ejus ſe amore captam prodidit. Hercules poſtquam acceſſiſſet, ſimiliter eam deperiit, filiumque ex illa ſuſcepit Laomedem. Ea propter plurimum ejus amoribus oblectatus, omnia capeſſere quæcunque Omphale imponeret: atque hinc ſervitium colligere ſtolidi homines, & veſani.

ΛΕγεται ὡς λατρεύει Ἡρακλῆς ταύτῃ· ὁ δὲ λόγος μάταιος. ἐξὸν γὰρ κἀκείνης, καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ, δεσπόζειν. ἐγένετο τοιόνδε τι. Ὀμφάλη ἦν [1] Ἰορδάνου θυγάτηρ, Λυδῶν βασιλέως. αὕτη ἀκούσασα τὴν ἰσχὺν Ἡρακλέους, προσεποιήθη ἐρᾷν αὐτοῦ. Ἡρακλῆς πλησιάσας, ἔρωτι ἑάλω αὐτῆς· γεννᾷ δὲ ἐξ αὐτῆς υἱὸν [2] Λαομήδην. ἡδόμενος δὲ αὐτῇ ἐποίει ὅ, τι προσάττει ἡ Ὀμφάλη. οἱ δὲ εὐήθεις, ὑπέλαβον λατρεύειν αὐτὸν αὐτῇ.

Περὶ

1 Γαρδάνε ——— Herod. & Diodor.

2 Diodoro 4. eſt Lamon; Hygino, Laomedon.

1 ὧδε

Περὶ τοῦ Κέρατος τῆς Ἀμαλθείας.

Φασὶν ὡς Ἡρακλῆς τοῦτο ἔφερε πανταχοῦ, ἐξ οὗ ἐγίνετο αὐτῷ ὅσα ἐβούλετο· ἡ δὲ ἀλήθεια [1] οὕτως· Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, μετ' Ἰολάου τοῦ ἀδελφιδοῦ, καταλύει ἐν Θεσπιαῖς ἔν τινι πανδοχείῳ. ἐν ᾧ ἦν τις γυνὴ καλουμένη Ἀμάλθεια, ὡραία καὶ καλή. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἡδόμενος αὐτῇ, πλείονα χρόνον [3] ἐξενίζετο. Ἰόλαος δὲ βαρέως φέρων, ἐπινοεῖ τὴν ἐμπωλὴν τῆς Ἀμαλθείας ἐν κέρατι κειμένην ἀνελέσθαι. ἐξ ἧς ἐμπωλῆς, εἴ τι ἤθελεν, ὠνεῖτο καὶ τῷ Ἡρακλεῖ. ἔλεγον οὖν οἱ συνέκδημοι, Ἡρακλῆς τὸ κέρας ἔσχε τῆς Ἀμαλθείας, ἐξ οὗ ὠνεῖτο [4] ὅσα βούλοιτο ἐπ' αὐτῷ. [5] ἐξ οὗ ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

46. *De Cornu Amalthea.*

NArrant, Herculem ubique illud ſecum circumtuliſſe, ex quo quæ vel voto expeteret, illi ſuppeditabantur. Sed rei veritas hæc eſt. Hercules cum in Bœotia peregrinaretur, cum Iolao fratris filio, in Theſpiis in quodam diverſorio divertit; in quo mulier erat ætate juvencula, & forma admodum ſpecioſa, nomine Amalthea. Hujus amore correptus Hercules, pluſculum cum ea temporis tranſmiſit; quod Iolaus ægrè ferens, reconditas in cornu Amaltheæ facultates auferre excogitat, unde, ſi quid vellet, Herculi emebatur. Ea propter ab itineris ſociis dici cœptum, Herculem cornu Amaltheæ habuiſſe, atque ex eo nactum eſſe, quidquid ſibi commodi exoptaret. Hinc cauſſa fabulæ, & origo.

1 ὧδέ πως ἔχει. Lond.
2 Ἀμάλθεια πανδοκεύουσα. Ox.
3 ἐπεξενοῦτο, Lond. Ox.
4 ὅσα βελτίον αὐτῷ — Ox.
5 ἐκ τούτων οὖν ὁ μ. Lond. De hoc cornu prodidit Pherecydes, δύναμιν ἔχειν τοιαύτην, ὥστε βρωτὸν ἢ ποτὸν ὅπερ εὔξαιτό τις, παρέχειν ἄφθονον. Apollod. 2. Vid. Suidam, & Euſtath.

47. *Narratio de Hyacintho.*

HYacinthum, adoleſcentem Amyclæum, formâ pariter, & ætate florenti, tum Apollo reſpexit, tum etiam Zephyrus, ambo, pulchritudinem ejus depereuntes, & ambitioſi quo certamine alter alteri puerum præriperet. Sagittis quidem jaculabatur Apollo; ſpirabat Zephyrus: ab illo carmina proveniebant, & voluptas; ab hoc autem metus, & perturbatio. Itaque ad Deum inclinat adoleſcens. Zephyrum præ zelotypia ad bellum armat. Deinceps exercitia manebant juvenem, & vindicta à Zephyro. Diſcus erat ad interitum ejus inſerviens; qui ab hoc quidem emiſſus, ab alio verò impulſus, mortem attulit Hyacintho. Videbatur autem indecorum terræ, tantæ calamitatis memoriam deleri, quare pro adoleſcente florem produxit, idémque nomen indidit; cujus principium foliis eſſe inſcriptum, narrant.

[1] Περὶ Ὑακίνθου Διήγημα.

[2] ὙΆκινθος Ἀμυκλαῖον ἦν μειράκιον, ὡραῖον καὶ καλόν· εἰς τοῦτον εἶδε μὲν ὁ Ἀπόλλων, εἶδε καὶ ὁ Ζέφυρος. καὶ ἄμφω κατείχοντο τῇ μορφῇ, καὶ φιλότιμος ἦν ἀφ᾽ ὧν εἶχεν ἑκάτερος. ἐτόξευε μὲν ὁ Ἀπόλλων, ἔπνει δὲ ὁ Ζέφυρος. μέλη μὲν ἦν τὰ παρ᾽ ἐκείνου καὶ ἡδονή· φόβος δὲ τὰ παρὰ τούτου καὶ ταραχή· ῥέπει πρὸς τὸν δαίμονα τὸ μειράκιον, καὶ Ζέφυρον ὑπὸ ζηλοτυπίας ὁπλίζει πρὸς πόλεμον. μετὰ ταῦτα ἦν γυμνασία τῷ μειρακίῳ, καὶ τιμωρία παρὰ Ζεφύρου. δίσκος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ἐκείνου διακονήσας, ὑπὸ τούτου μὲν ἀφεθείς, ὑπ᾽ ἐκείνου δὲ ἐνεχθείς. καὶ ὁ μὲν, ἐτεθνήκει. τὴν γῆν δὲ οὐκ ἦν ἔρημον ὑπομνήματος ἀφεῖναι τὴν συμφορὰν, ἀλλὰ τὸ ἄνθος ἀντὶ τοῦ μειρακίου γίνεται, καὶ τοὔνομα δέχεται. λέγουσι δ᾽ ὅτι καὶ τῆς προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον.

Περὶ

1 Diegemata hæc non ſunt Palæphati, arguit id ſtylus. Nullæ, ut in aliis, hîc fabulæ λύσεις. Nullus è codicibus quibus uſus ſum, excepto Gallico, ea repræſentat. petita ſunt ex Rhetorum lecythis. Vide Photium, tmemate 130.

2 Hanc narrationem habes, ſed paucioribus apud Theon. Soph. & Libanium. Vid. Ovid. X. Metam. Pauſan. *Lacon.* Heſych. in ὑακίνθια. Strabonem, Athenæum, Lucian. Dial. Coluthum in *Raptu.*

[1] Περὶ Μαρσύου Διήγημα.

Ὁ Μαρσύας ἀγροῖκος ἦν· γίνεται δὲ οὗτος Μουσικός. [2] ἐμίσησεν Ἀθηνᾶ τοὺς αὐλοὺς, οὐκ ὀλίγον γὰρ ἀφῃροῦντο τοῦ κάλλους. ἡ πηγὴ τὴν εἰκόνα δεξαμένη, τὸ συμβὰν ἐδίδαξεν. οὕτω δὲ ἐῤῥιμμένων τῶν αὐλῶν, ὁ Μαρσύας ὑφίσαται. προσάπτει οὖν τοῖς χείλεσιν ἀνελὼν αὐτοὺς ὁ ποιμήν· οἱ δὲ ᾖδον θείᾳ δυνάμει, καὶ ἄκοντος τοῦ χρωμένου. τέχνην ὁ Μαρσύας ἐνόμισεν εἶναι τὴν δύναμιν· καὶ χωρεῖ μὲν κατὰ Μουσῶν, χωρεῖ δὲ κατὰ Ἀπόλλωνος· λέγων, οὐδὲ θέλειν εἶναι λοιπὸν, ἂν μὴ πλεονεκτήσῃ τοῦ δαίμονος. ἐν ἐκείνῃ τῇ φιλονεικίᾳ [3] νικᾶται, καὶ τὸ δέρμα μετὰ τὴν ἧτταν [4] ἐκδύεται. εἶδον ἐγὼ ποταμὸν ἐν Φρυγίᾳ, [5] Μαρσύας ὄνομα τῷ ποταμῷ· καὶ ἔλεγον οἱ Φρύγες, ὅτι τὸ ῥεῦμα τοῦτο ἐξ αἵματός ἐστι τοῦ Μαρσύου.

48. *De Marſya Hiſtoria.*

MArſyas cum eſſet ruſticus, hac ratione Muſicus evaſit. Odio cœpit habere ſuas tibias Minerva, tanquam non parum pulchritudini, & formæ, adimentes; ut à fonte, qui imaginem illius receperat, fuerat edocta. Projectas itaque ſic tibias Marſyas ſuſcipit, & ſublatas labris paſtor applicat: eæque, reſiduâ adhuc divinâ vi, etiam invito illo, qui utebatur, recinebant. Cæterùm hanc virtutem Marſyas ſuæ arti adſcribens; & Muſas aggreſſus eſt, & Apollinem; vivere ſe ampliùs nolle dicens, niſi in tali certamine Deum exſuperaſſet. Sed in iſta contentione victo cutis per ſummos artus eſt direpta. Vidi ipſe in Phrygia fluvium, cui Marſyas nomen; quem ex Marſyæ ſanguine profluxiſſe Phryges contendebant.

[1] Περὶ

1 De Marſyâ, & hâc fabulâ vid. Athen. 2. cap. lib. 14. Clem. Alex. lib. 2. Pæd. Vide plura apud Paul. Leopard. 2. Emen. c. 13. & Nonnum ad Steliteut. Naz. Liban. Διηγ.

2 Apud Plutarchum περὶ ἀοργ. p. 456. ſuadet Satyrus ut abjiciat. Ovid. Faſt. l. 6. v. 700. Phorn. in Minervâ.

3 Lucian. Dial. Apul. Flor. 1. Julian. Epiſt. ad Jambl.

4 Athenis ſtatua erat Minervæ cædentis Marſyam, quod abjectas fiſtulas ſuſtuliſſet. Pauſ. Herod in Polym. Nicand. & Philip. in Epigr.

5 De hoc amne Curtius. 3. lib.

1 Ha-

49. De Phaone.

PHaon circa navigia, & anguſtias maris, victum exercuit: neque in hoc offecit cuipiam, quoniam & æquus eſſet, & ab iis duntaxat mercedem exigeret, qui ſolvendo videbantur. Hic mos admirationi cœpit eſſe Lesbiis, atque à Dea (Venerem eam vocant) laudari Phaon; quæ habitu induta mulieris vetulæ, rogat Phaonem, ſecum trajiceret. Ille dictum factum, & ſervire paratus erat, & tranſvehere, & portorii nihil exigere. Quid itaque his Dea repoſuit? Dicitur illum ex ſene juvenem, & formoſum feciſſe. Hic ille Phaon eſt, in cujus amorem Sappho ſæpe carmen cecinit.

[1] Περὶ Φάωνος.

ΤΩι Φάωνι βίος ἦν, περὶ πλοῖον εἶναι καὶ θάλατταν. πορθμὸς ἦν θάλασσα. ἔγκλημά δὲ οὐδὲν παρ' οὐδενὸς ἐνομίζετο· ἐπεὶ καὶ μέτριος ἦν, καὶ παρὰ τῶν ἐχόντων μόνον ἐδέχετο, θαῦμα ἦν τοῦ τρόπου παρὰ τοῖς Λεσβίοις. ἐπαινεῖ τὸν ἄνθρωπον ἡ θεὸς (Ἀφροδίτην λέγουσι τὴν θεὸν) καὶ ὑποδῦσα θέαν ἀνθρώπου γυναικὸς ἤδη γεγηρακυίας, τῷ Φάωνι διαλέγεται περὶ πλοῦ. ταχὺς ἦν ἐκεῖνος καὶ θεραπεῦσαι, καὶ διακομίσαι, καὶ μηδὲν ἀπαιτῆσαι. τί οὖν ἐπὶ τούτοις ἡ θεός; [2] ἀμεῖψαί φασι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀμείβεται νεότητι καὶ κάλλει τὸν γέροντα. οὗτος ὁ Φάων ἐστὶν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς [3] ἡ Σαπφὼ πολλάκις ᾆσμα ἐποίησε.

[1] Περὶ

1 Habetur hæc fab. apud Ælian. 12. 18. Lucian. Dial.

2 Id herbæ cujuſdam viribus factum ait Plinius, ut & Servius ad 111 Æn. p. 283. & ob hanc Phaonem Lesbium dilectum à Sappho. Ælianus unguentum fuiſſe ait.

3 ἐφ' ᾧ ἄλλ. τὸν ἔρωτα. Tol. Ælianus in Lesbo, Sapphonem aliam à Poëtria agnoſcit; duas quoque Athenæus lib. 13. c. 7.

Περὶ Λάδωνος
[1] Διήγημα.

[2] Ἔδοξε τῇ γῇ, Λάδωνι τῷ ποταμῷ πρὸς συνουσίαν ἐλθεῖν. καὶ ἐπεὶ συνῆλθον ἀλλήλοις, κύει μὲν ἡ γῆ, τίκτεται δὲ ἡ Δάφνη· φιλεῖ δὲ ἐκείνην ὁ Πύθιος, καὶ ῥήματα ἦν ἐραστοῦ πρὸς κόρην. ἀλλ᾽ ἡ Δάφνη τὴν σωφροσύνην ἐφίλει. διώκειν οὖν ἔδει, καὶ ἐδιώκετο. πρὶν δὲ ἀπειπεῖν ἐν τῇ φυγῇ, παρακαλεῖ τὴν μητέρα αὐτῆς, πάλιν αὐτὴν εἴσω ποιῆσαι, καὶ τηρῆσαι οἵα γεγένηται. ἡ μὲν οὖν ὧδε ἐποίει, καὶ τὴν Δάφνην εἶχεν ἐν ἑαυτῇ· κατὰ δὲ τὸ μέρος ἐκεῖνο, εὐθὺς ἀνεπήδα φυτόν· καὶ παραπεσὼν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ ἔρωτος ὁ Θεὸς, οὐκ εἶχεν ὅπως ἀποσῇ τοῦ φυτοῦ. ἀλλ᾽ αἵ τε χεῖρες ἀνελαμβάνοντο, καὶ ἡ κεφαλὴ τὸ λοιπὸν ἐκοσμεῖτο. λέγεται δὲ καὶ ὁ τρίπους οὐκ ἄνευ τῆς δάφνης ἱδρύσθαι, κατὰ Βοιωτίαν, ἐπὶ τοῦ χάσματος.

50. *De Ladone Narratio.*

TErræ viſum fuit cum Ladone fluvio ad coitum deſcendere; & poſtquam ſeſe miſcuere, concepit quidem terra, & Daphnen peperit; eámque Apollo dilexit, & verba cum illa habuit amatoria. Sed caſtitatem tuente Daphne, perſecutione opus videbatur; quam mox inſtituit. Priuſquam verò interdiceret quidquam in fuga, matrem invocavit, ut ſeſe rurſum intra ſe reciperet, ac ſervaret talem, qualem antea genuiſſet. Illa quidem precibus morem geſſit, atque in ſe filiam continuit: ínque ea parte continuò planta proſiliit; in cujus amplexus ob amoris vehementiam ruens Apollo, nullis machinis reſiſtere potuit naſcenti arbori; ſed manus illius jam continebantur arbore, ac caput tandem frondibus ornabatur. Dictum quoque eſt, tripoda in Bœotia juxta antrum ſine lauro conſtitui non potuiſſe.

Περὶ

1 Habetur hæc narratio apud Aphthonium, & Libanium, paucis mutatis, & apud Tzetzem Lycophronis.

2 Penei filiam facit Ovid. Pauſan. Ladonis; abundat is lauris, unde Daphne ejus filia fingitur.

1 Hæc

Περὶ Ἥρας.

1 Ἀργεῖοι πολιοῦχον αὐτοῖς τὴν Ἥραν ἡγοῦντο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πανήγυριν αὐτῇ τεταγμένην ἄγουσιν· ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑορτῆς, ἅμαξα βοῶν, τὸ χρῶμα [2] λευκῶν. ἀπὸ δὲ τῆς ἁμάξης εἶναι δεῖ ἱέρειαν. οὕτω δὲ ἔχειν ἄχρι τοῦ ναοῦ. τὸ δὲ ἱερὸν, ἔξω τοῦ ἄστεος· ἧκεν οὖν ποτε ὁ χρόνος φέρων τὴν ἑορτήν. ὁ δὲ νόμος, ἀπὸ τῶν βοῶν οὐκ ὄντων, ἐχώλευεν. ἀλλ' ἐσοφίσατο τὴν ἀπορίαν ἡ ἱέρεια, μήτηρ οὖσα νεανίσκων, ἀντὶ βοῶν τῷ ὀχήματι γενομένων. ἐπεὶ τοίνυν τὸ παρὰ τῶν βοῶν, παρὰ τῶν παίδων ἐγένετο, στᾶσα κατὰ τὸ ἄγαλμα, μισθὸν ἀπήτει τοῦ πόνου. καὶ ἔδωκε, φασὶν, ἡ θεός· ὕπνος ἦν, ὁ αὐτὸς καὶ τοῦ βίου πέρας γενόμενος.

51 *De Junone.*

Junonem Deam ſibi tutelarem exiſtimant Argivi, atque ea propter feſtum in honorem ejus inſtitutum celebrant; cujus apparatus erant juncti boves, corpore albi. Eo in curru conſidere oportebat ſacerdotem, & ſic ad templum uſque provehi: erat autem templum extra urbem. Advenit ergo quondam tempus celebrandi feſti, quo bobus non præſentibus mos claudicaret; ſed arte ſupplevit penuriam ſacerdos, mater adoleſcentum, qui boum tum munia exſequerentur. Poſtquam igitur, quod à bobus fieri debuerat, à filiis eſſet peractum; conſiſtens ad ſtatuam, pretium laboris popoſcit; ídque à Dea ferunt perſolutum, ſomnum ſcilicet, & vitæ finem.

1 Hæc apud Herod. in 1. c. 31. & apud Ciceronem lib. 2. Q. Tuſc. occurrunt, non minori elegantiâ.

2 Λδυκῶν. Gall. λδυκόν.

Τέλος τοῦ, περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν Παλαιφάτου, χρησίμου συντάγματος.

Finis utilis Commentarii Palæphati de Incredibilibus Hiſtoriis.

PALÆPHATI FRAGMENTA

Duo

Ex Faſtis Siculis, ſive Chronico Alexandrino.

[1] PALÆPHATI DE INVENTIONE PURPURÆ.

ΤΟΥ ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ ΠΕΡΙ ἘΦΕΥΡΗΣΕΩΣ ΚΟΥΧΥΛΗΣ.

Interprete MAT. RADERO.

TEmpore autem Phœnicis fuit Tyri Hercules Philoſophus, cognomento Tyrius, qui purpuram invénit. Nam in littore Tyrio obambulans, paſtorium vidit canem, qui oſtreum (quod conchylis dicitur, parvúmque genus eſt teſtudinis marinæ) mandebat, & paſtorem, qui, quòd canem putaret ſanguinare, lanæ vellere ab ove rapto exterſit quod ab ore canis profluebat, vellúſque tinxit. Hercules verò cùm obſervâſſet id non eſſe ſanguinem, ſed peregrini alicujus vim liquoris; ilicet obſtupuit, & cùm ex conchyli ſuccum illum velleris expreſſum ſciret, acceptâ à paſtore lanâ, illam Phœnici, Regi Tyriorum, magni loco mu-

ἘΝ δὲ τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ Φοίνικος ἦν Ἡρακλῆς, ὁ φιλόσοφος Τύριος, ὅσις ἐφεῦρε τὴν κογχύλην. [2] ἐωριζόμενος γὰρ ἐπὶ τὸ παράλιον μέρος τῆς Τύρου πόλεως, ἶδε ποιμενικὸν κύνα ἐσθίοντα τὴν λεγομένην κογχύλην, ὅπερ ἐςὶ μικρὸν εἶδος θαλάσσιον κοχλιῶδες· καὶ ποιμένα νομίζοντα αἱμάσσειν τὸν κύνα, λαβόντα ἀπὸ προβάτου πόκον ἐρέας, καὶ καταμάσσοντα τὸ καταφερόμενον ἐκ τοῦ ςόματος τοῦ κυνὸς, καὶ βάπτοντα τὸν πόκον. ὁ δὲ Ἡρακλῆς προσεσχηκὼς, μὴ εἶναι αὐτὸ αἷμα, ἀλλὰ βάμματος παραξένου ἀρετὴν, ἐθαύμασεν. καὶ γνοὺς, ὅτι ἐκ τῆς κογχύλης ἐςὶ τὸ βάμμα τοῦ πόκου, εἰληφὼς ἐκ τοῦ ποιμένος τὸν πόκον, ὡς μέγα δῶρον, τοῦτον προσήγαγε τῷ βασιλεῖ τῆς Τύρου Φοίνικι.

καὶ

1 Hæc non videntur eſſe Palæphati Senioris, ſed Palæphati Ægyptii.

2 al. αἰωρέμενος. ſed legendum μετεωριζόμενος, negligenter prodeambulans μετεωρίζομαι περιπατῶ. Al. Aphrod.

3 Vid.

καὶ ἐκπλαγεὶς καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῇ θέᾳ τῆς ξένης χροιᾶς τοῦ βάμματος, θαυμάζων τὴν αὐτοῦ εὕρησιν, ἐκέλευσεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ βάμματος τῆς κογχύλης βαφῆναι ἐρέαν, καὶ γενέσθαι αὐτῷ περιβόλαιον βασιλικὸν, καὶ ἐφόρεσεν αὐτὸς πρῶτος περιβόλαιον ἐκ πορφύρας. καὶ πάντες ἐθαύμασαν τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα, ὡς ξένην θέαν. καὶ ἐξ ἐκείνου ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς φοίνιξ, μηδένα ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ὄντα τολμᾷν φορεῖν τὴν αὐτὴν ἐνάρετον ἐκ γῆς καὶ θαλάσσης οὖσαν φορεσίαν, εἰ μή τι αὐτὸν, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν βασιλεύοντας τῆς φοινίκης, διὰ τὸ γινώσκεσθαι τὸν βασιλέα τῷ στρατῷ, [3] καὶ παντὶ τῷ πλήθει ἐκ τῆς θαυμαστῆς καὶ παραξένου φορεσίας. πρώην γὰρ οὐκ ἐγίνωσκον οἱ ἄνθρωποι βάπτειν χρόας ἱματίων, ἀλλὰ τὰς τῶν προβάτων ἐρέας, οἷαι καὶ ἦσαν, ἐποίουν ἱμάτια, καὶ ἐφόρουν. καὶ οὐκ εὐχερῶς ἐγνωρίζοντο τῷ ὑπηκόῳ πλήθει οἱ βασιλεῖς. λοιπὸν, οὐ κατὰ τὸν τόπον βασιλεῖς, ἤτοι ῥῆγες, καὶ τοπάρχαι ἀκηκοότες τούτῳ. οἱ μὲν περιβόλαια, οἱ δὲ φίβλας, καὶ [4] μαντεῖα ἐπενόησαν ἑαυτοῖς πορφυραῖα, ἢ ῥούσσαια, βάπτοντες τὰ ἀπὸ βοτανῶν, καὶ ἐφόρουν διὰ τὸ γινώσκεσθαι τῷ ἰδίῳ

neris detulit; qui & ipſe attonitus novi & inuſitati coloris adſpectu, ejúſque inventione, juſſit vellus liquore purpuræ, ſeu conchylis imbui, ſibíque regiam indè veſtem fieri, primúſque ipſe purpuratam chlamydem geſtavit, quam veſtem regiam, velut peregrinum quid, & inuſitatum ſpectaculum, omnes obſtupuêre. Rex deinde Phœnix mox edicto cavit, ne quiſquam ex ſibi ſubjectis cultum è terræ maríſque theſauro collatum affectaret, præter ipſum Regem, & Regis ſucceſſores: atque hoc, uti Reges à populo, atque exercitu, ex novo hoc & admirando geſtamine noſcerentur. Nam priùs haud nôrant mortales veſtium colores, ſed ex ovium vellere, quale quale illud erat, veſtes conficiebant, & geſtabant, neque facile principes à populo ſecernebantur. Cæterùm alii paſſim Imperatores, Regéſque, & Dynaſtæ, haud obſequentes erant huic legi. Nam alii indumenta, alii fibulatoria aurea, & idola ſibi purpurea, aut ruſſea, ex herbarum ſuccis expreſſo colore, ſibi comparabant, ferebántque, uti populo perſpicui eſſent;

3 Vid. Schol. Hom. Ἰλ. Θ. v. 221.

4 Μαντεῖα] Heſychius Μανδύας, εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικόν ἢ μαντείας. Lego Μαντεῖα. Alii μανδύη & μανδύον afferunt. Vide etiam Salmaſ. ad Trebel. Pol. p. 343. Fallor an non eadem ſit Perſarum Κάνδυς. Erunt autem hoc in loco μαντεῖα, Saga, Paludamenta, tunicæ. Φίβλας verti fibulatoria; quâ voce utitur Trebel. *in XXX. Tyran.*

5 De

quemadmodum ſapientiſſimus prodidit Palæphatus.

διὼ πλήθει, καθὼς Παλαίφατος ὁ σοφώτατος ἐξέθετο. 5

5 De Purpurâ & ejus inventione vix habeo quod addam poſt inſignem diligentiam *Blaiſe de Vigenere* in Philoſtratum. p. 241. Vide etiam Salmuthum in Pancirollum, & Jul. Pollucem. lib. 1. Dictiones iſtæ ῥῆγος, φίβλας, μαντεῖα, ῥύσαια ſunt Chronographi; qui totam hanc & ſequentem narrationem ſuis verbis propoſuit. — Nonnus *Dionyſ.*

Καὶ Τυρίη σκοπίαζε δεδεύμενα φάρεα κόχλῳ, (λάσης.
Πορφυρέης σπινθῆρας ἀκοντίζοντα θα-
Ἦχε κύων ἁλιεργὸς ἐπ' αἰγιαλοῖσιν ἐρέπτων
Ἐνδόμυχον χαροπῇσι γενείασι θέσκελον ἰχθῦν,
Χιονέας πόρφυρε παρηΐδας, αἵματι κόχλου
Χείλεα φοινίξας, διερῷ πυρί· τῷ ποτὲ μούνῳ
Φαιδρὸν ἁλιχλαίνων ἐρυθαίνετο φᾶρος ἀνάκτων.

Adriani nummus apud Seguinum videri poſſit.

De Primo Ferri Inventore.

Περὶ Σιδήρου, τίς Πρῶτος ἐφεῦρεν.

Interprete Mat. Radero.

IDem Vulcanus divino quodam carmine, ſeu precatione, opifex ingenium, & fabrile è cœlo, uti è ferro arma fabricari poſſet, impetravit. Unde & ferri domitor ad uſum belli, inventórque eſt habitus. Conſecratus ergo inter Divos ob continentiæ legem, & quod mortalibus per armorum fabricationem victûs parandi rationem oſtenderit, virtutémque bellicam, & ſalu-

1 Ὁ δὲ αὐτὸς Ἥφαιστος ἀπὸ μυστικῆς τινὸς εὐχῆς τὴν ὀξυλάβην ἐδέξατο ἐκ τοῦ ἀέρος, εἰς τὸ κατασκευάζειν ἐκ σιδήρου ὅπλα. ὅθεν καὶ ἐπικρατὴς σιδήρου ηὑρέθη εἰς τοὺς πολέμους. ἀπεθέωσαν οὖν αὐτὸν ὡς σωφροσύνην νομοθετήσαντα· καὶ τροφὴν ἀνθρώποις διὰ κατασκευῆς ὅπλων εὑρηκότα, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις δύναμιν καὶ σωτηρίαν ποιήσαντα.

1 Αἰγύπτιοι μὲν [λέγουσι] Νείλου γενέσθαι παῖδα Ἥφαιστον· ὃν ἄρξαι φιλοσοφίας. Diog. Laert. Secundus Nilo natus Vulcanus, Opas, ut Ægyptii appellant. Cicero. 3. de Nat. Deorum. fortè Tubal-Cain.

Huc omnino faciunt quæ Suidas in Ἥφαιστος habet, ubi pro ὀξυλάβην Wolphius & Portus ὀξυβάφην malunt. Betulæus ad Ciceronem 3°. de Nat. Deor. vertit, ſub Myſticas precationes ſubito ab aëre corripiebatur; Schol. ad Hom. Ιλ. Σ. v. 477. legit τὸν ὀξύλαβον; mallem tamen noſtram retinere lectionem. Portus ibidem pro ἀέρος legiſſe videtur Ἄρεος ——— Cæterùm qui Ciceroni Opas dicitur, fortè eſt Jamblicho in Myſteriis φθᾶ — οἱ Ἕλληνες, inquit, εἰς Ἥφαιστον μεταλαμβάνουσι τὸν φθᾶ, τῷ τεχνικῷ μόνον προσβάλλοντες: idem Suidæ videtur eſſe Ἀφθᾶς, unde fortè Gr. Ἥφαιστος.

2 Qui

tem comparavit. Ante illum quippe clavis tantùm, & ſaxis pugnabant. Mortuo Vulcano regnum Ægyptiorum ſuſcepit Sol, Vulcani filius, illúdque rexit dies ſeptem & ſeptuaginta ſupra quater millenos quadringenos; qui annos conficiunt XII, menſes III, dies IX. Nam Ægyptii aliam putandi tum temporis rationem ignorabant; annum enim unius diei orbitâ definiebant. Duodenûm verò menſium numerum tum demum deſcripſerunt, cùm vulgò mortales Regibus vectigales haberi cœperunt. Sol autem, Vulcani filius, Rex, eximius erat Philoſophus, qui monitus à quodam, fœminam eſſe Ægyptiam, copiis & opibus florentem, quæ amet quempiam, quîcum adulterii conſuetudinem habeat. Quod Sol cùm intellexiſſet, pœnam ab ea ſtuduit exigere, propter legem à patre latam, ne antiquaretur. Delectis ergo militibus ex omnibus copiis ſuis, cùm tempus, quo per noctem committi adulterium ſolebat, exploraſſet; abſente viro in ædes irrupit, illámque cum a-

τα. πρὸ γὰρ αὐτοῦ ῥοπάλοις καὶ λίθοις ἐπολέμουν. μετὰ δὲ τελευτὴν [2] Ἡφαίςου, ἐβασίλευσεν Αἰγυπτίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὀνόματι [3] Ἥλιος, ἡμέρας δυοζ, ὡς εἶναι ἔτη ιβ', μῆνας γ', ἡμέρας θ'. οὐ γὰρ ᾔδεισαν οἱ Αἰγύπτιοι τότε ἢ ἄλλον τινὰ ἀριθμὸν ἐν τῷ ψηφίζειν, ἀλλὰ τὰς περιόδους τῶν ἡμερῶν εἰς ἔτη ἐψήφιζον. οἱ γὰρ τῶν ιβ' μηνῶν ἀριθμοὶ, μετὰ ταῦτα ἐπενοήθησαν, ἐξ ὅτε ἐνομίσθη ὑποτελεῖς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τοῖς βασιλεῦσιν. ὁ δὲ αὐτὸς Ἥλιος βασιλεὺς, [4] ὁ υἱὸς τοῦ Ἡφαίςου, ἦν φιλόσοφος δυνατὸς, ὅστις ἐδιδάχθη παρά τινος, ὡς γυνή τις Αἰγυπτία, τῶν ἐν εὐπορίᾳ καὶ [5] ἐξιουσῶν παρ' αὐτοῖς, ἐρῶσά τινος ἐμοιχεύετο ὑπ' αὐτοῦ. καὶ ἀκούσας ὁ Ἥλιος, ἐζήτησεν αὐτὴν πιάσαι διὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ἡφαίςου νομοθεσίαν, ἵνα μὴ λυθῇ. καὶ λαβὼν ςρατιώτας ἐκ τοῦ ἰδίου ςρατοῦ, μαθὼν τὸν καιρὸν τῆς μοιχείας αὐτῆς, ὅτι γίνεσθαι ἔμελλε νυκτὸς, ἐπιῤῥέψας αὐτῇ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς μὴ ὄντος αὐτόθι, εὗρεν αὐτὴν μετ' ἄλλου καθεύδουσαν, τοῦ ἐρωμένου

2 Qui eſt Græcis Ἥφαιςος, Ægyptiis eſt Ἀμοῦν. teſte Plutarcho & Proclo; Jamblichus in Myſt. ὁ δημιουργικὸς νοῦς, ὁ τῆς ἀληθείας προςάτης καὶ σοφίας, ἐρχόμενος ἐπὶ γένεσιν, καὶ τὴν ἀφανῆ τῶν κεκρυμμένων λόγων δύναμιν εἰς φῶς ἄγων, Ἀμῶν κατὰ τὴν Αἰγυπτίων γλῶσσαν λέγεται.

3 Ægyptiis Ὧρος. Plutar. de Iſide. Eſt autem Ὧρος Apollo. V. Allatium Menſ. Tem cap. 9. & 13. Diodor. Sic. lib. 1. Herod 2.

4 Tertius Sol Vulcano natus, Nili filio, cujus urbem Ægyptii eſſe volunt eam quæ Heliopolis appellatur. Cicero 3. de N. Deorum.

5 τῶν ἐν εὐπορίᾳ καὶ ἐξουσίᾳ παρ. ſic conjicio legendum, vel ἀξιουσῶν ——

μένου παρ' αὐτῆς. ἥντινα εὐθέως καταγαγὼν ἐπόμπευσεν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ τῆς Αἰγύπτου τιμωρησάμενος αὐτήν. καὶ γέγονε σωφροσύνη μεγάλη ἐν τῇ γῇ τῆς Αἰγύπτου. κἀκείνης δὲ τὸν μοιχὸν ἀνεῖλεν, καὶ ηὐχαριστήθη. περὶ οὗ ἱστορεῖ ποιητικῶς [6] Ὅμηρος ποιητής. ὡς ὁ ἥλιος, φησὶν, ἤλεγξεν τὴν Ἀφροδίτην συμμιγνυμένην νυκτὸς Ἄρει. Ἀφροδίτην δὲ ἐκάλεσεν τὴν ἐπιθυμίαν τῆς πορνείας, ὑφ' ἡλίου βασιλέως ἐλεγχθεῖσαν. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὡς προγέγραπται, Παλαίφατος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο.

maſio cubantem offendit, detractam per totam duci Ægyptum juſſit, graviterque in illam animadvertit; unde in Ægypto cæteræ caſtè vivere didicere, mœcho etiam morte mulctato. quâ re magnam ab Ægyptiis gratiam iniit: de quo Homerus Poëta poëtico more narrat, quaſi diceret, Venerem à Sole cum Marte noctu cubantem fuiſſe proditam. Venerem verò peccandi libidinem, ſeu deſiderium voluptatum, à Sole Rege repreḣenſum, appellavit. Rem autem, uti expoſita eſt, ſapientiſſimus ille Palæphatus literis conſignavit.

6 Odyſſ. Θ, ubi Euſtath. Vide etiam Plutar. l. de Aud. Poët. Confer Hygin. fab. 148. Fulgentium l. 2°. Videntur hæc ſervata nobis ex iis, quæ Palæphatus Ægyptius ſcripſit de Philoſophiâ aut hiſtoriâ Ægyptiâ. Verba autem ipſius Palæphati, de priori parte hujus hiſtoriæ, puto Suidam nobis repræſentâſſe in ἥραιςΘ.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ἩΡΑ-

ἩΡΑΚΛΕΙ´ΤΟΥ

ΠΕΡῚ

ἈΠΙ´ΣΤΩΝ.

HERACLITI

DE

INCREDIBILIBUS.

HERACLITI, DE INCREDIBILIBUS.

ἩΡΑΚΛΕΙ'ΤΟΥ ΠΕΡῚ Α'ΠΙ'ΣΤΩΝ.

Leone Allatio Interprete.

De Meduſa. I.

HAnc tradunt viſam homines in ſaxa convertere; ei Perſeum eripuiſſe caput collo, indéque pennatum Pegaſum exiliiſſe. Res verò ita ſe habet. Meduſa bella meretrix fuit, adeò, ut quicunque aſpiceret, quaſi in ſilicem verſus ſtuperet. Nóſque ſimili fandi modo dicimus; Videns eam in ſaxum induruit, *Sed adventu Perſei* amore exardens, rem familiarem abſumpſit, & ætatem perdidit, Quâ amiſsâ, fortunis ipſa ſpoliata equi ſenium induit. Caput enim, ætatis florem, quem Perſeus decerpſit, innuit.

Περὶ Μεδούσης. α΄.

ΦΑσὶ ταύτην ἀπολιθοῦν τοὺς θεασαμένους αὐτὴν, καὶ Περσέως ἀποτεμόντος αὐτῆς τὴν κεφαλὴν, ἐξελθεῖν ἵππον πτερωτόν. ἔχει δὲ οὕτως. αὕτη ἑταίρα καλὴ ἐγένετο, ὡς τὸν ἰδόντα αὐτὴν ἔκπληκτον γενόμενον, οἷον ἀπολιθοῦσθαι. λέγομεν δὲ καὶ ἡμεῖς. ἰδὼν αὐτὴν ἀπελιθώθη. παραγενομένου δὲ Περσέως, ἐν ἔρωτι γενομένη, τά, τε ὑπάρχοντα κατέφαγε, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἡλικίαν κατέφθειρεν. ἀπολέσασα δὲ τὴν ἡλικίαν, καὶ τὰ ὑπάρχοντα, ἵππειον γῆρας ἐγήρασεν. ἡ γὰρ κεφαλὴ τὸ τῆς ἡλικίας ἄνθος ἐςὶν, ὃ ἀφείλετο αὐτῆς ὁ Περσεύς.

De Scylla. 2.

EAm narrant præternavigantes exedere. Sed fuit ſcortum non inelegans inſulare; habebátque penes ſe voraces, ac impudentis oris paraſitos, cum quibus peregrinos devorabat, inter quos, &

Περὶ Σκύλλης. β΄.

ΛΈγεται περὶ ταύτης, ὅτι κατήσθιε τοὺς παραπλέοντας. ἦν δὲ αὕτη νησιῶτις καλὴ ἑταίρα, καὶ εἶχε παρασίτους, λοιμούς τε καὶ κυνώδεις, μεθ' ὧν τοὺς ξένους κατήσθιεν. ἐν οἷς καὶ

τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους· αὐτὸν δὲ ὡς φρόνιμον, οὐκ ἠδυνήθη.

Ulyſſis comites exhauſit. Ulyſſi verò, veluti cato, non nocuit.

Περὶ Καινέως. γ΄.

ΛΈγεται τοῦτον πρότερον γυναῖκα γεγονέναι. εἶτα ὑπὸ Ποσειδῶνος γενέσθαι ἄνδρα ἄτρωταν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ. οὗτος δὲ ὢν νέος, ἐρώμενος ἐγένετο τοῦ Ποσειδῶνος. ἀνδρωθεὶς δὲ, μέγας κατὰ ψυχὴν ἐγένετο, ὑπ' οὐδενὸς καταπονηθῆναι δυνάμενος. οὔτε δώροις ἐξιλασθῆναι χαλκοῦ καὶ σιδήρου. οὔπω γὰρ χρυσὸς καὶ ἄργυρος εὕρηται.

De Cæneo. 3.

ANtea, ut fertur, fœmina fuit, inde Neptuni beneficio in virum mutata eſt, ære, ferróque invulnerabilem. Verùm hic juvenili ætate Neptuno placuit, provectâ jam deinde, ac virili grandis animo, ſatis roboris habuit, adeò ut omnibus inſuperabilis eſſet, neque æris, & ferri muneribus flecteretur. Tunc enim neque aurum, neque argentum erat in uſu.

Περὶ Ἄτλαντος. δ΄.

ΟὟτος παραδέδοται φέρων τὸν Οὐρανὸν ἐπὶ τῶν ὤμων· ὃ ἀδύνατον, ὑπὸ οὐρανὸν καὶ αὐτὸν ὄντα. ἀνὴρ δὲ σοφὸς ὢν, τὰ κατὰ ἀστρολογίαν πρῶτος κατώπτευσε. προλέγων δὲ χειμῶνας, καὶ μεταβολὰς ἄστρων, καὶ δύσεις, ἐμυθεύθη φέρειν ἐπ' ὤμων τὸν κόσμον.

De Atlante. 4.

TRadunt humeris Cœlum ſuſtinuiſſe, quod fieri nequit, ſuberat enim & ipſe Cœlo. Sed cùm ſapientiâ excelleret, primus omnium Cœli rationem deprehendit: & cùm tempeſtates, ac ſiderum mutationes, occaſúſque prædiceret, in fabulis relatum eſt, eum Orbem geſtare.

Περὶ Κενταύρων. έ.

ΛΈγεται περὶ τὸ Πήλιον, καὶ τὴν Φολόην, γεγονέναι διφυεῖς, τὰ μὲν ἐπάνω τῶν λαγόνων, ἀνδρῶν ἔχοντας, τὸ δ' ἄλλο μέρος πᾶν τῶν ἵππων. οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτο. δύο γὰρ διηλλαγμέ-

De Centauris. 5.

FAma eſt in Pelio monte, ac Pholoë habitantes biformes fuiſſe; ſupra latera, homines, reliqua ſui parte equos; falsò omnino. Naturæ ſiquidem diverſæ, ſi in unum coaleſcant, fieri nequit, ut vi-

vant, aut alantur. Sed cùm tunc temporis equorum uſus nullus eſſet, ipſi primi equos aſcendentes, ſéque per campos prædabundos dantes, illis, qui primùm eos eminus conſpexerant, duplici ſe formâ repræſentârunt.

νας φύσεις εἰς ἓν συνελθούσας, ἀδύνατον ζωογονηθῆναι καὶ τραφῆναι. ἀλλ' ἔτι τῆς τῶν ἵππων χρήσεως οὔσης ἀγνώστου, πρῶτοι καθίσαντες ἐφ' ἵππων, κατέτρεχον τὰ πεδία λῃστεύοντες, φαντασίαν τε ἀπετέλεσαν τοῖς πρώτως θεασαμένοις μακρόθεν, ὡς ἐκ δυοῖν εἰσὶ γεγονότες φύσεων.

De Paſiphaë. 6.

ILla Taurum deperiiſſe dicitur; non eum, ut multi ſomniant, qui inter armenta paſcitur; ridiculum enim eſt Reginam coitûs, ab omni conſortio alieni in deſiderium veniſſe; ſed indigenam neſcio quem, cui Tauro nomen erat. Ope autem Dædali exaturatâ libidine, gravida facta, ſimilem Tauro enixa eſt: Illum multitudo Minoa quidem vocabant, ſed Tauro propter ſimilitudinem vindicabant. Hinc, compoſito nomine, Minotaurus dictus eſt.

Περὶ Πασιφάης. ϛʹ.

ΤΑύτην φασὶν ἐρασθῆναι Ταύρου· οὐχ, ὡς πολλοὶ νομίζουσι, τοῦ κατὰ τὴν ἀγέλην ζώου· γελοῖον γὰρ ἀκοινωνήτου συνουσίας ὠρέχθαι τὴν βασίλισσαν, ἑνός δέ τινος τῶν ἐντοπίων, ᾧ Ταῦρος ἦν ὄνομα. συνεργῷ δὲ χρησαμένη πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν Δαιδάλῳ, καὶ γεγονυῖα ἔγκυος, ἐγέννησε καθ' ὁμοιότητα τοῦ Ταύρου. ὃν οἱ πολλοὶ Μίνω μὲν ἐκάλουν, Ταύρῳ δὲ εἴκαζον, κατὰ δὲ σύνθεσιν Μινώταυρος ἐκλήθη.

De Tireſia. 7.

HIc muliebrem, virilémque ſexum communicaſſe fertur, non aliâ ac Cæneus ratione, ut ſuprà ſcripſimus.

Περὶ Τειρεσίου. ζ.

ΟὟτος μετασχεῖν λέγεται τῆς γυναικείας καὶ ἀνδρείας φύσεως κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόληψιν, ἣν ἐπὶ Καινέως ἐγράψαμεν.

De Harpyis. 1.

FAbulæ narrant, has mulieres alatas Phinei cœnam

Περὶ Ἁρπυιῶν. ή.

ΤΑύτας ὁ μῦθος παραδέδωκε γυναῖκας ὑποπτέρους, τὸ

τοῦ Φινέως δεῖπνον ἁρπαζούσας. ὑπολάβοι δ' ἄν τις ταύτας ἑταίρας, καταφαγούσας τὴν τοῦ Φινέως οἰκίαν, εἶναι, καὶ καταλιπούσας αὐτὸν, καὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς ἐνδεῆ, κεχωρίσθαι ἀπ' αὐτοῦ. ἀεὶ δὲ, ὅσα ἂν κτήσαιτο, παραγινομένας ἐσθίειν, καὶ αὖθις χωρίζεσθαι, ὃ σύνηθες ποιεῖν ταῖς ἑταίραις.

diripere. Non abs re tamen exiſtimabimus meretrices fuiſſe, & omnes Phinei domeſticas opes conſumpſiſſe, ſicque eum victui neceſſariis ſpoliatum, neglexiſſe, ſeceſſiſſéque; ſemper tamen recens comparata à Phineo, ſuo acceſſu devorâſſe, deinde abiiſſe: quod meretricibus ſolemne eſt.

Περὶ Περσέως. θ'.

Τοῦτῳ ἱστορεῖται τὸν Ἑρμῆν πέδιλα πτερωτὰ δεδωκέναι. Ἑρμῆς γὰρ τὴν πρὸς δρόμον γυμνασίαν ἐπενόησεν, ἐν ᾗ ἐνδόκιμος ἦν ὁ Περσεύς. οἱ γοῦν θεώμενοι τὸ τάχος θαυμάζοντες, πτερὰ εἶπον προστεθεῖσθαι τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, καθὼς εἰώθαμεν λέγειν ἐπὶ τῶν ταχέως τρεχόντων, ὅτι ἔπτη.

De Perſeo. 9.

PErſeo, ut fertur, Mercurius pennatos calceos dedit. Mercurius enim exercitandi ſe modum per curſum excogitavit, in quo celebris erat Perſeus. Spectatores itaque velocitatem admirantes, pedibus illius alas annexas enunciabant: nos etiam dicere ſolemus eos, quibus pernicitas pedum ineſt, avolare.

Περὶ Γλαύκου τοῦ Θαλασσίου. ι'.

Οὗτος θαλάσσιος ἀναφέρεται μάντις. νῆσον γὰρ οὗτος οἰκῶν, αἰεὶ τοῖς παραπλέουσιν ἐσήμαινεν, ὡς δεῖ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, προλέγων τὰ συμβησόμενα.

De Glauco Marino. 10.

HIc vates marinus circumfertur fuiſſe; cùm enim inſulam habitaret, ſemper præternavigaatibus modum navigationis expromebat, prædicebátque futura.

Περὶ Κύκλωπος. ια'.

Τοῦτον ἄν τις ὑπολάβοι διαιτώμενον ἐπ' ἐρημίας, νόμων ἄπειρον εἶναι· πεποιθέναι δὲ

De Cyclopi. 11.

EXiſtimare poſſumus hunc deſertarum ſolitudinum accolam, leges penitùs neſciſ-

ſe; & uno ſenſu, qui beneficio viſûs fit, ſed nullâ ratione, cuncta metientem, viribus, aç violentiâ fiſum fuiſſe. Illum rerum experientiâ illuſtris Ulyſſes ſuperavit.

τῇ βίᾳ, μίαν αἴσθησιν ἔχοντα τὴν ἀπὸ τῆς ὁράσεως, λογισμῷ δὲ μηδὲν προβλέποντα. ὃν ὁ σοφὸς Ὀδυσσεὺς κατεπόνησεν.

De Schoeneia Atalanta, & Hippomene. 12.

Περὶ Ἀταλάντης τῆς Σχοινέως, καὶ Ἱππομένους. ιβ΄.

HOs in montibus in Leones transformatos dicunt. Datus fabulæ locus. Nam ſub meridiem antrum ingreſſos, ut ſimul unà concumberent, Leones, ita caſu ferente, qui in ſpelunca erant, devorarunt. Tandem egreſſis belluis, cum illi nuſquam apparerent, eos in Leones verſos, qui cuſtodiæ incumbebant, exiſtimarunt.

Φασὶ τούτους ἀπολεοντωθῆναι ἐν τῷ ὄρει, τῆς περὶ αὐτῶν ὑπολήψεως τοιαύτης οὔσης. μεσημβρίας οὔσης εἰσῆλθον εἰς τὸ σπήλαιον, γενέσθαι θέλοντες μετ' ἀλλήλων. κατὰ τύχην δὲ λέοντες ὄντες ἐν τῷ σπηλαίῳ κατέφαγον αὐτούς. ὕστερον δὲ τῶν θηρίων ἐξελθόντων, ἐκείνων δὲ μὴ φαινομένων, μεταμορφωθῆναι ὑπέλαβον αὐτοὺς οἱ προσεδρεύοντες.

De Phorcidis. 13.

Περὶ Φορκίδων. ιγ΄.

EAs narrant unius ſortitas luminis uſum, ſibique invicem pro opportunitate rei, utendum tradidiſſe. Vero tamen ſimile eſt, tres mulieres, oculis amiſſis, uno, qui eas regeret, uſas fuiſſe ductore. Earum nomina Pephredo, Ennyo, Perſo. & cuſtodiebant mala aurea.

Ταύτας ὑφίστανται μιᾷ ὁράσει χρῆσθαι, ἀεὶ πρὸς τὴν χρείαν μεταλαμβανούσας παρὰ τῆς ἐχούσης. εἰκὸς δέ ἐστι τρεῖς γυναῖκας τυφλωθείσας ὁδηγῷ ἑνὶ χρῆσθαι πρὸς τὴν πορείαν. ὀνόματα δὲ αὐτῶν Πεφρηδὼ, Ἐνυὼ, Περσώ. ἐφύλαττον δὲ τὰ χρυσᾶ μῆλα.

De Sirenibus. 14.

Περὶ Σειρήνων. ιδ΄.

BIformes faciunt, cruribus aves, reliquis membris mulieres. illæ prætereuntes per-

Ταύτας διφυεῖς μυθολογοῦσι, τὰ μὲν σκέλη ὀρνίθων, τὸ δὲ σῶμα γυναικῶν ἐχούσας. ἀπωλ-

ἀπώλλυον δὲ τοὺς παριόντας. ἦσαν γὰρ ἑταῖραι εὐπρεπεῖς, τῇ τε δι' ὀργάνων μούσῃ, καὶ γλυκυφωνίᾳ κάλλισαι, αἷς οἱ προσερχόμενοι κατησθίοντο τὰς οὐσίας. ὀρνίθων δὲ σκέλη ἐλέγοντο ἔχειν, ὅτι ταχέως ἀπὸ τῶν ἀποβαλλόντων τὰς οὐσίας ἐχωρίζοντο.

debant. Erant enim ſcorta, formâ lepidâ, quæ inſtrumentis muſicis, & vocis ſuavitate egregia, res accedentium abliguriebant. Avium crura poſſidere dicebantur, quòd ſtatim ab iis, quos ipſæ rebus denudaverant, ſecederent.

Περὶ Χιμαίρας. ιέ.

Ταύτην Ὅμηρος εἰκονογραφῶν φησί, [1] Πρόσθε Λέων, ὄπιθεν δὲ Δράκων, μέσση δὲ Χίμαιρα. γένοιτο δ' ἂν τὸ ἀληθὲς τοιοῦτον. γυνὴ τῶν τόπων κρατοῦσα, δύο πρὸς ὑπηρεσίαν ἀδελφοὺς εἶχεν, ὀνόματι Λέοντα, καὶ Δράκοντα. παράσπονδος δὲ οὖσα, καὶ ἐξενοκτόνει. ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ Βελλεροφόντου.

1 Iliad. Z. v. 181.

De Chimæra. 15.

Ejus imaginem ſic expreſſit Homerus, *Ora Leonis erant, venter Capra, cauda Draconis.* Res tamen ita eſſe potuit. Mulier, regionis domina, fratres ſibi, Leontem & Draconem, dominationis ſocios adſciverat, quæ cum fœdera violaret, & peregrinos mactaret, à Bellerophonte trucidata eſt.

Περὶ Κίρκης. ιϛ'.

Ταύτην ὁ μῦθος παρέδωκε ποτῷ μεταμορφοῦσαν ἀνθρώπους. ἦν δὲ ἑταίρα. καὶ κατακηλοῦσα τοὺς ξένους, τὸ πρῶτον ἀρεσκείᾳ παντοδαπῇ ἐπεσπᾶτο πρὸς εὔνοιαν. γενομένους δὲ ἐν προσπαθείᾳ κατεῖχε ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀλογίστως φερομένους πρὸς τὰς ἡδονάς. ἥττησε δὲ καὶ τήνδε Ὀδυσσεύς.

De Circè. 16.

IN Poëtarum fabulis legitur, illam potu homines transformâſſe. Erat porrò meretrix, & advenas demulcens, primùm officiis omnibus in ſe, ſuique amorem convertebat: deinde eos amore implicitos apud ſe, in affectus, & libidines ſine ulla ratione effuſos, continebat. Eam quoque Ulyſſes profligavit.

De Flammivomis Tauris. 17.

QUis mortalem naturam flammas, quæ nulli parcunt, vomere exiſtimabit? Immites illi atque aſperi, in objectorum necem veloces erant. Velocitas itaque eorum in perdendo, flammis aſſimilatur.

Περὶ τῶν Πυριπνόων Ταύρων. ιζʹ.

Τίς ἂν ὑπολάβοι θνητὴν φύσιν πῦρ πνέειν ἐξ αὑτῆς, ὃ πάντων ἐςὶν ἀναιρετικόν. ἄγριοι καὶ τραχεῖς ὄντες, πρὸς τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὁραθέντων ὀξεῖς ἦσαν. τὸ οὖν ἐν τάχει περὶ αὐτοὺς ἀναιρετικὸν εἰκάσθη πυρί.

De Hydra. 18.

FEra multorum capitum fuiſſe traditur, cùm res aliter ſe habeat. Par eſt, eam multam habuiſſe ſobolem, quæ illi convivens, atque decertans unà cum ea, incautè obrepentes perdebat.

Περὶ Ὕδρας. ιηʹ.

Πολυκέφαλον ἱςορεῖται θηρίον, οὐχ οὕτως ἔχοντος τ' ἀληθοῦς. εἰκὸς δὲ νεοσσοὺς αὐτὴν ἐσχηκέναι πολλοὺς, οἳ συνόντες αὐτῇ, καὶ τεκούσῃ βοηθοῦντες, τοὺς προσιόντας ἀπώλλυον μετ' αὐτῆς.

De Spartis. 19.

QUis crederet è Draconis dentibus à Cadmo diſſeminatis, armatos homines erupiſſe? Enimverò Cadmus locorum potitus, necatâque belluâ, quæ loca illa deſerta ac inculta effecerat, palantes, vagantéſque homines in unam ſedem congregavit: illi armati & ferinis moribus, ſtatim in contentionem verſi, paucis exceptis, omnes mutuâ internecione deleti ſunt.

Περὶ τῶν Σπαρτῶν. ιθʹ.

Τίς πιςεῦσαι δύναται, ὅτι τοῦ Κάδμου σπείραντος τοὺς τοῦ Δράκοντος ὀδόντας ἔφυσαν ἔνοπλοι ἄνθρωποι; κρατήσας δὲ τῶν τόπων ὁ Κάδμος, καὶ τὸ θηρίον ἀνελὼν, δι' ὃ συνέβαινεν ἔρημον εἶναι τὸν τόπον, τοὺς σποράδην οἰκοῦντας εἰς ἓν συνήγαγεν. οἱ ὄντες ἔνοπλοι, καὶ θηριώδεις, διηνέχθησαν εὐθὺς πρὸς ἀλλήλους, καὶ πλὴν ὀλίγων πάντες ἀπώλοντο.

Περὶ

Περὶ τῶν Χρυσῶν Μήλων. κ'.

ΔΡάκοντά φασι τὰ τῶν Ἑσπερίδων χρυσᾶ μῆλα φυλάττειν. ἀνὴρ δὲ ἐγένετο Δράκων, ὃς ἐκ τῆς ἐπιμελείας τῶν δένδρων, πολὺν ἐσώρευσε χρυσόν. τοῦτον διαπρεπεῖς ἐθήρευσαν γυναῖκες, καὶ ταῖς ἐρωτικαῖς ἐπιθυμίαις ἐνδήσασαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, πρὸς τὸ λοιπὸν ὑπηρέτην ἔσχον, καὶ φύλακα τοῦ κήπου.

De Aureis Malis. 20.

DRaconem ſcribunt aurea Heſperidum mala cuſtodire. Fuit homo, Draco nomine, qui arborum cultu, multum ſibi aurum congeſſerat: illum mulieres egregiâ formâ ceperunt, & amatoriis devictum illecebris, in poſterum ſervum, hortíque cuſtodem poſſederunt.

Περὶ τῶν ἐν Ἅιδου. κά.

ΛΕγεται ὡς Ἡρακλῆς κατελθὼν, ἀνῆλθεν ἀναγαγὼν τὸν Κέρβερον. καὶ Ὀρφεὺς ὡσαύτως, Εὐρυδίκην τὴν γυναῖκα. τὸ δ' ἀληθὲς, ὅτι ὁπηνίκα τὶς ἐκ μακρᾶς ἀποδημίας, καὶ ἐπικινδύνου διατλήσας ἐσώθη, ἔφασκον ἐξ Ἅιδου αὐτὸν διασεσῶσθαι. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν τοὺς μακροὺς πόνους, καὶ παραβόλους ὁδοὺς, καὶ ἐπισφαλεῖς νόσους φεύγοντας, φάσκομεν ἐξ Ἅιδου σεσῶσθαι.

De iis, quæ apud Inferos ſunt. 21.

NArrant Herculem eò deſcendiſſe, aſcendiſſéque, educto Cerbero: & ſimiliter Orpheum, reducta Eurydicę uxore. Verum tamen illud eſt, eum, cùm è longinquo, ac periculoſo itinere, cui, multa perpeſſus, ſuffecerat, rediiſſet, ab Inferis remeare, homines dixiſſe. Hinc ad hæc tempora eos, qui, & labores immenſos, atque inexſpectata itinera, & maximè periculoſos morbos evaſerint, ab Inferis revocatos dicimus.

Περὶ Φαέθοντος. κβ'.

ΟὟτος Ἡλίου ὢν υἱὸς, ἐπεθύμησεν εἰς τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ἀναβὰς διφρεῦσαι. ἀπείρως δὲ τοῦτο ποιοῦντος, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων ὑπὸ τοῦ καύματος, ὁ Ζεὺς αὐτὸν ἐκεραύνωσεν.

De Phaethonte. 22.

HIc ſolis filius patrio curru vectus, illum moderari concupivit. Id cùm imperitè ageret, hominéſque æſtu in perniciem ruerent, à Jove fulmine ictus interiit.

De Orpheo. 23.

Περὶ Ὀρφέως. κγ'.

DIcitur & ſaxa moviſſe, & arbores; & feras mulſiſſe, & alites. Verè tamen dixeris, eum homines moribus efferatos, morum, ac legum penitus ignaros, ad ſuperſtitionem deducentem, & ad pietatem moventem, ſaxeóſque illos, ac belluinos oratione pellicientem, huic fabellæ locum dediſſe.

Οὗτος κινεῖν λέγεται καὶ πέτρας, καὶ δένδρα, καὶ θῆρας, οἰωνούς τε. εἴποι δ' ἄντις ἀληθῶς, ὅτι θηριώδεις ὄντας τοὺς ἀνθρώπους, καὶ οὔτε ἔθη, οὔτε νόμους εἰδότας, εἰς δεισιδαιμονίαν ἀγαγὼν, καὶ ἐπὶ τὸ εὐσεβεῖν παρακαλέσας, πετρώδεις ὄντας, καὶ θηριώδεις διὰ τῶν λόγων κηλήσας, ταύτης τῆς φήμης ἔτυχεν.

De Helle, et Phrixo. 24.

Περὶ Ἕλλης καὶ Φρίξου. κδ'.

DUm Iüs novercæ inſidias propulſarent Helle & Phrixus; Pædagogus, nomine Crios, id eſt, Aries, eos cum navicula ſæviente hyeme convehens, in fugam ſe vertit. Accidítque, Hellem ſuo in Pontum caſu Helleſponto nomen dediſſe: Phrixi incolumis amore Æetem cieri; cúmque obſtaret Crius, & incorruptum puerum ſervare conaretur, pelle exutum fuiſſe, quam ille cruci affixerit. Nominatum verò aureum, quòd maximè omnium fidem ſervarit.

Ἡνίκα τὴν Ἰοῦς ἐπιβουλὴν, μητρυιᾶς οὔσης, ἔφευγον Ἕλλη καὶ Φρίξος, ὁ παιδαγωγὸς, ᾧ ἦν Κριὸς ὄνομα, ἐπὶ πλοιαρίου μικροῦ χειμῶνος ὄντος ἔφυγεν, ἔχων αὐτοὺς, καὶ συμβαίνει τὴν μὲν Ἕλλην ἐκπεσεῖν εἰς τὴν θάλασσαν, ὅθεν ἐκλήθη Ἑλλήσποντος. τοῦ δὲ Φρίξου σωθέντος ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τὸν Αἰήτην. τὸν δὲ Κριὸν διακωλύοντα, καὶ πειρώμενον ἄφθορον διατηρῆσαι τὸν Φρίξον, ἀποδαρθῆναι, καὶ τὸ δέρμα αὐτοῦ προσπασσαλευθῆναι. χρυσοῦν δὲ προσαγορευθῆναι, διὰ τὸ πιςότατον γεγενῆσθαι.

De Panibus, & Satyris. 25.

Περὶ Πάνων καὶ Σατύρων. κέ.

CUm in montibus viverent, nec cum mulieribus conſueviſſent, ſtatim ac mulier ſe in

Ἐν ὄρεσι καταγινόμενοι, καὶ γυναικῶν ἄπειροι ὄντες, ὅταν τὶς παρεφάνη γυνὴ, κοινῶς

νῶς αὐτῇ ἐχρῶντο. τράγων δὲ τρίχας καὶ σκέλη ἐδόκουν ἔχειν, διὰ τὴν περὶ τὰ λουτρὰ ἀμέλειαν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα δυσοσμίαν, καὶ διὰ τοῦτο Διονύσου φίλοι. τὴν γὰρ ἐργασίαν τῶν ἀμπέλων ἐποίουν. καὶ νῦν δὲ ἔτι τὰς εἰς πλῆθος γυναῖκας λέγομεν, ὅτι ἐπανεύομεν αὐτάς.

conſpectum dabat, unà cum ea cubabant omnes ſimul. Hircorum pilos, ac crura habere viſi ſunt, quòd balnea negligentes, fœterent. Ideóque Dionyſii amici putabantur, quòd vites excolerent. Nunc item mulieres ex plebe, ac viles, *Panizare* dicimur.

Περὶ Ἀσκληπιοῦ. κϛʹ.

Λέγουσιν αὐτὸν κεκεραυνῶσθαι. εἴη δ᾽ ἂν πιθανώτερον οὕτω. ἰατρικὴν νικήσας, καὶ ὑψώσας, αὐτὸς ὑπὸ πυρετοῦ φλεχθεὶς ὤλετο. ὅθεν διὰ τὴν φλεγμονὴν αὐτὸς κεραυνωθῆναι λέγεται.

De Æſculapio. 26.

EUM fulmine ictum tradunt. Magis tamen rationi conſentaneum erit; ſi dicamus, celebrem in medicina, medicinæ dignitate auctâ, febri correptum obiiſſe. Quare propter illum æſtum fulmine tactum dicunt.

Περὶ τῆς τοῦ Ἄιδου Κυνέης. κζʹ.

Ὅτι ὁ τὴν Ἄϊδος κυνῆν, ὡς καὶ ὁ Περσεὺς, περιθέμενος ἀόρατος ἐγίνετο. ἔστι δὲ κυνῆ Ἄϊδος τὸ τέλος, εἰς ὃ ἀπελθὼν ὁ τετελευτηκὼς ἀόρατος γίνεται.

De Plutonis Galea. 27.

PLutonis galeam, ſi quis capiti impoſuerit, quemadmodum & Perſeus, inviſibilis fiebat. Verùm Plutonis galea terminus eſt, in quem cùm defunctus devenerit, non ampliùs videtur.

Περὶ Βορέου, καὶ Ὠρειθυίας. κηʹ.

Λέγεται δὲ ὅτι Βορέας Ὠρείθυιαν ἥρπασεν. ἦν δὲ βασιλεὺς τῶν τόπων ἐκείνων. ἡ δὲ αὐτὴ ὑπόληψις, καὶ μέθοδος καὶ περὶ Διὸς, καὶ Γανυμήδους. βα-

De Borea, & Orithyia. 28.

TRaditum eſt, Aquilonem Orithyiam ſuſtuliſſe, qui illi regioni præerat. Eadem animadverſio, & modus de Jove, & Ganymede procedit. regnans ſiquidem rapit Gany-

σιλεύων

medem, in Aquilam propter fortitudinem converſus. Nec aliâ ratione, quæ de Aurora & Tithono, Anchiſe & Venere narrantur, accipienda ſunt.

σιλεύων γὰρ ἁρπάζει τὸν Γανυμήδην, ἀετὸς γενόμενος, ὅτι καὶ τὸ ζῶον ἄλκιμον. Ὁ δ' αὐτὸς τρόπος, καὶ περὶ Ἠοῦς καὶ Τιθωνοῦ, καὶ Ἀγχίσου καὶ Ἀφροδίτης.

De Proteo. 29.

Περὶ Πρωτέως. κθ.

NArrant eum nunc ut aquam fluere, nunc ut ignem exardeſcere. Probis ſcilicet veluti aqua molleſcens, improbos pro dignitate caſtigabat. Unde de eo ſimilia evulgârunt.

ΛΈγεται ὅτι ἐγίνετο ποτὲ μὲν ὕδωρ, ποτὲ δὲ πῦρ. δηλονότι, τοῖς μὲν χρηστοῖς, ὡς ὕδωρ, τοῖς δὲ πονηροῖς κατ' ἀξίαν τιμωρητικός. ὅθεν ταύτην τὴν φήμην περὶ αὐτοῦ διέσπειραν.

De Cane, & Vulpe. 30.

Περὶ τοῦ Κυνὸς, καὶ τῆς Ἀλώπεκος. λ'.

CAnem Cephali, inquiunt, Deorum munere, prærogativam illam habuiſſe, ut quam conſpexiſſet belluam comprehenderet; Vulpem à nullo capi poſſe. Cùm itaque Vulpem Canis ſequeretur, ne, quæ in fatis erant, violarentur, ambos Jupiter in ſaxa transformavit. Hoc autem fingi potuit propter utriuſque, dum alter alteram ſequeretur, errores.

ΤΩι μὲν Κυνὶ τοῦ Κεφάλου δεδομένον εἶναι φασὶν γέρας, ὃ ἂν ἴδῃ θηρίον καταλαμβάνειν· τῇ δὲ Ἀλώπεκι, ὑπὸ μηδενὸς καταλαμβάνεσθαι. διώκοντος οὖν τοῦ Κυνὸς τὴν Ἀλώπεκα, ἵνα μὴ λυθῇ τὸ πεπρωμένον, τοὺς δύο λίθους ὁ Ζεὺς ἐποίησεν. εἴη δ' ἂν τὸ τοιοῦτον πλάσμα παρὰ τὴν τῶν ἀμφοτέρων κατὰ τὸν διωγμὸν πλάνην.

De Diomedis Equis 31.

Περὶ τῶν Διομήδους Ἵππων. λα'.

EQuas homines ediſſe tradunt; dum inter armenta paſcerentur, erant feroces, & cùm nemo poſſet eas jugo ſubdere, Hercules ſubdidit.

ΦΑσὶ ταύτας ἀνθρωποφάγους εἶναι. ἄγριαι δὲ ἦσαν νομάδες. οὐ δυναμένου δέ τινος αὐτὰς ὑφ' ἅρμα ζεῦξαι, ὁ Ἡρακλῆς ἔζευξεν.

Περὶ

Περὶ Καλυψοῦς, καὶ Ὀδυσσέως. λβ΄.

Ἄλογον θνητὸν ὄντα Ὀδυσσέα, αὐτὴν ἐπαγγέλλεσθαι ποιήσειν ἀθάνατον. ἀλλὰ τὸ, τὰ πρὸς τροφὴν, καὶ πρὸς βίου ἀπόλαυσιν ἄφθονα καὶ λαμπρὰ ἕξειν. ὅθεν καὶ ἡμεῖς, ὅταν πῃ κληθῶμεν, καὶ λαμπρῶς εὐωχώμεθα, ἐν Θεοῖς φαμὲν γεγονέναι.

De Calypſo, & Ulyſſe. 32.

A Ratione alienum eſt, eam profiteri, Ulyſſem morti obnoxium immortalitate donare. Sed quæ victui, vitæque neceſſaria videbantur, lauta, ampláque promiſit: & nos, cùm quis nos invitavit, excepítque ſplendidè, atque hilari opſonio, inter Deos fuiſſe dicimur.

Περὶ Κερβέρου. λγ΄.

Τοῦτο ἂν εἴη, ὃ καὶ ἐπὶ τῆς Ὕδρας. οὗτος γὰρ εἶχε δύο σκύμνους, ὧν ἀεὶ συμβαδιζόντων τῷ πατρὶ, ἐφαίνετο εἶναι τρικέφαλος.

De Cerbero. 33.

NOn aliud erit, quàm quod de Hydra diximus. Hic ſiquidem duos Catulos habens, à quibus nunquam, cùm opus expoſceret, deſtituebatur, triceps eſſe videbatur.

Περὶ Λαμίας. λδ΄.

Ἱστοροῦσιν, ὅτι Διὸς αὐτῇ συμμιγέντος, Ἥρα ἀπεθηρίωσεν αὐτήν. καὶ ὅτι ἡνίκα ἂν μανῇ, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαίρειν, καὶ εἰς κοτύλην βάλλειν, καὶ ὅτι σαρκοφαγεῖ, καὶ ἀνθρώπους ἐσθίει. εἴη δ' ἂν τάδε. καλῇ αὐτῇ οὔσῃ ὁ Ζεὺς ἐπλησίασεν βασιλεύων· Ἥρα δὲ συναρπάζουσα αὐτὴν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξε, καὶ εἰς τὰ ὄρη ἔρριψεν. ὅθεν ἐπιπόνως ἔζη, ἐπικουρουμένη οὐδὲν, ἐπὶ τῆς ἐρημίας καταγινομένη αὐτὴ, καὶ διὰ τὸ ἄλουτος, καὶ ἀθεράπευτος εἶναι, ἐδόκει θηρίον ὑπάρχειν.

De Lamia. 34.

NArrant priùs compreſſam à Jove, poſtea à Junone in belluam converſam; &, cum furor invadit, eam ſibi oculos eruere, & in vaſe deponere, carnes præterea, hominéſque vorare. Sed res ita fuerit. Jupiter cum ea, quando formâ erat egregiâ, rerum dominus congreſſus eſt; Juno illius comprehenſæ oculos effódit, relegavítque in ſolitudinem. Ubi omni ope deſtituta, & ſummo cum diſcrimine ſibi in deſerto victum comparans, cùm illota, ac neglecta ſordeſceret, fera exiſtimabatur.

De Progne, & Philomela. 35.

TRadunt in aves verſas avolâſſe, hanc quidem Hirundinem, illam Luſciniam, tertium in Epopa. res tamen ita fieri potuit. Mactato Ity, & domo direpta, naviculam ingreſſæ, velociter fugam arripuere. Tereus licèt inſequeretur, cum nullas comprehendiſſet, ſibi necem conſcivit. Hinc homines, cum illæ nuſquam adparerent, quòd ex improviſo inviſibiles eſſent factæ, in aves transformatas fuiſſe dixerunt.

Περὶ Πρόκνης, καὶ Φιλομήλης. λέ.

Ἱστοροῦνται ὄρνιθες γενέσθαι, ἡ μὲν Χελιδὼν, ἡ δὲ Ἀηδὼν, ὁ δὲ Ἔποψ. τοῦτο δ᾽ ἂν ἔχοι οὕτως. ἀποκτείνασαι τὸν Ἴτυν, καὶ πορθήσασαι τὸν οἶκον, εἴς τι πλοιάριον ἐμβᾶσαι, ταχεῖαν τὴν φυγὴν ἐποιήσαντο. ὁ δὲ Τηρεὺς ἐπεὶ διώξας, οὐ κατέλαβεν αὐτὰς, αὑτὸν ἀναιρεῖ. ὅθεν οἱ ἄνθρωποι, οὐ φαινομένων αὐτῶν, διὰ τὸ ἐξαίφνης ἀφανεῖς γενέσθαι, εἶπον, ὅτι ἀπωρνιθώθησαν.

De Heliadibus. 36.

FErunt, has ex mulieribus populos factas; quod falſum eſt. Sed illæ ſe in Eridanum propter infortunium Fratris conjecere. Quare qui eas perquirerent, cum ad fluvium acceſſiſſent, illis non compertis, ſed tribus populorum ſtipitibus, ſuſpicati ſunt eas in arbores verſas fuiſſe. Eorum nomina fuere, Phobe, Lampeto, Ægle.

Περὶ τῶν Ἡλιάδων. λϛ΄.

Ταύτας φασὶν ἐξ ἀνθρώπων αἰγείρους γενέσθαι. οὐ τοῦτο δὲ, ἀλλὰ διὰ τὸ πάθος τοῦ ἀδελφοῦ εἰς τὸν Ἠριδανὸν αὐτὰς ἔβαλον. διὸ οἱ ζητοῦντες, ἐπὶ τὸν ποταμὸν παραγενόμενοι, καὶ τὰς μὲν οὐχ εὑρόντες, τρία δὲ στελέχη αἰγείρων, ὑπέλαβον αὐτὰς ἀποδενδρωθῆναι. ὄνομα δὲ αὐταῖς, Φόβη, Λαμπετὼ, Αἴγλη.

De Panopte. 37.

CUm omnia oculis, auribúſque uſurpare vellet, eum oculos per totum corpus habere finxerunt. Hinc hodiéque ſimilium hominum genus Panoptas dicimus.

Περὶ Πανόπτου. λζ΄.

Τοῦτον πάντα βουλόμενον ἀκούειν, καὶ ὁρᾷν, ἐν παντὶ τῷ σώματι ὀφθαλμοὺς ἔχειν ἐπλάσαντο. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν τοὺς τοιούτους Πανόπτας καλοῦμεν.

Περὶ Ἐνδυμίωνος καὶ Σελήνης. λή.

Λέγεται, ὅτι καθεύδοντος αὐτοῦ, Σελήνη ἐρασθεῖσα, καταβᾶσα ἐμίγη αὐτῷ. εἴη δ' ἂν, ὁ μὲν Ἐνδυμίων ποιμὴν ἄπειρος γυναικὸς, ἐπιθυμητικῶς δὲ σχοῦσα γυνὴ αὐτοῦ, ἐρωτηθεῖσα παρά τινος τὶς εἴη, ἔφη, Σελήνη.

De Endymione, & Luna. 38.

Dicunt, illius dormientis amore Lunam correptam, Cœlóque delapſam, cum eo cubâſſe. Potuit verò eſſe Endymion paſtor, ignarus mulierum, & rudis, quem cum mulier deperiſſet, à neſcio quo interrogata, quæ illa eſſet, reſpondit, Luna.

Περὶ τῶν Ἡλίου βοῶν. λθ΄.

Περὶ τούτων οὕτως εὗρον ἀλληγορημένον ἐν [1] Ἰλιάδι. οὐκ ἐξῆν τοῖς ἀρχαίοις ἱεροθυτεῖν βοῦς ἐργάτας. καὶ τοῦτο φησὶ μὲν καὶ Ἄρατος, δῆλον δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ποιήσεως. φησὶ γὰρ Ἑκάβη πρὸς Ἀθηνᾶν.

Σοὶ δ' ἂν ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον,
Ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ.

Οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ Ἡλίου [β]ας τούτους ἐκάλουν, ὡς τὴν [γ]ῆν ἐργαζομένους, καὶ ἡμᾶς [τρ]έφοντας. οἱ δὲ τοῦ Ὀδυσσέως [ἑτ]αῖροι, οὐχ Ἡλίου βοῦς, ἀλλὰ [το]ὺς ἐργάτας, θοινηθέντες,

[1] Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἐπέσπον.

[1] Odyſſ. M.
[2] Iliad. κ. v. 292. Diomedes, non Hecuba.

De Solis Bobus. 39.

De hiſce hanc allegoriam in Iliade legi: Antiquis interdictum erat, boves operarios ſacrificare; quod & Aratus aſſerit: compertúmque eſt ex ipſa Poëſi, namque ait, ad Palladem Hecuba;

[2] Robuſtum tibi Diva bovem, cui cornua latam
Obtendant frontem, quem nec juga tracta domârint,
Sacrificans voti ſolvam reus.

Præterea ſolis boves eoſdem vocabant, tanquam qui & terram ſcinderent, & nobis alimenta præſtarent. At Ulyſſis ſocii, non Solis, ſed operarios boves cùm devoraſſent,

Ob ſua ſcelera, præter fatum, dolores contraxêre.

[3] Odyſſ. α. v. 34.

ἈΝΩ-

ΑΝΩΝΥ΄ΜΟΥ

ΠΕΡΙ`

Α᾽ΠΙ΄ΣΤΩΝ.

ANONYMI

Longè HERACLITO recentioris,

DE

INCREDIBILIBUS.

ANONYMI
Longè HERACLITO *recentioris,*
DE INCREDIBILIBUS.

ἈΝΩΝΥ΄ΜΟΥ ΠΕΡῚ ἈΠΙ΄ΣΤΩΝ.

LEONE ALLATIO INTERPRETE.

De Primis Hominibus. 1.

SCiendum eſt, antiquiſſimos homines ab aliis Ægyptios cenſeri, ab aliis, Phrygas. Græcorum verò vetuſtiſſimos Athenienſes, & quos nunc Arcadas, priùs Pelaſgos, vocitabant. Inter Urbes, Athenienſium Arcem à Cecrope indigena, ac biformi conditam; ſecundam à Phoroneo Inachi F. exſtructam; Tertiam Itonis in Theſſalia à Deucalione Promethei F.

Περὶ τῶν Ἀρχαιοτάτων Ἀνθρώπων. α΄.

Ἰστέον ὅτι ἀρχαιοτάτους ἀνθρώπων, οἱ μὲν Αἰγυπτίους, οἱ δὲ Φρύγας φασίν. Ἑλλήνων δὲ ἀρχαιοτάτους Ἀθηναίους, καὶ τοὺς πρὶν Πελασγοὺς, νῦν δὲ Ἀρκάδας. ἐν δὲ πόλεσι τήν τε Ἀθηναίων ἀκρόπολιν ὑπὸ Κέκροπος, τοῦ αὐτόχθονος κτισθεῖσαν τοῦ διφυοῦς, καὶ δευτέραν τὴν ὑπὸ Φορωνέως τοῦ Ἰνάχου κτισθεῖσαν. τρίτην δὲ Ἴτωνος ἐν Θεσσαλίᾳ ὑπὸ Δευκαλίωνος τοῦ Προμηθέως.

Septem Miracula. 2.

1. APud Olympiam Jupiter cubitorum triginta ſex. 2. Epheſiæ Dianæ templum. 3. Apud Delum Ara ex dextris cornibus, quam erectam tradunt, ex ſacrificiis Deo uno die oblatis. 4. Mauſoleum Halicarnaſſi. 5. Ægyptiæ Pyramides, quarum major cubitorum eſt quadringentorum.

Τὰ Ἑπτὰ Θεάματα. β΄.

α΄. Ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ Ζεὺς, πήχεων λϛ΄. β΄. Ὁ τῆς Ἐφεσίων Ἀρτέμιδος ναός. γ΄. Ὁ ἐν Δήλῳ κεράτειος Βωμὸς, ὃς λέγεται γενέσθαι ἐκ θυμάτων τοῦ Θεοῦ μιᾶς ἡμέρας δεξιῶν κεράτων. δ΄. Τὸ Μαυσώλιον τὸ ἐν Ἁλικαρνασσῷ. ε΄. Αἱ ἐν Αἰγύπτῳ Πυραμίδες, ὧν ἡ μείζων πήχεις ἔχει τετρακοσίας. ϛ΄. Τὰ

βαβυλώνια τείχη. ζ΄. Ὁ ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸς, πήχεων ὁ, ὃν ἐποίησε Χάρης ὁ Λίνδιος. τινὲς δὲ τάττουσι καὶ τὸν ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸν, καὶ τὸν ἐν Παρίῳ Βωμὸν, καὶ τοὺς Κρεμαστοὺς κήπους, καὶ τὴν ἱσταμένην Ἀθηνᾶν ἐν Ἀθήναις, καὶ τὰ Κύρου βασίλεια.

6. Babylonis muri. 7. Apud Rhodios Coloſſus cubitorum ſeptuaginta, quem Chares Lindius erexerat. Alii inter ea numerant, Æſculapium apud Epidaurum, Aram apud Parios, Hortos Penſiles, Stantem Minervam Athenis, & Cyri Regiam.

Περὶ τοῦ Χρυσοῦ Δέρως. γ΄.

ΟΤι τὸ ἐν Κόλχοις φυλασσόμενον, οὐκ ἦν δέρας ἀληθῶς χρυσοῦν. τοῦτο γὰρ ποιητικευόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ βιβλίον ἐν δέρμασι γεγραμμένον, περιέχον, ὅπως δεῖ γίνεσθαι διὰ χυμείας χρυσόν. εἰκότως οὖν οἱ τότε χρυσοῦν ὠνόμαζον αὐτὸ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐνέργειαν.

De Vellere Aureo. 3.

QUod apud Colchos aſſervabatur, revera non erat vellus aureum; hoc enim Poëtarum ludicrum eſt; ſed liber, in pellibus ſcriptus, continens, quanam ratione per Chemiæ artem aurum conficiendum eſſet. Non immeritò ergo ab illis Aureum, propter ſimilem operationem, dicebatur.

Περὶ Ἰλίου. δ΄.

ΟΤι τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ τὸν Ποσειδῶνα λέγουσι τειχίσαι τὴν Ἴλιον. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. ἀλλ᾽ ὁ Λαομέδων ἐτείχισε τὴν πόλιν, οὐχ ὁσίως. ἦν δὲ ἐν τῇ Ἀκροπόλει ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ Ποσειδῶνος διαφερόντως τιμώμενον, ὅθεν συλῶν ἀνήλισκε τὰ χρήματα εἰς τὴν τοῦ τείχους κατασκευήν.

De Ilio. 4.

APollinem, ac Neptunum tradunt Ilium mœnibus cinxiſſe. Res autem non ita ſe habuit; ſed Laomedon urbem præter jus muris circumdedit: nam in Arce templum Apollinis ac Neptuni, miro cultu inviſebatur: unde is pecuniam ſuffuratus, in murorum exſtructionem abſumpſit.

Περὶ Ἀχελώου. ε΄.

ΟΤι φασὶ τὸν Ἡρακλῆ μονομαχῆσαι τῷ Ἀχελώῳ. Ἔ-

De Acheloo. 5.

NArrant Herculem ſingulare certamen cum Ache-

loo iniiſſe. Res porrò ita ſe habet. Achelous fluvius, inter Theſprótos & Curetas fluens, & potiſſimam regionis partem ſecans, modò his, modò illis poſſeſſionem adaugebat; ideóque inter eos teterrimo diſſidio conflictabatur. Hercules itaque cùm opem tuliſſet Ætolis, Curetas debellavit, fluviique aquas uno alveo includens, Ætolorum ditionem firmavit, & Oenei filiam Deianiram ſibi matrimonio junxit.

χει δὲ οὕτω. Ῥέων ὁ Ἀχελῶς μεταξὺ Θεσπρωτῶν καὶ Κουρήτων, πολλὰ τῆς χώρας ἀπετέμνετο, ποτὲ μὲν τούτοις, ποτὲ δὲ ἐκείνοις προςιθείς· ἐφ᾽ ᾧ καὶ νεῖκος ἦν ἑκατέροις κρατερόν. Ἡρακλῆς οὖν ἐλθὼν ἐπίκουρος Αἰτωλοῖς, ὑπέρτερος τῶν Κουρήτων ἐγένετο, καὶ τὸν ποταμὸν κατακλείσας εἰς ἓν ῥεῖθρον, καὶ μίαν ἐκβολὴν, ἐκρατύνατο τοῖς Αἰτωλοῖς τὴν γῆν, καὶ τὴν Οἰνέως Δηϊάνειραν ἔλαβεν.

De Cerbero. 6.

CErberus Aidonei F. Theſprotorum rex erat; eum clam ſubreptum prædones in ſpeluncam obſcuram abdiderunt: & Hercules inde extractum Euryſtheo dedit.

Περὶ Κερβέρου. ϛʹ.

ΟΤι Κέρβερος ὁ Αἰδωνέως ἦν βασιλεὺς Θεσπρωτῶν, ὃν νυκτὸς ὑφελόμενοι κλῶπες, ὑπὸ σπήλαιον ἔκρυψαν ἀφεγγές. ὁ δὲ Ἡρακλῆς τοῦτον ἀνελόμενος Εὐρυσθεῖ ἔδωκεν.

De Paſiphaë. 7.

PAſiphaë adoleſcentem indigenam efflictim amans, Dædali opem, ac miniſterium in amore implorat; & quæ pro more, quandocunque is aliquid operabatur, aderat inſpectura, efformantis tunc pulcherrimam Vaccæ ſtatuam, & vivæ quam ſimillimam, ejus domum callidè viſitabat; adeóque obtento Vaccæ aſpectu cum amante clam conſueſcebat: donec poſtea res innotuit. Quæ verò reliqua narrantur, omnia fabuloſa ſunt.

Περὶ Πασιφάης. ζʹ.

ΠΑσιφάη ἐρῶσα νεανίσκου ἐπιχωρίου, ξυλλήπτορα ποιεῖται τὸν Δαίδαλον, καὶ ὑπουργὸν ποιεῖται τῷ ἔρωτι, καὶ εἰωθυῖα καὶ πρὶν, ὅτέ τι ἐργάζοιτο, ἐπισκοπεῖν, εἴδωλον βοῶν τεκταίνοντος περικαλλὲς, καὶ εἰς τὰ μάλιστα ζώσῃ ἐοικὸς, συνετῶς εἰς τὸν Δαιδάλου οἶκον ἰοῦσα, καὶ τότε διὰ θέαν τῆς βοὸς ξυνῆν τῷ ἐρωμένῳ, ὥς τε ἐπάϊστος ἐγένετο. τὰ δὲ ἱστορούμενα μυθικά.

Περὶ τῆς Χιμαίρας. ή.

ΠΕρὶ τῆς Χιμαίρας οὕτω φησὶ Πλούταρχος ἐν τῷ Μονοβίβλῳ, τῷ περὶ ἀρετῆς Γυναικῶν. τὴν Χίμαιραν ὄρος ἀντήλιόν γεγονέναι φησὶ, καὶ ποιεῖν ἀνακλάσεις, καὶ ἀνακαύσεις ἐν τῷ θέρει χαλεπὰς, καὶ πυρώδεις, ὑφ' ὧν ἀνὰ τὸ πεδίον σκεδαννυμένων μαραίνεσθαι τοὺς καρπούς. τὸν δὲ Βελλεροφόντην συμφρονήσαντα διακόψαι τοῦ κρημνοῦ τὸ λειότατον, καὶ μάλιστα τὸ τὰς ἀνακλάσεις ἀποστέλλον.

De Chimæra. 8.

DE Chimæra Plutarchus libro ſingulari, quem de virtute Mulierum conſcripſit, hæc habet: Chimæram montem eſſe ſoli adverſum, refractionéſque facere, & incendia æſtate nimis fervida, & æſtuoſa, quibus per agros diſperſis, effuſiſque fruges contabeſcere. Bellerophontem verò, cauſâ mali perceptâ, loci præcipitis partem leviſſimam, & quæ maximè ſolis illos radios reflectebat, excidiſſe.

Περὶ Ναρκίσσου. θ'.

ΛΈγεται περὶ αὐτοῦ, ὡς ἐν ὕδατι τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν ἰδὼν, καὶ ἐρασθεὶς ἥλατο εἰς τὸ ὕδωρ, ἐφ' ᾧ τὴν αὐτοῦ σκιὰν περιπτύξασθαι, καὶ οὕτως ἀπεπνίγη. οὐκ ἀληθὲς δὲ τοῦτο. οὐ γὰρ εἰς ὕδωρ ἀπεπνίγη, ἀλλ' ἐν τῇ ῥευστῇ τοῦ ἐνύλου σώματος φύσει τὴν ἑαυτοῦ θεασάμενος σκιὰν, ἤτοι τὴν ἐν τῷ σώματι ζωήν. ἥτις ἐστὶ τὸ ἔσχατον εἴδωλον τῆς ὄντως ψυχῆς, καὶ ταύτην ὡς οἰκείαν περιπτύξασθαι σπουδάσας, τουτέστι τὴν κατ' αὐτὴν ζωὴν ἀγαπήσας, ἀπεπνίγη, γεγονὼς ὑποβρύχιος, ὡς φθείρας τὴν ὄντως ψυχήν· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν τὸν ὄντως ἑαυτῷ προσήκοντα βίον. ὅθεν καὶ παροιμία τις φάσκει, Δεδιὼς τὴν σαυ-

De Narciſſo. 9.

DE eo narrant, in aquas, cùm in illis imaginem ſuam conſpexiſſet, amoris œſtro percitum, inſiliiſſe, ut umbram ſui deoſcularetur, ſícque ſubmerſum obiiſſe. Hoc tamen falſum eſt; neque enim in aquam, ſed in fluxam materialis corporis naturam immerſus occidit, ſuâ umbrâ conſpectâ, vita ſcilicet, quæ in corpore eſt, extremo veræ animæ idolo, eámque veluti affinem complecti niſus, hoc eſt vitam ſecundum illam deperiens, ſuffocatur aquis ſubmerſus, tanquam qui veram animam, vel vitæ rationem, idem enim eſt, ſibi convenientem corruperit. Hinc adagio fertur, Timens propriam um-

bram, quo monemur, noſtrum, erga ultima æquè ac prima, ſtudium timere; quod animum, vel veram rerum cognitionem, & perfectionem, quæ illam ſecundum ſui naturam addecet, excidio dat. quemadmodum expoſuit, qui in Platonis Proverbia commentarium edidit.

τοῦ σκιάν. διδάσκει δὲ δεδιέναι τὴν περὶ τὰ ἔσχατα ὡς πρῶτα σπουδὴν, ὄλεθρον ἡμῖν ἐνάγουσαν τῆς ψυχῆς, ἤτοι ἀφανισμὸν τῆς ἀληθοῦς τῶν πραγμάτων γνώσεως, καὶ τῆς προσηκούσης αὐτῇ κατ' οὐσίαν τελειότητος. οὕτως ὁ εἰς τὰς παρὰ Πλάτωνι Παροιμίας γράψας.

De Alexandro. 10.

SCiendum Alexandrum, qui alio nomine Paris dicebatur, non Deas judicâſſe, ſed, cùm ſapientia excelleret, laudationem in eas ſcripſiſſe. Hinc fabulæ datus locus, eum inter Palladem, Junonem, & Venerem ſententiam dixiſſe.

Περὶ Ἀλεξάνδρου. ι'.

ἸΣτέον ὅτι Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Πάρις, οὐκ ἔκρινε τὰς Θεὰς, ἀλλὰ σοφὸς γεγονὼς, ἐγκώμιον εἰς αὐτὰς ἐποίησεν, ὅθεν ἐδόθη μῦθος, κρίναι αὐτὸν μεταξὺ Παλλάδος, καὶ Ἥρας, καὶ Ἀφροδίτης.

De Pane. 11.

POlyænus in Strategicis tradit, primum Pana ordinem inveniſſe, & phalangem nominaſſe, cornu lævum, dextrúmque conſtituiſſe, ideóque Cornigerum fingi. Primúmque hoſtibus ſapientia, & arte terrorem injeciſſe. Cùm enim Baccho nunciaſſent ſpeculatores, innumeras hoſtium copias adventare, Baccho timore perculſo, Pan non abjecit animos, ſed præcepit, ut noctu Bacchicus exercitus, quàm maximum clamorem tolleret. Illi itaque tubis, clamoréque perſtrepuerunt: petræ verò,

Περὶ Πανὸς. ιά.

ΦΗσὶ Πολύαινος ἐν τοῖς Στρατηγικοῖς, ὅτι πρῶτος οὗτος τάξιν εὗρε, καὶ φάλαγγα ὠνόμασε, κέρας ἔταξε δεξιὸν καὶ λαιόν. ταύτῃ ἄρα Κερασφόρον πλάττουσι. καὶ πρῶτος πολεμίοις φόβον ἐνέβαλε, σοφίᾳ καὶ τέχνῃ. μετὰ γὰρ μυρίαν χεῖρα πολεμίων ἐπάγεσθαι τῷ Διονύσῳ ἐκ τῶν σκοπῶν, τοῦ Διονύσου δείσαντος, αὐτὸς ὅμως οὐκ ἔδεισεν, ἀλλ' ἐσήμαινε νύκτωρ τῇ Διονυσιακῇ ϛρατιᾷ ἀλαλάξαι μέγιϛον. οἱ μὲν οὖν ἐσάλπισαν, καὶ ἠλάλαξαν, ἀντήχησαν δὲ αἱ

πέτραι, καὶ τὸ κοῖλον τῆς νάπης. οἱ μὲν οὖν πολέμιοι φόβῳ πληγέντες, ἔφυγον, τοῦ δὲ Πανὸς τὸ στρατήγημα τιμῶντες, τὴν Ἠχὼ τῷ Πανὶ φίλην ᾄδομεν, καὶ τοὺς νυκτερινοὺς φόβους Πανικοὺς κλήζομεν.

ſaltuúmque cavitas reſonarunt. Hinc hoſtes metu concuſſi, fugam arripuere. Stratagema porrò panis celebrantes, Echo Pani gratam, amicámque concinimus, & nocturnos exercituum terrores, Panicos appellamus.

Περὶ Ἐνδυμίωνος. ιβʹ.

Ὅτι πρῶτος Ἐνδυμίων τῇ περὶ τοὺς ἀστέρας ἐσχόλασε θεωρίᾳ, ὡς ἀγρυπνεῖν τὴν πᾶσαν νύκτα, καὶ τὰς ἡμέρας ἐπὶ πλεῖον καθεύδειν. διὸ καὶ ἐρώμενος εἶναι λέγεται τῆς Σελήνης, ὡς ὑπάρχων αὐτῇ τούτου ἕνεκα προσφιλής. οὕτω Πλάτων.

De Endymione. 12.

PRimus omnium Endymion ſiderum ſpeculationi operam dedit, adeò, ut noctu invigilaret, interdiu ut plurimùm dormiret: ideóque Luna amore eum proſequi dicebatur, tanquam qui illi ob id ſtudium gratus eſſet. Sic Plato.

Περὶ Φαέθοντος. ιγʹ.

Λέγεται δὲ καὶ περὶ Φαέθοντος, ὡς Ἡλίου ἦν υἱός. ἔχει δὲ οὕτως. ὁ Φαέθων τὸν τοῦ Ἡλίου δρόμον ἐτεκμήρατο, ὡς τὸν τῆς Σελήνης Ἐνδυμίων, οὐ μέντοι ἀτρεκέως, ἀλλὰ ἀτελῶς τὸν λόγον ἀπολιπὼν ἀπέθανεν. Καὶ ὁ Βελλεροφόντης πτηνὸς, καὶ ὡς ὁ μῦθος, οὐκ ἐγένετο, ἀλλὰ τὴν ἀστρονομίαν μετιὼν, ὑψηλά τε φρονῶν, καὶ ἄστροις ὁμιλῶν εἰς οὐρανὸν, οὐ τῷ ἵππῳ, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ, ἀνέβη.

De Phaëthonte. 13.

DIcunt Phaëthontem filium Solis fuiſſe. ſed res ita ſe habet, Phaëthon Solis curſus, quemadmodum Lunæ Endymion, obſervabat, ſed re infectâ fato functus eſt. Et Bellerophon, non volavit, ut in fabulis eſt, ſed cum Aſtronomiæ operam navaret, magníſque cogitationibus inflaretur, & ſideribus conſueſceret, in Cœlum non equo, ſed cogitatione conſcendit.

De Icaro. 14.

ICarus juventute, ac ſcelere fretus, non toleranda perquirens, ſed cogitationibus mirum in modum ſuperbiens, à veritate aberravit; nec non à ratione deflectens, in Pelagus præceps corruit, quem Græci rerum abyſſum indigetant, ab eóque ſinui Icari nomen donant.

Περὶ Ἰκάρου. ιδ΄.

ΚΑὶ ὁ Ἴκαρος νεότητι, καὶ ἀτασθαλίᾳ χρώμενος, οὐκ ἐπιεικτὰ ζητῶν, ἀλλὰ πολὺ ἀρθεὶς τῷ νῷ, ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας, καὶ παντὸς ἀπεσφάλη τοῦ λόγου, καὶ εἰς πέλαγος κατηνέχθη ἀβύσσων πραγμάτων, ὃν Ἕλληνες ἄλλως μυθολογοῦσι, καὶ κόλπον ἀπ᾽ αὐτοῦ Ἰκάριον πλάττουσιν.

De Io, & Argo. 15.

IO Areſtoris filia Junoni odio erat. Cùm verò, antequam nuptui daretur, eam concepiſſe pater comperiſſet: (neque enim ultrà aſpectus virginis erat, ſed, venerea libidine, major, ac pulchrior, ut ab Argivis bos diceretur;) ægrè ferens, eam in cuſtodia detinebat, Argo matris fratre illi cuſtode conſtituto. Argus, cùm nuſquam ſomno cederet, nec poſſet eludi, ſemper mulieri aderat: hinc Panoptes dictus eſt. Sed Mercurius unus ex indigenis, ita Io annuente, clam Argum occidit. Liberata, unà cum iis, qui opem tulere, onerariam navim aſcendens, in fugam ſe vertit. Sed tempeſtate in Ionium mare delata, multa loca

Περὶ Ἰοῦς, καὶ Ἄργου. ιέ.

ΙΩ ἡ Ἀρέςορος ἠρᾶτο τῇ Ἥρᾳ. πρὸ γάμου δὲ κυήσασαν γνοὺς ὁ πατὴρ, (οὐ γὰρ ἔτι αὐτῇ ἡ ὄψις παρθένιος ἦν, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῆς ἀφροδισίου ἀκμῆς μείζων, καὶ καλλίων αὐτῆς ἐφαίνετο, ὡς καὶ βοῦς ὑπὸ τῶν Ἀργείων ἐπονομάζεσθαι,) ἐχαλέπαινέ τε, καὶ ἐν φρουρᾷ εἶχεν αὐτὴν, φυλάξαι ἐπισήσας αὐτὴν τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφὸν Ἄργον. καὶ ὁ μὲν Ἄργος ἀΰπνος ὢν, καὶ πάντῃ ἄφυκτος, οὐδαμῶς αὐτὴν ἀνίει. ὅθεν καὶ Πανόπτης ἔσχεν ἐπίκλην. τῶν δὲ ἐπιχωρίων Ἑρμάων, βουλομένης Ἰοῦς, λαθὼν κτείνει τὸν Ἄργον. ἡ δὲ Ἰὼ ἐλευθερωθεῖσα, φεύγει σὺν τοῖς πράξασιν, ἐπιβᾶσα νεὼς φορτίδος, ὑπὸ δὲ χειμῶνος φορηθεῖσα ἀνὰ τὸ πέλαγος, ὃ καλεῖται Ἰόνιον, καὶ πολλαχοῦ προσπελασθεῖσα,

λασθεῖσα, εἰς Ἀερίαν ἐκομίσθη, καὶ Θεὸς ἐνομίσθη διὰ τὸ κάλλος. Οὕτω Χάραξ ἐν Ἑλληνικοῖς.

cùm pererrâſſet, tandem Aëriam appulit, & inter Deos ob pulchritudinem refertur. Hæc habet Charax in Hiſtoria Græcorum.

Περὶ Διονύσου. ις´.

Ὁ Χάραξ οὕτω φησίν. Ὅτι Σεμέλη ἡ Κάδμου θυγάτηρ λέγεται κυῆσαι πρὸ γάμου. ἐν δὲ ταῖς γοναῖς κεραυνοῦ κατασκήψαντος, αὐτὴ μὲν ἠφανίσθη, τὸ δὲ βρέφος περιεγένετο. ἐκείνην μὲν οὖν, ὁποῖα ἐπὶ τοῖς διοβλήτοις λέγεται, θείας μοίρας λαχεῖν ᾠήθησαν, καὶ Θυώνην ὠνόμασαν· τὸν δὲ παῖδα θειότατον ὄντα, ὁ Κάδμος, διότι ἐκ πυρὸς ἐσώθη, περιεῖπε, καὶ τίθεται αὐτῷ Αἰγυπτίου Διονύσου πάτριον ὄνομα. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Ἀφροδισιεὺς, ἐν τοῖς Φυσικοῖς οὕτω φησίν. ὡς οὐκ ἀσκόπως μυθεύονται, ἕπεσθαι Βάκχην τῷ Διονύσῳ, διὰ τὴν ἐκ τοῦ οἴνου χρείαν· Σατύρους δὲ, διὰ τὴν εὐκινησίαν· Λυδοὺς δὲ, διὰ τὸ τινὰς ἐξ αὐτοῦ ἐκλύεσθαι· Πάρδον δὲ, διὰ τὴν πολυποίκιλον φαντασίαν τῶν οἰνωμένων. διάφορον γὰρ ἕκαστος, καὶ ποικίλον ἀναδέχεται λογισμὸν, ὑπὸ τοῦ οἴνου κινούμενος. πολύστικτος δὲ καὶ ἡ δορὰ τοῦ ζώου. μίαν δὲ Βάκχην μανεῖσαν δρᾶσαι φόνον. πολλοὶ γὰρ μεθυσθέντες ἐφόνευσαν. σφαλεροὶ δέ τινες εἶναι

De Baccho. 16.

CHarax hæc tradit; Semelem Cadmi filiam, antequam nuberet, concepiſſe. dum pareret, fulmine ictam, de medio ſublatam, puerum ſupervixiſſe. Illa itaque uti de ſimilibus fama eſt, quaſi divinæ naturæ particeps, in Deorum numero habita eſt, & Thyone vocata. Pueri diviniſſimi Cadmus, quòd ab igne ſoſpes evaſerat, curam gerebat, illique Dionyſii Ægyptii patrium nomen indidit. Alexander autem Aphrodiſienſis in Phyſicis ſcribit; Non ſine ratione Baccham Baccho comitem dediſſe Poëtas, propter uſum vini; Satyros, propter agilitatem corporis; Lydos, quòd eorum nonnulli diſſolvantur; Pardum, propter variam, ac multiplicem vino correptorum imaginationem: varias ſiquidem ac diverſas, quicunque vino titubat, cogitationes efformat: cauda item animalis variis maculis interſtincta eſt. Unam item Baccham in furorem verſam cædem patrâſſe; multi enim vino madidi cædes efficiunt. Lubricos nonnullos, & mobili-

bus plantis inconſtantes, quòd cogitatio bibentium per vinum manifeſtetur. Amore Veneris, Ariadnæque irretitum: in mulieres enim, & libidines temulenti ſunt proni, faciléſque * * quòd corpora deſolentur, marceſcant, ac nimio vino langueant. * * Igne, & fulmine ictum, & in femore conſutum: Vinum etenim Soli expoſitum, temperie perficitur, & virtute in amphoris obſeratum. Quatuor illi ſorores; propter quatuor vini mutationes, converſionéſque.

διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου φανέρωσιν τῶν πινόντων τοῦ λογισμοῦ. ποθῆσαι δὲ Ἀφροδίτην, καὶ Ἀριάδνην, ὅτι τοῖς οἰνωθεῖσι παρέπεται πλείστη τῶν γυναικῶν ἐπιθυμία. ** ἐρημοῦν τε, καὶ βλάπτειν, καὶ μαραίνειν τὸ σῶμα, τὸν πολύν. ** ὑπὸ πυρὸς δὲ κεραυνωθῆναι, καὶ ἐν μηρῷ βληθῆναι, ὅτι πολλάκις ὁ οἶνος, ἡλιαζόμενος τελειοῦται τῇ κράσει, καὶ δυνάμει τοῖς κεραμίοις κρυπτόμενος. τέσσαρας δὲ γυναῖκας εἶναι αὐτῷ ἀδελφὰς, διὰ τὸ τέσσαρας τροπὰς ἔχειν, καὶ μεταβολὰς τὸν οἶνον.

De Catena Homerica. 17.

COnjectant nonnulli Homerum catenam vocare dies, & ſolis radios.

Περὶ τῆς Παρ' Ὁμήρῳ Σειρᾶς. ιζ.

ΣΥμβάλλουσι δέ τινες Ὅμηρον, σειρὰν λέγειν τὰς ἡμέρας, καὶ τὰς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας.

Περὶ Κρόνου. ιή.

Τὸ δὲ καὶ τὸν Κρόνον ὑπὸ Διὸς δεθῆναι οὐκ ἀληθές. ἀλλὰ φέρεται ὁ Κρόνος τὴν ἔξω φορὰν πολὺς ἀφ᾽ ἡμῶν. ἡ δὲ κίνησις νωθὴς, καὶ οὐ ῥαδία τοῖς ἀνθρώποις φαίνεται. διὸ ἐςάναι αὐτὸν φασί πως πεπεδημένον. τὸ δὲ βάθος τῶν πολλῶν ἀςέρων Τάρταρος λέγεται.

De Saturno. 18.

FAlsò narrant Saturnum à Jove vinculis aſtrictum; ſed cùm ille remotior à nobis, externo curſu circumvolvatur, & motus tardus non facilè ab hominibus percipiatur, eum quodammodo colligatum perhibent. Multorum verò ſiderum profunditas Tartarus dicitur.

Περὶ τοῦ πυρὸς τοῦ ἀπὸ τῶν Διομήδους ὅπλων. ιθ́.

ΟΤι τὸ ἀκατάπαυςον πῦρ, ὃ ἀνῆπτεν ἀπὸ τῶν ὅπλων τοῦ Διομήδους, ἐπὶ Φωσφόρου παραδίδοται ἡ Ἀθηνᾶ, καὶ χορηγός ἐςὶ νοῦ, καὶ φρονήσεως ἀληθοῦς. ἀνῆψε τῇ Διομήδους ψυχῇ φῶς, καὶ τὴν ἀχλὺν ἀφείλετο, ἢ ὡς τὴν ἀγνωσίαν, ἧς παρούσης οὐχ ὁρᾷ ψυχή. λέγεται γὰρ,

* Ἀχλὺν δ᾽ αὖ τοι ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν.

καὶ τοῦτο ἂν νοηθείη τὸ πῦρ, καὶ ἡ παρασχοῦσα αὐτῷ Ἀθηνᾶ. οὕτω Πρόκλος.

De igne, qui ab armis Diomedis exſiliebat. 19.

INextinctus ignis, quo Diomedea arma ardebant, Minerva traditur fuiſſe, mentis, veræque prudentiæ parens: illa enim Diomedis animo lumen incendit, tenebráſque, ignorantiam videlicet, quæ ſi aderit, mens non videt, depulit. canit enim Poëta.

Atque inſuper atram
Ex oculis nubem eripui.

ídque ignis ſignificat, & quæ illum communicavit Minerva. Ità Proclus.

* Iliad. ε. V. 117.

Περὶ

De eo * *Magnum ingemuit tum faginus axis.* 20.

M*Agnum ingemuit tum faginus axis,*
Pondere.
& quânam ratione, ponderis expers, ponderis eſſe cauſa poteſt? Dicunt itaque; quale fuerit continens, tale neceſſariò debet eſſe contentum. Cùm enim unus ſit Deus, qui communicatur, alia ratione animus, alia mens, alia imaginatio, & alia ſenſus eum participat: animus enim involutè, mens individuè, imaginatio ſibi formas effingens, ſenſus patiendo. Et quod communicatur etiam, juxta ſui ſubſiſtentiam, uniforme eſt, participatione multiplex, alia atque alia ratione, propter participantium imbecillitatem, participantibus objectum. Et præter hæc gravitatis etiam expers, gravitatis cauſa videtur.

Περὶ τοῦ, Μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων. κ'.

ΜΈγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων;
βριθοσύνη.
καὶ πῶς βαρύτητος αἴτιον τὸ ἀβαρές; Φασὶν οὖν, ὅτι ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ μετέχον, τοιοῦτον ἀνάγκη φαίνεσθαι καὶ τὸ μετεχόμενον. ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ μετεχομένου Θεοῦ, ψυχὴ μὲν ἄλλως, νοῦς δὲ ἄλλως, φαντασία ἄλλως, καὶ αἴσθησις ἄλλως μετέχει. ἡ μὲν ἀνειλιγμένως, ὁ δὲ ἀμερίστως, ἡ δὲ μορφωτικῶς, ἡ δὲ παθητικῶς. καὶ ἔστι τὸ μετεχόμενον μονοειδὲς μὲν καὶ κατὰ τὴν ὕπαρξιν, πολυειδὲς δὲ κατὰ μέθεξιν, ἄλλοτε ἀλλοῖον διὰ τὴν αὐτῶν ἀσθένειαν τοῖς μετέχουσι φανταζόμενον. καὶ οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ βάρους τὸ ἀβαρὲς αἴτιον φαίνεται.

* Iliad. ε. V. 838.

De Solœciſmo. 21.

CRoeſus, poſt colloquium *cum Solone, in Ciciliam profectus, Solos urbem conditam habitatoribus complevit: inter eos & Athenienſium* quoſdam convocavit; qui lapſu

Περὶ Σολοικισμοῦ. κα'.

ΟΤι Κροῖσος μετὰ τὴν τοῦ Σόλωνος ἐρώτησιν ἐν Κιλικίᾳ γεγονὼς, Σόλους πόλιν ᾤκησεν, ἐν ᾗ καί τινας τῶν Ἀθηναίων κατῴκισεν, οἳ χρόνῳ βαρβαρωθέν-

τες ἐλέγοντο Σολοικίζειν, ἀφ' οὗ καὶ Σολοικισμός.

temporis in barbariem prolapſi Solœcizare dicebantur. Hinc Solœciſmo nomen.

Περὶ Σεισαχθείας. κβ'.

Ὅτι Σόλων ὁ Σαλαμίνιος πρῶτος Ἀθηναίων τὴν Σεισάχθειαν εἰσηγήσατο· τὸ δὲ ἦν λύτρωσις σωμάτων. καὶ γὰρ ἐπὶ σώμασιν ἐδανείζοντο, καὶ ἀπορρῦντες ἐθήτευον.

De Siſachthia. 22.

SOlon Salaminius primus inter Athenienſes Siſachthiam invexit: Id autem fuit corporum liberatio. Namque corpora obligantes mutuum accipiebant, &, cùm ſolvendo non eſſent, oppigneratis corporibus ſervitutem ſerviebant.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

ἘΡΑ-

ἘΡΑΤΟΣΘΈΝΟΥΣ

ΚΥΡΗΝΑΊΟΥ

ΚΑΤΑΣΤΕΡΙΣΜΟΊ.

ERATOSTHENIS

CYRENÆI

CATASTERISMI.

ERATOSTHENIS CYRENÆI CATASTERISMI.

Ε'ΡΑΤΟΣΘΕ'ΝΟΥΣ ΚΥΡΗΝΑΙ'ΟΥ ΚΑΤΑΣΤΕΡΙΣΜΟΙ'.

Interprete Tho: Gale, Anglo.

Urſa Major. I.

HEſiodus ait hanc fuiſſe Lycaonis filiam, & in Arcadiâ habitâſſe, ſtudioque venationis inductam cum Dianâ in montibus agitâſſe. Poſtea autem à Jove corruptam fuiſſe, idque celâſſe Deam; ſed jam utero ingraveſcente, cum propediem partus inſtaret, cum lavaretur in flumine, Diana eam deprehendit, quamobrem in Urſæ ſpeciem Dea irata eam convertit, & dum eſſet Urſa enixa eſt quem Arcadem vocant. Porro cum in montibus vagaretur à quibuſdam paſtoribus comprehenſa, cum Infante ad Lycaonem adducta eſt pro munere. Poſt aliquantum temporis in Jovis templum, quo eam nefas erat intrare, ſe conjecit, & cum Arcas filius & Arcades ſecuti eam interficere conarentur, propter legem violatam, Jupiter memor conſuetudinis, eam eripuit, & in aſtris collocavit, urſamque nominavit propter id quod evenerat. Habet ſtellas in capite 7. obſcuras, in

Ἄρκτος ἡ μεγάλη. I.

ΤΑύτην Ησίοδός φησι Λυκάονος θυγατέρα ἐν Ἀρκαδίᾳ οἰκεῖν, ἑλέσθαι δὲ μετὰ Αρτέμιδος τὴν περὶ τὰς θήρας ἀγωγὴν ἐν τοῖς ὄρεσι ποιεῖσθαι, φθαρεῖσάν τε ὑπὸ Διὸς ἐμμεῖναι λανθάνουσαν τὴν θεόν· φωραθῆναι δὲ ὕςερον, ἐπὶ τόκου ἤδη οὖσαν, ἀφθεῖσαν ὑπ' αὐτῆς λουομένην, ἐφ' ᾧ ὀργισθεῖσαν τὴν θεὸν ἀποθηριῶσαι αὐτὴν, καὶ οὕτως τεκεῖν Ἄρκτον γενομένην, τὸν κληθέντα Ἀρκάδα. οὖσαν δ' ἐν τῷ ὄρει θηρευθῆναι ὑπὸ αἰπόλων τινῶν, καὶ παραδοθῆναι μετὰ τοῦ βρέφους τῷ Λυκάονι. μετὰ χρόνον δέ τινα δόξαι εἰσελθεῖν εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄβατον ἱερὸν, ἀγνοήσασαν τὸν νόμον· ὑπὸ δὲ τοῦ ἰδίου υἱοῦ διωκομένην καὶ τῶν Ἀρκάδων, καὶ ἀναιρεῖσθαι μέλλουσαν διὰ τὸν εἰρημένον νόμον, ὁ Ζεὺς διὰ τὴν συγγένειαν αὐτὴν ἐξείλετο, καὶ ἐν τοῖς ἄςροις αὐτὴν ἔθηκεν· Ἄρκτον δὲ αὐτὴν ὠνόμασε διὰ τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ σύμπτωμα. ἔχει δὲ ἀςέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ζ ἀμαυρούς. ἐφ'

ἑκατέρων ὠτίων β΄. ἐπ᾽ ὠμοπλατῶν λαμπρὸν α΄. ἐπὶ τοῦ ϛήθους β΄. ἐπὶ τῆς ῥάχεως λαμπρὸν α΄. ἐπὶ σκέλεσιν (ἐμπροσθίοις β΄.) ὀπισθίοις β΄. ἐπ᾽ ἄκρῳ τῷ ποδὶ β΄. ἐπὶ τῆς κέρκου γ΄. τοὺς πάντας κδ΄.

ſingulis auribus duas, in armo 1. claram, in pectore 2, in ſpinâ 1. claram, in crure priore 2, in poſteriore 2, in pede extremo 2, in extremâ caudâ 3, 24. omnes.

Ἄρκτος ἡ Μικρά. 2.

ΑὙτη ἐϛὶν ἡ μικρὰ καλουμένη, προσηγορεύθη δὲ ὑπὸ τῶν πλείσων Φοινίκη, ἐτιμήθη δὲ ὑπὸ τῆς Ἀρτέμιδος· γνοῦσα δὲ ὅτι ὁ Ζεὺς αὐτὴν ἔφθειρεν, ἠγρίωσεν αὐτήν· ὕϛερον δὲ σεσωσμένῃ λέγεται δόξαν αὐτῇ περιθεῖναι, ἀντιθεῖσαν ἕτερον εἴδωλον ἐν τοῖς ἄϛροις, ὥςτε δισσὰς ἔχειν τιμάς. Ἀγλαοσθένης δὲ ἐν τοῖς Ναξικοῖς φησι, τροφὸν γενέσθαι τοῦ Διὸς κυνόσουραν, εἶναι δὲ μίαν τῶν Ἰδαίων νυμφῶν, ἀφ᾽ ἧς ἐν μὲν τῇ πόλει τῇ καλουμένῃ Ἴϛοῖς, τοὔνομα τοῦτο ἦν, ἣν οἱ περὶ Νικόϛρατον ἔκτισαν, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ δὲ λιμένα, καὶ τὸν ἐπ᾽ αὐτῇ τόπον Κυνόσουραν κληθῆναι. Ἄρατος δὲ αὐτὴν καλεῖ Ἑλίκην, ἐκ Κρήτης οὖσαν, γενέσθαι δὲ Διὸς τροφὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐν οὐρανοῖς τιμῆς ἀξιωθῆναι. ἔχει δὲ ἀϛέρας, ἐπὶ μὲν ἑκάϛης γωνίας τοῦ πλινθίου, λαμπρὸν α΄. ἐπὶ δὲ τῆς κέρκου, λαμπροὺς γ΄. τοὺς πάντας ζ΄. ὑπὸ δὲ τὸν ἕτερον τῶν ἡγουμένων κατώτερός ἐϛιν ἄλλος ἀϛὴρ, ὃς καλεῖται πόλος, περὶ ὃν δοκεῖ ὁ πόλος ϛρέφεσθαι.

Urſa Minor. 2.

HÆc eſt quæ minor urſa dicitur, à pluribus autem Phœnice appellatur. Eam Diana magni fecit: ſed cum intellexiſſet à Jove fuiſſe compreſſam, vertit in Urſam. Poſtea verò fertur ei ſervatæ hunc honorem habuiſſe, aliud videlicet ſimulachrum in aſtris conſtituit & utraſque Arctos fuiſſe nuncupatas. Aglaoſthenes in Naxiacis dicit, Cynoſuram Jovis nutricem, fuiſſe unam ex Idæis Nymphis; à quâ in urbe Cretæ vocatâ Hiſto, Nicoſtratus conſtituit portum, & circa eum locum Cynoſuram fuiſſe. Aratus autem vocat eam Helicen è Cretâ, & Jovis fuiſſe nutricem dicit, ob quod cœleſti honore digna fuit. Habet autem ſtellas ſuper ſingulos angulos laterculi ſingulas claras. ſuper caudam 3. *claras, fiunt omnes 7.* Alterâ vero præcedentium eſt inferior alia ſtella, quæ vocatur polus, circa quem putatur totus orbis converti.

Δρα-

Serpens. 3.

HIc inter ambas Arctos maximus porrigitur, dicitur autem is eſſe qui aurea mala cuſtodivit, & ab Hercule interfectus, locum inter ſidera nactus eſt Junonis beneficio, quæ illum conſtituerat cuſtodem malorum Heſperidum. Ait enim Pherecydes, quod cum duceret Jupiter Junonem in uxorem, & Dii munera offerrent; Terra quoque obtulerit aurea mala quæ Juno videns admirata eſt, & in hortum Deorum inſeri juſſit, qui hortus erat apud Atlantem. Cum autem ab ejus filiabus ea mala perpetuo ſubtraherentur, Juno dicitur hunc ibi cuſtodem poſuiſſe, magnitudinis immenſæ Serpentem. Habet ſignum planè maximum, & ſupra eum Herculis ſimulachrum oſtenditur, quod Jupiter aſtris intulit, ut ipſa figura manifeſtam certaminis memoriam conſervaret. Habet ſtellas in capite ſplendidas 3. in corpore verò uſque ad caudam 12. ab invicem diſtantes, diſtenditur inter urſas; ſunt autem omnes 15.

Δράκων. 3.

ΟὟτός ἐςιν ὁ μέγας τὲ καὶ δι' ἀμφοτέρων τῶν ἄρκτων κείμενος· λέγεται δὲ εἶναι ὁ τὰ χρύσεα μῆλα φυλάσσων, ὑπὸ δὲ Ἡρακλέους ἀναιρεθεὶς, ᾧ καὶ ἐν τοῖς ἄςροις τάξις ἐδόθη δι' Ἥραν, ἣ κατέςησεν αὐτὸν ἐπὶ Ἑσπέρας, φύλακα τῶν μήλων. Φερεκύδης γὰρ φησιν, ὅτε ἐγαμεῖτο ἡ Ἥρα ὑπὸ Διὸς, φερόντων αὐτῇ τῶν Θεῶν δῶρα, τὴν Γῆν ἐλθεῖν φέρουσαν τὰ χρύσεα μῆλα· ἰδοῦσαν δὲ τὴν Ἥραν θαυμάσαι, καὶ εἰπεῖν, καταφυτεῦσαι εἰς τὸν τῶν θεῶν κῆπον, ὅς ἦν παρὰ τῷ Ἄτλαντι. ὑπὸ δὲ τῶν ἐκείνου παρθένων ἀεὶ ὑφαιρουμένων τῶν μήλων, κατέςησε φύλακα τὸν ὄφιν, ὑπερμεγέθη ὄντα. μέγιςον δὲ ἔχει σημεῖον· ἐπίκειται δὲ αὐτῷ Ἡρακλέους εἴδωλον, ὑπόμνημα τοῦ ἀγῶνος, Διὸς θέντος, ἐναργέςατον τῇ σχηματοποιΐᾳ. ἔχει δὲ ἀςέρας, ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς λαμπροὺς γ'. ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος ἕως τῆς κέρκου ιβ'. παραπλησίους ἀλλήλοις, διεςῶτας δὲ διὰ τῶν ἄρκτων. (τοὺς πάντας ιέ.)

Engonaſin, Ingeniculus. 4.

HIc creditur eſſe Hercules, ſtans ſuper ſerpentem; clavam manifeſto extendit, &

Ὁ ἐν Γόνασιν. 4.

ΟὟτός φασιν Ἡρακλῆς ἐςιν ὁ ἐπὶ τοῦ ὄφεως βεβηκὼς, ἐναργῶς δὲ ἕςηκε, τό τε ῥόπαλον

79959

παλον ἀνατετακὼς, καὶ τὴν λεοντῆν περιειλημμένος. λέγεται δὲ ὅτε ἐπὶ τὰ χρύσεα μῆλα ἐπορεύθη, τὸν ὄφιν τὸν τεταγμένον φύλακα ἀνελεῖν. ἦν δὲ ὑπὸ Ἥρας δι' αὐτὸ τοῦτο τεταγμένος, ὅπως ἀνταγωνίζηται τῷ Ἡρακλεῖ· ὅθεν ἐπιτελεσθέντος τοῦ ἔργου μετὰ κινδύνου, ἄξιον ὁ Ζεὺς κρίνας τὸν ἆθλον μνήμης, ἐν τοῖς ἄστροις ἔθηκε τὸ εἴδωλον. ἔστι δὲ ὁ μὲν ὄφις μετέωρον ἔχων τὴν κεφαλὴν, ὁ δ' ἐπιβεβηκὼς αὐτῷ, τεθεικὼς τὸ ἓν γόνυ, τῷ δ' ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιβαίνων, τὴν δὲ δεξιὰν χεῖρα ἐκτείνων, ἐν ᾗ τὸ ῥόπαλον ὡς παίσων, τῇ δ' εὐωνύμῳ χειρὶ τὴν λεοντῆν περιβεβλημένος. ἔχει δ' ἀστέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, λαμπρὸν α΄. βραχίονος δεξιοῦ λαμπρὸν α΄. ἐφ' ἑκατέρων ὤμων λαμπρὸν α΄. ἐπ' ἄκρας χειρὸς α΄. ἐφ' ἑκατέρας λαγόνος α΄. λαμπρότερον δὲ τὸν ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς· δεξιοῦ μηροῦ β΄. γόνατος α΄. καμπῆς α΄. κνήμης β΄. ποδὸς α΄. ὑπὲρ τὴν δεξιὰν χεῖρα α΄. ὃς καλεῖται ῥόπαλον. ἐπὶ τῆς λεοντῆς δ΄. τοὺς πάντας ιθ΄.

pellem Leoninam obvolutam habet. Is enim ad aurea mala profectus, fertur peremiſſe draconem, qui in cuſtodia erat conſtitutus; Juno enim ideo eum conſtituit, ut contra Herculem decertaret. Confecto igitur certamine non ſine magno periculo, Jupiter rem geſtam memoria dignam exiſtimavit, & in aſtris ejus ſimulachrum collocavit. Habet autem ſerpens caput erectum; qui vero ei ſuperſtat, unum genu flectit, altero autem pede ejus caput premit, & percutienti ſimilis dexterâ manu extensâ clavam tenet, ſiniſtræ manui pellem Leoninam circumvolvit. Habet autem ſtellas in capite unam claram; in dextero brachio unam itidem claram: Et ſingulis humeris ſingulas ſplendidas: in manu extrema unam: in utroque ilio ſingulas: quarum clarior eſt à ſiniſtra: in dextero femore duas: in genu unam: in poplite unam: in tibia duas: in pede unam: in dexterâ manu unam, quæ vocatur clava; in pelle Leoninâ quatuor: ſunt omnes novendecim.

Στέφανος. ϛ.

Οὗτος λέγεται ὁ τῆς Ἀριάδνης· Διόνυσος δὲ αὐτὴν εἰς τὰ ἄστρα ἔθηκεν, ὅτε τοὺς γάμους οἱ θεοὶ ἐν τῇ καλουμένῃ Δίᾳ ἐ-

Corona. 5.

HÆc corona dicitur eſſe Ariadnes, quam Liber aſtris intulit, quando Dii ejus nuptias in Inſulâ Diâ celebra-

ποίη-

bant. Hâc enim primum, ab Horis & Venere accepta, nova nupta coronabatur. Erat autem Vulcani opus, ex auro pretioſo, & gemmis Indicis, facta; talis autem fulgoris fuit, ut ejus ope Theſeus ex Labyrintho liberatus eſſe dicatur. dicunt etiam ſub Leonis cauda hujus fulgere crines. Habet ſtellas corona hæc novem in circuitu poſitas, quarum 3. ſunt ſplendidæ, ad caput ſerpentis prope Urſas.

ποιήσαν, ᾧ πρώτῳ ἡ νύμφη ἐςεφανώσατο παρὰ Ὡρῶν λαβοῦσα καὶ Ἀφροδίτης. Ἡφαίςου δὲ ἔργον εἶναί φασιν, ἐκ χρυσοῦ πυρώδους καὶ λίθων Ἰνδικῶν. Ἱςορεῖται δὲ καὶ διὰ τούτου τὸν Θησέα σεσῶσθαι ἐκ τοῦ λαβυρίνθου, φέγγος ποιοῦντος· φασὶ καὶ τὸν πλόκαμον ταύτης, εἶναι τὸν φαινόμενον ἐπὶ τῆς κέρκου τοῦ λέοντος. ἔχει δὲ ἀςέρας ὁ ςέφανος ἐννέα, κύκλῳ κειμένους, ὧν εἰσι λαμπροὶ οἱ κατὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄφεως τοῦ διὰ τῶν Ἄρκτων.

Serpentarius. 6.

HIc eſt Serpentarius qui ſuper Scorpium ſtat, tenens utraque manu ſerpentem. Dicitur eſſe Æſculapius, quem Jupiter, in gratiam Apollinis, inter aſtra collocavit. Hic arte medicâ uſus etiam mortuos in vitam revocavit. Inter quos noviſſimus fuit Hippolytus, Theſei filius. Ægrè hoc tulerunt dii, quod talia præſtaret Æſculapius, per quæ irriti fiebant eorum honores. Quamobrem iratus ei Jupiter domum ejus cum ipſo fulmine percuſſit, rogatu autem Apollinis Jupiter inter aſtra conſtituiſſe creditur. Habet autem inſignem claritatem prope maximam ſtellam quæ eſt in Scorpio, ibi enim illuſtri formâ conſpicitur. Habet in capite ſtellam unam claram, in

Ὀφιοῦχος. 6.

ΟΥτός ἐςιν ὁ ἐπὶ σκορπίου ἑςηκὼς, ἔχων ἐν ἀμφοτέραις χερσὶ τὸν ὄφιν. λέγεται δὲ εἶναι Ἀσκληπιὸς, ὃν Ζεὺς, χαριζόμενος Ἀπόλλωνι, εἰς τὰ ἄςρα ἀνήγαγε· τοῦτον τέχνῃ ἰατρικῇ χρώμενον, ὡς καὶ τοὺς ἤδη τεθνηκότας ἐγείρειν· ἐν οἷς καὶ Ἱππόλυτον ἔσχατον τοῦ Θησέως· καὶ τῶν θεῶν δυσχερῶς τοῦτο φερόντων, εἰ αἱ τιμαὶ καταλυθήσονται αὐτῶν, τηλικαῦτα ἔργα Ἀσκληπιοῦ ἐπιτελοῦντος· λέγεται τὸν Δία ὀργισθέντα, κεραυνοβολῆσαι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, εἶτα διὰ τὸν Ἀπόλλωνα τοῦτον εἰς τὰ ἄςρα ἀναγαγεῖν. ἔχει δὲ ἐπιφάνειαν ἱκανὴν ἐπὶ τοῦ μεγίςου ἄςρου, λέγω δὴ τοῦ σκορπίου, εὐσήμῳ τῷ τύπῳ φαινόμενος. ἔχει δὲ ἀςέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λαμ-

πρὸν α. ἐφ' ἑκατέρων ὤμων λαμπρὸν α. ἐπὶ τῆς δεξιᾶς χειρὸς γ', ἐπὶ τῆς ἀριςερᾶς δ'. ἐφ' ἑκατέρων ἰσχίων α. ἐφ' ἑκατέρων γονάτων α. τὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ (ποδὸς) λαμπρὸν α. τοῦ δὲ ὄφεως ἐπ' ἄκρας κεφαλῆς β'. τοὺς πάντας ιζ.

ſingulis humeris ſingulas itidem claras, in dexterâ tres, in ſiniſtrâ quatuor, in ſingulis lumbis ſingulas, in dextero pede claram unam. ſupra caput ſerpentis extremum duas. ſunt omnes ſeptendecim.

Σκορπίος. 7.

Οὗτος διὰ τὸ μέγεθος εἰς δύο δωδεκατημόρια διαιρεῖται· καὶ τὸ μὲν ἐπέχουσιν αἱ χηλαί, θάτερον δὲ τὸ σῶμα καὶ τὸ κέντρον. τοῦτόν φασιν ἐποίησεν Ἄρτεμις ἀναδοθῆναι τῆς Κολώνης τῆς Χίου νήσου, καὶ τὸν Ὠρίωνα πλῆξαι, καὶ οὕτως ἀποθανεῖν, ἐπειδὴ ἐν κυνηγεσίῳ ἀκόσμως αὐτὴν ἐβιάσατο. ὃν Ζεὺς ἐν τοῖς λαμπροῖς ἔθηκε τῶν ἀςέρων, ἵν' εἴδωσιν οἱ ἐπιγινόμενοι ἄνθρωποι τὴν ἰσχύν τε αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν. ἔχει δὲ ἀςέρας ἐφ' ἑκατέρας χηλῆς δύο· ὧν εἰσιν οἱ μὲν πρῶτοι μεγάλοι, οἱ δὲ δεύτεροι ἀμαυροί· ἐπὶ δὲ τοῦ μετώπου, λαμπροὺς γ'. ἐπὶ τῆς κοιλίας β'. ἐπὶ τῆς κέρκου ε'. ἐπὶ τοῦ κέντρου δ'. προηγεῖται μὲν αὐτοὺς πάντων φαιδρότερος ὤν, ὁ ἐπὶ τῆς βορείας χηλῆς λαμπρὸς ἀςήρ· (τοὺς πάντας ιθ'.)

Scorpius. 7.

Hic ob magnitudinem in duo Dodecatemoria dividitur, etenim ad aliud tenduntur Chelæ ejus, ad aliud ejus corpus & aculeus. Aiunt hunc ex monte quodam in Chio inſulâ juſſu Dianæ exortum fuiſſe, deinde Orionem percuſſiſſe, & occidiſſe. Orion enim inter venandum Dianæ vim proterve inferre voluit. Jupiter ſcorpium inter aſtra ſplendida collocavit, ut futuri homines ejus vires & naturam intelligerent. Habet autem ſtellas in unaquâque chela 2: ex his duæ priores claræ ſunt, duæ aliæ ſunt obſcuræ: in fronte 3. claras: in ventre 2: in cauda 5: in aculeo 4: ſtella autem clara in aquilonari chelâ cæteris præit, omnibuſque clarior eſt. ſunt autem omnes novendecim.

Ἀρκτοφύλαξ. 8.

Περὶ τούτου λέγεται, ὅτι Ἀρκάς ἐςιν ἐκ Καλλιςοῦς καὶ Διὸς γεγονώς, ὃν κατακόψας

Arctophylax. 8.

Hunc dicunt eſſe Caliſtûs & Jovis filium, Arcadem, quem Lycaon membratim diſ-

cerpſit & appoſuit Jovi hoſpiti ſuo ad menſam : Jupiter autem menſam evertit, unde & civitas illa vocatur Trapezus; & hominis crudelitatem deteſtatus, fulmine domum ejus incendit, Arcadem vero compactis membris ſanum fecit, & inter aſtra conſtituit. Habet ſtellas in dextera manu 2, quæ non occidunt; in capite claram 1; in ſingulis humeris ſingulas; in ſingulis mamillis 1: in dexterâ mamillâ 1 claram; ſub illâ 1 obſcuram. In dextero cubito claram 1; inter utraque genua 1 ſplendidiſſimam, quæ eſt Arcturus. in ſingulis pedibus ſingulas claras. Sunt omnes quatuordecim.

Λυκάων, ἐξένισε τὸν Δία παραθεὶς ἐπὶ τράπεζαν· ὅθεν ἐκείνην μὲν ἀνατρέπει, ἀφ᾽ οὗ ἡ Τραπεζοῦς καλεῖται πόλις. τὴν δὲ οἰκίαν αὐτοῦ κεραυνοῖ, τῆς ὠμότητος αὐτὸν μυσαχθεὶς, τὸν δὲ Ἀρκάδα πάλιν συμπλάσας, ἔθηκεν ἄρτιον, καὶ ἐν τοῖς ἄστροις ἀνήγαγεν. ἔχει δὲ ἀστέρας, ἐπὶ μὲν τῆς δεξιᾶς χειρὸς β᾽. οἱ οὐ δύνουσιν· ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς λαμπρὸν α᾽. ἐφ᾽ ἑκατέρων τῶν ὤμων λαμπρὸν α᾽. ἐπὶ τῶν μαστῶν ἑκατέρων α᾽. λαμπρὸν τὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ· καὶ ὑπ᾽ αὐτὸν α᾽ ἀμαυρόν· καὶ ἐπὶ τοῦ ἀγκῶνος λαμπρὸν α᾽. ἀνὰ μέσον τῶν γονάτων α᾽. λαμπρότατον, ὃς δὴ Ἀρκτοῦρος καλεῖται· ἐφ᾽ ἑκατέρῳ ποδὶ λαμπρὸν α᾽. (τοὺς πάντας ιδ᾽.)

Virgo. 9.

HAnc Heſiodus in Theogonia Jovis & Themidis filiam eſſe dicit, & vocari Δίκην. Hunc ſecutus in hiſtoria Aratus dicit, quod prius eſſet immortalis, & moraretur in terris cum hominibus, & quod ab illis Δίκη appellaretur. Poſtquam vero homines ſe ſubſtraxiſſent, nec juſtitiam colerent; illa cum eis minimè converſata eſt, ſed in montes ſe ſubduxit. Cum autem ſeditiones & bella inter homines arderent, propter eorum ubique graſſantem improbitatem,

Παρθένος. 9.

Ταύτην Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ εἴρηκε θυγατέρα Διὸς καὶ Θέμιδος, καλεῖσθαι δὲ αὐτὴν Δίκην· λέγει δὲ καὶ Ἄρατος, παρὰ τούτου λαβὼν τὴν ἱστορίαν· ὡς οὖσα πρότερον ἀθάνατος, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς σὺν τοῖς ἀνθρώποις ἦν, καὶ ὅτι δίκην αὐτὴν ἐκάλουν. μεταστάντων δὲ αὐτῶν, καὶ μηκέτι τὸ δίκαιον συντηρούντων, οὐκέτι σὺν αὐτοῖς ἦν, ἀλλ᾽ εἰς τὰ ὄρη ὑπεχώρει· εἶτα στάσεων καὶ πολέμων αὐτοῖς ὄντων, διὰ τὴν παντελῆ αὐτῶν ἀδικίαν, ἀπομισήσασαν

νικσαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν. λέγονται δὲ καὶ ἕτεροι λόγοι περὶ αὐτῆς πλεῖστοι. οἱ μὲν γὰρ αὐτὴν φασιν εἶναι Δήμητραν, διὰ τὸ ἔχειν στάχυν· οἱ δὲ Ἶσιν· οἱ δὲ Ἀταργάτιν· οἱ δὲ Τύχην, διὸ καὶ ἀκέφαλον αὐτὴν σχηματίζουσιν. ἔχει δὲ ἀστέρας, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ά. ἀμαυρόν. ἐν ἑκατέρῳ ὤμῳ ά. ἐν πτέρυγι ἑκατέρᾳ β'. ὁ δ' ἐν τῇ δεξιᾷ πτέρυγι τοῦ τε ὤμου καὶ τοῦ ἄκρου τῆς πτέρυγος, Προτρυγητὴρ καλεῖται. ἐπ' ἀγκῶνος ἑκατέρου ά. ἐπὶ χειρὸς ἄκρας ἑκατέρας ά. ὁ δ' ἐπὶ τῆς εὐωνύμου λαμπρὸς, καλεῖται στάχυς. ἐπὶ τῆς πέζης τοῦ χιτῶνος ἀμαυροὺς ϛ'. ἐφ' ἑκατέρου ποδὸς ά. τοὺς πάντας ιθ'.

penitus ſe à terris abſtulit, & in cœlos recepit. Feruntur de eâ ſermones alii multi. Aliqui enim dicunt eam eſſe Cererem, eò quòd ſpicam teneat; nonnulli Iſin; alii Atergatin; quidam verò fortunam. quare & ſine capite illam informant. Habet autem in capite ſtellam 1. obſcuram, in ſingulis humeris ſingulas, in unaquaque alâ 2, quæ autem eſt in dextera alâ à parte humeri, & extremitate alæ vocatur Vindemiator. Habet in utroque cubito ſingulas; in ſingulis manibus, ad extremitates, ſingulas; illa quæ in ſiniſtrâ eſt clara, vocatur ſpica; habet in orâ tunicæ obſcuras ſex. in ſingulis pedibus ſingulas. ſunt omnes novendecim.

Δίδυμοι. 10.

Οὗτοι λέγονται Διόσκουροι εἶναι. ἐν δὲ τῇ Λακωνικῇ τραφέντες ἐπιφάνειαν ἔσχον, φιλαδελφίᾳ δὲ ὑπερήνεγκαν πάντας. οὔτε γὰρ περὶ ἀρχῆς, οὔτε περὶ ἄλλου τινὸς ἤρισαν. μνήμην δὲ αὐτῶν Ζεὺς θέσθαι βουλόμενος τῆς κοινότητος, διδύμους ὀνομάσας, εἰς τὸ αὐτὸ ἀμφοτέρους ἔστησεν ἐν τοῖς ἄστροις. ἔχουσι δὲ ἀστέρας, ὁ μὲν ἐποχούμενος τοῦ καρκίνου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ά. λαμπρόν. (ἐπ' ὤμου ἑκατέρου λαμπρὸν ά. ἐπὶ δεξιοῦ ἀγκῶνος ά. ἐπὶ δεξιᾶς

Gemini. 10.

HI dicuntur Dioſcuri, nati ſunt & educati in terrâ Laconicâ, ubi maximè ſeſe oſtenderunt, fraterno amore omnes homines vincebant. Neque enim de imperio, neque de re ullâ aliâ inter ſe contendebant. Jupiter ideo, ut eorum concordiæ memoriam immortalem conſtitueret, geminos eos nominavit, & eandem ſedem in aſtris eis aſſignavit. Horum ille, qui cancro inſidet, habet ſtellas in capite claram unam: in ſingulis humeris ſingulas claras; dextero cubito unam, dexterâ manu unam, in ſingu-

lis genubus ſingulas. Alter vero qui ſequitur, habet in capite ſtellam unam claram, in ſiniſtro humero claram unam: in ſingulis mamillis ſingulas, in ſiniſtro cubito unam, in extrema manu unam, in ſiniſtro genu unam: in ſingulis pedibus ſingulas: ſub ſiniſtro pede unam quæ vocatur Propus. ſunt ſimul omnes ſeptendecim.

χειρὸς α'.) ἐφ' ἑκατέρῳ γόνατι α'. ὁ δ' ἐχόμενος ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἕνα λαμπρόν. ἐπ' ἀριστερῷ ὤμῳ λαμπρὸν α'. ἐπὶ μαστῷ ἑκατέρῳ α'. ἐπὶ ἀριστεροῦ ἀγκῶνος α'. ἐπ' ἄκρας χειρὸς α'. ἐπὶ ἀριστερῷ γόνατι α'. ἐπὶ ἑκατέρῳ ποδὶ α'. ὑπὸ τὸν ἀριστερὸν πόδα α'. ὃς καλεῖται πρόπους. (τοὺς πάντας ιζ'.)

Cancer, ſive Aſelli & Præſepe. II.

CAncer in aſtris poſitus eſſe dicitur, beneficio Junonis, quod cum Hercules Hydram debellaret, & ab Iolao adjuvaretur, ſolus Cancer Herculis pedem è lacu proſiliens momorderit, quemadmodum Panyaſis tradit in Heracleâ. Igitur iratus Hercules videtur illum pede ſuo conterere. Juno autem magnis honoribus eum decorans, 12. ſignorum numero addidit. Sunt in hoc ſigno ſtellæ quæ à Græcis vocantur ὄνοι, quas Liber in aſtra retulit: habent etiam adjunctum indicium præſepe. Horum autem hiſtoria iſta eſt.

Quando adverſus Gigantes Dii bellum gererent: Liber, Vulcanus, & Satyri aſinis inſidentes profecti ſunt ad pugnam; cum autem nondum veniſſent in conſpectum Gigantum, aſini è propinquo rudebant diro cum murmure; quo

Καρκῖνος. Ὄνοι καὶ Φάτνη.

ΟὟτος δοκεῖ ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι διὰ Ἥραν, ὅτι μόνος, Ἡρακλεῖ τῶν ἄλλων συμμαχούντων, ὅτε τὴν Ὕδραν ἀνῄρει, ἐκ τῆς λίμνης ἐκπηδήσας ἔδακεν αὐτοῦ τὸν πόδα, καθάπερ φησὶ Πανύασις ἐν Ἡρακλείᾳ. θυμωθεὶς δ' ὁ Ἡρακλῆς, δοκεῖ τῷ ποδὶ συνθλάσαι αὐτὸν, ὅθεν μεγάλης τιμῆς τετύχηκε καταριθμούμενος ἐν τοῖς ιβ' ζωδίοις. καλοῦνται δέ τινες αὐτῶν ἀστέρες, ὄνοι, οὓς Διόνυσος ἀνήγαγεν εἰς τὰ ἄστρα. ἔστι δὲ αὐτοῖς καὶ φάτνη παράσημον, ἡ δὲ τούτων ἱστορία αὕτη.

Ὅτε ἐπὶ Γίγαντας ἐστρατεύοντο οἱ θεοὶ, λέγεται Διόνυσον καὶ Ἥφαιστον, καὶ Σατύρους ἐπὶ ὄνων πορεύεσθαι, οὔπω δὲ ὁρωμένων αὐτοῖς τῶν γιγάντων, πλησίον ὄντες ὠγκήθησαν οἱ ὄνοι· οἱ δὲ γίγαντες ἀκούσαντες τῆς φωνῆς, ἔφυ-

ἔφυγον. διὸ ἐτιμήθησαν ἐν τῷ καρκίνῳ εἶναι ἐπὶ δυσμάς. ἔχει δὲ ὁ καρκῖνος ἐπὶ τοῦ ὀστράκου ἀστέρας λαμπροὺς β΄. οὗτοί εἰσιν οἱ ὄνοι· τὸ δὲ νεφέλιόν ἐστιν ἡ ἐν αὐτῷ ὁρωμένη φάτνη, παρ' ᾗ δοκοῦσιν ἑστάναι. ἔχει δὲ ἐπὶ τοῖς δεξιοῖς ποσὶν, ἐφ' ἑκατέρῳ ἕνα λαμπρὸν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀριστεροῖς τοῦ πρώτου β΄. λαμπροὺς, καὶ ἐπὶ τοῦ δευτέρου, καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου, ὁμοίως ἐπ' ἄκρας αὐτοῦ τετάρτου· ἐπὶ τοῦ στόματος καὶ ἐπὶ τῆς χηλῆς τῆς δεξιᾶς γ΄. ὁμοίως μεγάλους ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς χηλῆς (β΄.) οἱ πάντες ιζ΄.

audito territi fugerunt Gigantes, idcircò in cancri ſigno cum honore poſiti ſunt ad occaſum. Habet autem Cancer in teſtâ duas ſtellas claras, hæ Aſelli ſunt; quæ autem eſt circa eum nebula, dicitur præſepium, ad quod videntur ſtare. In dextris pedibus ſingulis ſunt ſingulæ claræ; in ſiniſtris prior habet duas claras; alter & tertius & quartus in extremo ſimiliter. In ore & in chelâ dexterâ tres, itidem in ſiniſtrâ Chelâ duas magnas. omnes ſimul ſunt ſeptendecim.

Λέων. 12.

Οὗτός ἐστι μὲν τῶν ἐπιφανῶν ἀστέρων· δοκεῖ δ' ὑπὸ Διὸς τιμηθῆναι τοῦτο τὸ ζώδιον διὰ τὸ τῶν τετραπόδων ἡγεῖσθαι. τινὲς δέ φασιν, ὅτι Ἡρακλέους πρῶτος ἆθλος ἦν εἰς τὸ μνημονευθῆναι. φιλοδοξῶν γὰρ μόνον τοῦτον οὐχ ὅπλοις ἀνεῖλεν, ἀλλὰ συμπλακεὶς ἀπέπνιξε. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ Πείσανδρος ὁ Ῥόδιος, ὅτι καὶ τὴν δορὰν αὐτοῦ ἔσχεν, ὡς ἔνδοξον πεποιηκώς. οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τῇ Νεμέᾳ ὑπ' αὐτοῦ φονευθείς. ἔχει δὲ ἀστέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς γ΄. ἐπὶ τοῦ στήθους β΄. ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ποδὸς λαμπρὸν α΄. ἐπὶ μέσης (κοιλίας) α΄. ὑπὸ τὴν κοιλίαν α΄. ἐπὶ τοῦ ἰσχίου α΄. ἐπὶ τοῦ ὀπισθίου γό-

Leo. 12.

Hic eſt nobilis & illuſtris inter ſtellas. A Jove huic animali iſte honos habitus eſt, quod omnium quadrupedum princeps eſſe exiſtimetur. Nonnulli dicunt, hoc primum Herculis certamen fuiſſe memoriâ dignum. Hercules utique gloriæ avidus, hunc ſolum non armis, ſed nudo complexu ſtrangulavit. De eo Piſandrus Rhodius ſcribit, quod ejus pellem tanquam inſigne præclari facinoris geſtet. Hic eſt quem in Nemeâ ſuſtulit. Habet ſtellas in capite tres, in pectore duas, in dextero pede unam claram, in medio ventre unam, ſub ventre unam, in lumbo unam, in poſteriore genu unam, in

extremo pede unam, in collo duas, in ſpina tres, in media cauda unam, in ultima cauda unam claram, in ventre unam. Videntur etiam aliæ ſeptem ſtellæ obſcuræ, in Triangulo juxta caudam ejus, quæ vocantur crines Berenices Euergetidis. ſunt omnes decem & novem.

νατος ά. ἐπὶ ποδὸς ἄκρου λαμπρὸν ά. ἐπὶ τοῦ τραχήλου β΄. ἐπὶ τῆς ῥάχεως γ΄. ἐπὶ μέσης τῆς κέρκου ά. ἐπ᾽ ἄκρας, λαμπρὸν ά. ἐπὶ τῆς κοιλίας, ά. ὁρῶνται δὲ ὑπὲρ αὐτὸν ἐν τριγώνῳ κατὰ τὴν κέρκον ἀμαυροὶ ἑπτὰ, οἱ καλοῦνται πλόκαμοι Βερενίκης Εὐεργέτιδος (τοὺς πάντας ιθ΄.)

Auriga. 13.

HIc eſt Erichthonius, Vulcani & Terræ filius. hunc, ut aiunt, Jupiter, cum vidiſſet primum inter homines equos quadrigis junxiſſe, admiratus eſt, quod currûs ſolaris ſimulachrum inveniſſet; equos enim albos junxit. Hic primus pompam Minervæ in arce Athenienſium duxit, & ſolenne ſacrificium in ejus honorem inſuper conſtituit. Euripides ejus nativitatem ſic deſcribit: Vulcanus Minervam adamavit, voluitque cum eâ miſceri, renuit illa, & virginitatem præoptavit, & ſe occultavit quodam in loco Atticæ, quem ab ipſo Hephæſtium appellârunt; is enim illi inſidiatus, & ſperans comprehendere, ejus haſta percuſſus eſt, atque adeò depoſuit inſequendi ſtudium, & in pavimentum naturam effudit, unde natus eſt puer, quem Erichthonium vocavit. Erich-

Ἡνίοχος. 13.

ΟΥτός ἐστιν Ἐριχθόνιος, ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς γενόμενος· τοῦτον λέγουσιν, ὅτε ὁ Ζεὺς εἶδεν πρῶτον ἐν ἀνθρώποις ἅρμα ζεύξαντα ἵππων, θαυμάσαι, ὅτι τῇ τοῦ ἡλίου ἀντίμιμον ἐποιήσατο διφρείαν, ὑποζεύξας ἵππους λευκούς. πρῶτόν τε Ἀθηνᾷ πομπὴν ἤγαγεν ἐν ἀκροπόλει· καὶ ἐποιήσατο πρὸς τούτοις ἐπιφανῆ, τὴν θυσίαν αὐτῆς σεμνύνων. λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ τὸν τρόπον τοῦτον. Ἥφαιστον ἐρασθέντα Ἀθηνᾶς, βούλεσθαι αὐτῇ μιγῆναι· τῆς δὲ ἀποστρεφομένης, καὶ τὴν παρθενίαν μᾶλλον αἱρουμένης, ἔν τινι τόπῳ τῆς Ἀττικῆς κρύπτεσθαι, ὃν λέγουσι καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου προσαγορευθῆναι Ἡφαιστον, ὃς δόξας αὐτὴν κρατήσειν καὶ ἐπιθέμενος, πληγεὶς ὑπ᾽ αὐτῆς τῷ δόρατι, ἀφῆκε τὴν ἐπιθυμίαν. φερομένης εἰς τὴν γῆν τῆς σπορᾶς, ἐξ ἧς γεγενῆσθαι λέγουσι παῖδα, ὃς ἐκ τούτου Ἐριχθόνιος ἐκλήθη. καὶ

αὐξη-

αὐξηθεὶς τοῦθ' εὗρε, καὶ ἐθαυμάσθη, ἀγωνιςὴς γενόμενος. ἤγαγε δὲ ἐπιμελῶς τὰ Παναθήναια, καὶ ἅμα Ἡνίοχον ἔχων παραβάτην, ἀσπίδιον ἔχοντα, καὶ τριλοφίαν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. ἀπ' ἐκείνου δὲ κατὰ μίμησιν ὁ καλούμενος ἀποβάτης. ἐσχημάτισαι δ' ἐν τούτῳ ἡ αἲξ καὶ οἱ ἔριφοι. Μουσαῖος γάρ φησι, Δία γεννώμενον ἐγχειρισθῆναι ὑπὸ Ῥέας Θέμιδι. Θέμιν δὲ Ἀμαλθείᾳ δοῦναι τὸ βρέφος. τὴν δὲ, ἔχουσαν αἶγα, ὑποθεῖναι, τὴν δ' ἐκθρέψαι Δία· τὴν δὲ αἶγα εἶναι ἡλίου θυγατέρα, φοβερὰν οὕτως, ὥς τε τοὺς κατὰ Κρόνον θεοὺς βδελυττομένους τὴν μορφὴν τῆς παιδὸς, ἀξιῶσαι γῆν κρύψαι αὐτὴν ἔν τινι τῶν κατὰ Κρήτην ἄντρων. καὶ ἀποκρυψαμένην ἐπιμέλειαν αὐτῆς τῇ Ἀμαλθείᾳ ἐγχειρίσαι. τὴν δὲ τῷ ἐκείνης γάλακτι τὸν Δία ἐκθρέψαι. ἐλθόντος δὲ τοῦ παιδὸς εἰς ἡλικίαν, καὶ μέλλοντος γίγασι πολεμεῖν, οὐχ ἔχοντος δὲ ὅπλα, θεσπισθῆναι αὐτῷ τῆς αἰγὸς τῇ δορᾷ ὅπλῳ χρήσασθαι, διά τε τὸ ἄτρωτον αὐτῆς καὶ φοβερὸν, καὶ διὰ τὸ εἰς μέσην τὴν ῥάχιν γοργόνος πρόσωπον ἔχειν. ποιήσαντος δὲ ταῦτα τοῦ Διὸς, καὶ τῇ τέχνῃ φανέντος διπλασίονος, τὰ ὀςᾶ δὲ τῆς αἰγὸς καλύψαντος ἄλλῃ δορᾷ, καὶ ἔμψυχον αὐτὴν καὶ ἀθάνατον κατασκευάσαντος, αὐτὴν μὲν φασιν ἄςρον οὐράνιον κατασκευάσαι.

thonius igitur cum adoleviſſet, currum invenit, & agoniſta factus multum celebrabatur. Primus Panathenæa fecit, magno ſtudio: habuit Heniochum in curru aſcenſorem, qui parmulam gerebat, & criſtam triplicem in capite, à quo per imitationem venit Ludus qui vocatur Apobates. In hoc ſigno & capra eſt & hœdi. Muſæus ſcribit, Iovem recens natum à Rheâ Themidi traditum fuiſſe; Themin verò viciſſim dediſſe infantem Amaltheæ, hanc capellam ei admoviſſe, quæ & Jovem lactabat. Capellam iſtam fuiſſe ſolis filiam, adeo aſpectu terribilem, ut Titanes Saturni comites, formam perhorreſcerent, atque adeò peterent à Terrâ ut eam occultaret in quodam Cretæ antro: Terra autem in antro clauſam Amaltheæ tradidit cuſtodiendam, quæ iſtius lacte Jovem educabat; qui cùm eſſet Juvenis bellumque contra Titanas appararet, nec tamen haberet arma, reſponſum eſt ei, ut capræ pelle pro ſcuto uteretur, ideo quod impenetrabilis & terribilis, ſecundum ſpinam Gorgoneum caput haberet. Hoc itaque fecit Jupiter, & hac arte auguſtior apparens, reliqua oſſa capræ aliâ pelle contexit, animâ donavit & immortalem effecit, cœlique, ut aiunt, aſtris intulit. Aliis pla-

cet hunc aurigam eſſe Myrtilum, Mercurii filium. Habet ſtellas, in capite unam; in ſingulis humeris ſingulas, quarum ea quæ eſt in ſiniſtro clara eſt, & vocatur capra: in ſingulis cubitis unam; in dextera manu, unam; in ſiniſtra manu, duas; quæ vocantur hœdi. Sunt omnes octo.

εἶναι. τινὲς δέ φασι Μυρτίλον ὀνόματι τὸν ἡνίοχον εἶναι, τὸν ἐξ Ἑρμοῦ γεγονότα. ἔχει δὲ ἀστέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α΄. ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὤμων α΄. ὧν τὸν μὲν ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ λαμπρὸν, ὃς καλεῖται αἴξ. ἐφ' ἑκατέρου ἀγκῶνος α΄. (ἐπὶ δεξιᾶς χειρὸς α΄.) ἐπ' ἀριστερᾶς χειρὸς β΄. οἱ δὲ καλοῦνται ἔριφοι· τοὺς πάντας ὀκτώ.

Taurus. 14.

HIc inter aſtra collocatus creditur, eò quod Europam vexerit è Phœnicia in Cretam per pelagus; quemadmodum ſcribit Euripides in Phrixo: hujus rei gratia Jupiter eum honorans inter aſtra ſplendidiſſima conſtituit. Alii dicunt, bovem eſſe Iûs ſimulachrum, in cujus gratiam hoc aſtrum Jupiter honoravit. Tauri autem frontem, & faciem Hyades occupant. ad ſpinæ exciſionem Pleias eſt, ſeptem habens ſtellas, quare & Septaſtris vocatur: ſex tantum ex his conſpiciuntur; ſeptima enim valde obſcura eſt. Habet porrò Taurus ſeptem ſtellas, hic averſus oritur, caput habens in ſe reflexum, in ſingulis cornibus ſingulas, ad quarum radices, clarior eſt à ſiniſtris; in ſingulis oculis ſingulas; in naribus unam; in ſingulis humeris ſingulas, quæ

Ταῦρος. 14.

ΟΥ̓͂τος λέγεται ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι, διὰ τὸ Εὐρώπην ἀγαγεῖν ἐκ Φοινίκης εἰς Κρήτην, διὰ τοῦ πελάγους, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ἐν τῷ Φρίξῳ· χάριν δὲ τούτου ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἐστὶν ὑπὸ Διὸς τιμηθείς. ἕτεροι δέ φασι βοῦν εἶναι τῆς Ἰοῦς μίμημα, χάριν δὲ ἐκείνης ὑπὸ Διὸς ἐτιμήθη τὸ ἄστρον. τοῦ δὲ ταύρου τὸ μέτωπον σὺν τῷ προσώπῳ αἱ ὑάδες καλούμεναι περιέχουσι, πρὸς δὲ τῇ ἀποτομῇ τῆς ῥάχεως, ἡ πλειάς ἐστιν, ἀστέρας ἔχουσα ἑπτὰ, διὸ καὶ ἑπτάστερος καλεῖται. οὐχ ὁρῶνται δὲ εἰ μὴ ἕξ, ὁ δὲ ἕβδομος ἀμαυρὸς ἐστι σφόδρα. ἔχει δὲ ταῦρος ἀστέρας ζ. ὃς δὲ ὑπεναντίως ἕρπει καθ' ἑαυτὸν ἔχων τὴν κεφαλήν· ἐφ' ἑκατέρων δὲ τῶν κεράτων, ἐπὶ τῆς ἐκφύσεως, α΄. ὧν λαμπρότερος ὁ ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς· ἐφ' ἑκατέρων τῶν ὀφθαλμῶν α΄. ἐπὶ τοῦ μυκτῆρος α΄. ἐφ' ἑκατέρων

τῶν

τῶν ὤμων, α. οὗτοι ὑάδες λέγονται. ἐπὶ δὲ τοῦ ἀριςεροῦ γόνατος τοῦ ἐμπροσθίου α. ἐπὶ τῶν χηλῶν α. ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ γόνατος α. ἐπὶ τραχήλου β΄. ἐπὶ τῆς ῥάχεως γ΄. τὸν ἔσχατον λαμπρὸν, ὑπὸ τὴν κοιλίαν ἕνα. ἐπὶ τοῦ ςήθους λαμπρὸν α. τοὺς πάντας ιη.

vocantur Hyades; in ſiniſtro genu anteriore unam; in ungulis unam, in dextero genu unam, in collo unam, in dorſo tres, quarum ultima clara eſt; in ventre unam; in pectore unam. ſunt omnes octodecim.

Κηφεύς. 15.

ΟὟτος ἐν τάξει τέτακται τέταρτος, ὁ δ᾽ ἀρκτικὸς κύκλος αὐτὸν ἀπολαμβάνει ἀπὸ ποδῶν ἕως ςήθους, τὸ δὲ λοιπὸν εἰς τὸ ἀνὰ μέσον πίπτει αὐτοῦ, τοῦ τε ἀρκτικοῦ καὶ θερινοῦ τροπικοῦ. ἦν δὲ ὡς Εὐριπίδης φησὶν, Αἰθιόπων βασιλεὺς, Ἀνδρομέδας δὲ πατήρ· τὴν δ᾽ αὐτοῦ θυγατέρα δοκεῖ παραθεῖναι τῷ κήτει βορὰν, ἣν Περσεὺς ὁ Διὸς διέσωσε, δι᾽ ἣν καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς ἄςροις ἐτέθη, Ἀθηνᾶς γνώμῃ. ἔχει δ᾽ ἀςέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λαμπροὺς β΄. ἐφ᾽ ἑκατέρων ὤμων α. καὶ ἐπὶ χειρῶν ἑκατέρων α. ἐπ᾽ ἀγκώνων ἑκατέρων α. ἐπὶ ζώνης γ΄. λοξοὺς ἀμαυρούς. ἐπὶ κοιλίας μέσης λαμπρὸν α. ἐπὶ δεξιᾶς λαγόνος, α. ἐπὶ γόνατος α. ἐπὶ ποδὸς ἄκρου α. (τοὺς πάντας ιε.)

Cepheus. 15.

CEpheus in ordine quarto loco poſitus eſt, quem ſeptentrionalis circulus occupat à pedibus uſque ad pectus; reliquus medius eſt arctico & æſtivo Tropico. Erat ille, ſicut Euripides ſcribit, Æthiopum rex, Andromedæ pater, qui filiam ſuam ad Cetum creditur expoſuiſſe, quam Perſeus Jovis filius ſervavit; quam ob rem & ipſe pater beneficio Minervæ aſtris illatus eſt. Habet quidem ſtellas in capite ſplendidas duas; in ſingulis humeris ſingulas; in ſingulis manibus ſingulas; in ſingulis cubitis ſingulas; in zona 3. obliquas & obſcuras; in medio ventre unam claram; in dextero latere unam; in genu unam; in pede ultimo unam. ſunt omnes quindecim.

Κατ-

Caſſiepeia. 16.

CAſſiepeiam Sophocles, Tragœdiarum ſcriptor, dicit in Andromedâ, contendiſſe ob pulchritudinem cum Nereidibus, ideoque incidiſſe in calamitatem; Neptunus enim Ceto immiſſo vaſtabat terram; quamobrem Caſſiepeia recte ante cetum collocatur: figuratur autem prope in ſellâ ſedens. Habet autem in capite ſtellam claram unam, in dextero cubito obſcuram unam; in manu unam; in genu unam; in pede extremo unam; in pectore unam obſcuram, in ſiniſtro femore unam claram; in genu unam claram; in laterculo unam, in unoquoque angulo ſellæ in quâ ſedet ſingulas. ſunt omnes tredecim.

Κασσιέπεια. 16.

ΤΑύτην ἱςορεῖ Σοφοκλῆς, ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς, ἐν Ἀνδρομέδᾳ, ἐρίσασαν περὶ κάλλους ταῖς Νηρηΐσιν, εἰσελθεῖν εἰς τὸ σύμπτωμα, καὶ Ποσειδῶνα διαφθεῖραι τὴν χώραν, κῆτος ἐπιπέμψαντα, δι' ἣν (αἰτίαν) πρόκειται τῷ κήτει ἡ θυγάτηρ οἰκείως. ἐσχημάτισαι δε ἐγγὺς ἐπὶ δίφρου καθημένη. ἔχει δ' ἀςέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λαμπρὸν α'. ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ἀγκῶνος ἀμαυρὸν α'. ἐπὶ τῆς χειρὸς α'. ἐπὶ γόνατος α'. ἐπὶ ποδὸς ἄκρου α'. ἐπὶ ςήθους α'. ἀμαυρόν. ἐπ' ἀριςεροῦ μηροῦ λαμπρὸν α'. ἐπὶ γόνατος α'. λαμπρὸν ἐπὶ τοῦ πλινθίου α'. ἐπὶ τῆς τοῦ δίφρου οὗ κάθηται ἑκάςης γωνίας α'. (τοὺς πάντας ιγ'.)

Andromeda. 17.

ANdromeda collocata eſt in aſtris beneficio Minervæ, ut Perſei labores æterni parérent; manus extendit, quemadmodum Ceto appoſita fuit, quæ cum à Perſeo liberata eſſet, neque Patri neque Matri voluit amplius commorari, ſed continuo cum Perſeo ad Argos magno animo profecta eſt. hæc manifeſto ſcribit Euripides, in dramate quod de ea fecit. Habet ſtellas in capite, claram 1. in ſingulis

Ἀνδρομέδα. 17.

ΑὙτη κεῖται ἐν τοῖς ἄςροις, διὰ τὴν Ἀθηνᾶν, τῶν Περσέως ἄθλων ὑπόμνημα, διατεταμένη τὰς χεῖρας, ὡς καὶ προςετέθη τῷ κήτει· ἀνθ' ὧν σωθεῖσα ὑπὸ τοῦ Περσέως, οὐχ εἵλετο τῷ πατρὶ συμμένειν, οὐδὲ τῇ μητρὶ, ἀλλ' αὐθαίρετος εἰς τὸ Ἄργος ἀπῆλθε μετ' ἐκείνου, εὐγενές τι φρονήσασα. λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης σαφῶς ἐν τῷ περὶ αὐτῆς γεγραμμένῳ δράματι. ἔχει δὲ ἀςέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λαμπρὸν α'. ἐφ' ἑκατέρου ὤμου α'. ἐπὶ

δεξιοῦ ποδὸς β΄. ἐπ᾽ ἀριστεροῦ α΄. ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ἀγκῶνος α΄. ἐπ᾽ ἄκρας τῆς χειρὸς λαμπρὸν α΄. ἐπὶ τῆς ζώνης γ΄. ὑπὸ τὴν ζώνην δ΄. ἐφ᾽ ἑκατέρου γόνατος λαμπρὸν α΄. ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ ποδὸς α΄. ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ β΄. (τοὺς πάντας κ΄.)

humeris ſingulas; in dextero pede duas; in ſiniſtro pede 1; in Zona 3; ſub Zona 4; in ſingulis genibus ſingulas claras, in dextero pede unam. Sunt omnes viginti.

Ἵππος. 18.

Τοῦτου μόνου τὰ ἔμπροσθεν φαίνεται ἕως ὀμφαλοῦ. Ἄρατος μὲν οὖν φησι τὸν ἐπὶ τοῦ Ἑλικῶνος εἶναι ποιήσαντα κρήνην τῇ ὁπλῇ, ἀφ᾽ οὗ καλεῖσθαι Ἵππου κρήνην. ἄλλοι δὲ τὸν πήγασον εἶναί φασι τὸν εἰς τὰ ἄστρα ἀναπτάντα, ὕστερον τῆς Βελλεροφόντου πτώσεως, διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν πτέρυγας, ἀπίθανον δοκεῖ τισι ποιεῖν τὸν λόγον. Εὐριπίδης δέ φησι Μελανίππην εἶναι τὴν τοῦ Χείρωνος θυγατέρα, ὑπ᾽ Αἰόλου δὲ ἀπατηθεῖσαν φθαρῆναι, καὶ διὰ τὸν ὄγκον τῆς γαστρὸς φυγεῖν εἰς τὰ ὄρη· κἀκεῖ ὠδινούσης αὐτῆς τὸν πατέρα ἐλθεῖν κατὰ ζήτησιν, τὴν δ᾽ εὔξασθαι καταλαμβανομένην, πρὸς τὸ μὴ γνωσθῆναι, μεταμορφωθῆναι, καὶ γενέσθαι ἵππον. Διὰ γοῦν τὴν εὐσέβειαν αὐτῆς τε καὶ τοῦ πατρὸς, ὑπ᾽ Ἀρτέμιδος εἰς τὰ ἄστρα τεθῆναι, ὅθεν τῷ Κενταύρῳ οὐχ ὁρατή ἐστι. Χείρων γὰρ λέγεται εἶναι ἐκεῖνος· τὰ δὲ ὀπίσθια μέρη αὐτῆς ἀφανῆ ἐστι, πρὸς τὸ μὴ γινώσκεσθαι θήλειαν οὖσαν. ἔχει δὲ ἀστέρας ἐπὶ τοῦ προσώπου β΄. α-

Equus. 18.

EQui prior tantum pars uſque ad umbilicum cernitur. Aratus ſcribit, eundem eſſe qui in Helicone ungula fontem aperuit, quem Hippocrenen dicunt. Nonnulli verò Pegaſum eſſe volunt, qui ad aſtra evolavit poſt Bellerophontis caſum. Quod ipſum aliis videtur incredibile, quia alas minimè habet. Euripides igitur vult eſſe Menalippen, Chironis filiam, quæ ab Æolo decepta corrumpebatur; & gravida facta profugit in montes, & dum ibi páreret, intervenit pater eam requirens. Hæc autem deprehenſa, ne cognoſceretur, precata eſt, ut transformaretur; unde in equam converſa eſt. Propter pietatem igitur & ſuam & patris, Diana eam in aſtris collocavit; quare & inviſibilis Centauro (is enim Chiron eſſe creditur) permanet. Hujus poſteriores partes corporis propter feminei ſexûs pudorem non videntur. Habet autem ſtellas in facie claras duas; in

capite unam obſcuram; in gena unam; in ſingulis auriculis ſingulas claras; in collo quatuor, quarum illa quæ propior capiti, ſplendidior eſt; in humero unam; in pectore unam; in ſpinâ unam; in extremo umbilico unam claram; in prioribus genibus duas; in ſingulis ungulis ſingulas. Fiunt omnes octodecim.

β. ἀμαυρούς, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α'. ἐπὶ τῆς σιαγόνος α'. ἐφ' ἑκατέρῳ ὠτίῳ ἀμαυρὸν α'. ἐπὶ τῷ τραχήλῳ δ'. ὧν τὸν πρὸς τῇ κεφαλῇ λαμπρότερον. ἐπὶ τοῦ ὤμου α'. ἐπὶ ςήθους α'. ἐπὶ ῥάχεως α'. ἐπ' ὀμφαλοῦ ἔσχατον λαμπρὸν α'. ἐπ' ἐμπροσθίων γονάτων β'. ἐφ' ἑκατέρας ὁπλῆς α'. (τοὺς πάντας ιη'.)

Aries 19.

HIc exiſtimatur eſſe qui Phrixum & Hellen per mare vexit. Erat autem immortalis, & datus eſt iis à matre Nephele. Habuit auratam pellem, ut Heſiodus & Pherecydes ſcribunt. Cum autem eos tranſportaret per anguſtum illud pelagus, quod ab Helles nomine Helleſpontus dicitur, ipſam præcipitavit & cornu perdidit. Helle autem à Neptuno ſervata eſt, qui miſtus eum eâ puerum Pæonem nomine genuit. Phrixus autem in pontum Euxinum evadens pervénit ad Æetem, cui pellem auream in Jovis templo dedit, ut memoria ejus extaret. Ipſe verò ad ſidera aſcendit unde obſcurius cernitur. Habet ſtellas in capite 1, in naribus 3, in collo 2. in anteriori pede ultimo 1. claram, in ſpinâ 4. in cauda 1. ſub ventre 3. in coxa 1. in ſummita-

Κριός. 19.

ΟΥτος ὁ Φρίξον διακομίσας καὶ Ἕλλην. ἄφθιτος δὲ ὤν, ἐδόθη αὐτοῖς ὑπὸ Νεφέλης τῆς μητρός. εἶχε δὲ χρυσῆν δοράν, ὡς Ἡσίοδος καὶ Φερεκύδης εἰρήκασι. Διακομίζων δ' αὐτοὺς κατὰ τὸ ςενότατον τοῦ πελάγους, τοῦ ἀπ' ἐκείνης κληθέντος Ἑλλησπόντου, ἔῤῥιψεν αὐτήν, καὶ τὸ κέρας ἀπολέσας· Ποσειδῶν δὲ σώσας τὴν Ἕλλην, καὶ μιχθεὶς, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς παῖδα ὀνόματι Παίωνα· τὸν δὲ Φρίξον, εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον σωθέντα πρὸς Αἰήτην, διεκόμισεν, ᾧ καὶ ἐν Διὸς ἔδωκε τὴν χρυσῆν δοράν, ὅπως μνημόσυνον ἔχῃ. αὐτὸς δὲ εἰς τὰ ἄςρα ἀπῆλθεν, ὅθεν ἀμαυρότερον φαίνεται. ἔχει δὲ ἀςέρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς α'. ἐπὶ τῶν μυκτήρων γ'. ἐπὶ τοῦ τραχήλου β'. ἐπ' ἄκρου ἐμπροσθίου ποδὸς λαμπρὸν α'. ἐπὶ ῥάχεως δ'. ἐπὶ κέρκου α'. ὑπὸ τὴν κοιλίαν γ'. ἐπὶ τοῦ

ἰσχίου α΄. ἐπ᾽ ἄκρου (ἑκατέρου) ὀπισθίου ποδός α΄. τοὺς πάντας ιη΄.

te ſingulorum pedum poſteriorum 1. ſunt omnes octodecim.

Δελτωτόν. 20.

morum noſtrorum intelligentiæ, licet in alios excurrant, in parentibus tamen manent. Poſtrema erit [b] materialis, quâ Ægyptii præcipuè per inſcitiam uſi ſunt, corporibus, Diis exiſtimatis, nuncupatiſque: Iſide nempe terrâ, Oſiride humido, Typhone caliditate: vel Saturno quidem aquâ, Adonide fructibus, Baccho vino. Hæc porrò Diis dicata eſſe aſſeverare, quemadmodum & herbas, & ſaxa, & animalia, ſapientum; ſed Deos illa vocare furentium eſt: niſi eâ ratione loquantur, quâ & nos Solis orbem, & ab orbe exilientem radium, Solem ex more vocamus. Mixtam fabularum ſpeciem cùm multis aliis deprehendere licet, tum in eo quod narrant [c] Diſcordiam in Deorum convivium pomum aureum conjeciſſe, & pro eo inter Deas diſſidio orto, Deas ab Jove miſſas ad Paridem judicandas; Paridi pulcram Ve-

b *Ægyptiorum fabulæ materiales*] *de his copioſè agit Euſeb. Præpar. Evangel l. 1. c. 9. ubi & fabulam de Iſide atque Oſiride, de Sole & Luna explicat ex Ægyptiorum mente. videndus idem l. 2. c. 12. & lib. 5. cap. 3. Macrob. 1. Sat. c. 21. & Plutarchus libro peculiari. Syneſius quoque libris duobus de providentiâ prolixam de his fabulam pertexit.*

c *Eris in Deorum convivio*] *Proclus diſſertat. 10. in lib. de R. P. Heraclitus libello de alleg. Hom. moraliter explicat.*

2 Αἰγύπτιοι De Symbolis in communi agit Jambl. Segm. 1. c. 11. de Ægyptiacis cap. 1. Segm. 7. οὔτοι τὴν φύσιν τοῦ παντὸς καὶ τὴν δημιουργίαν μιμούμενοι, καὶ αὐτοὶ [Αἰγύπτιοι] τῶν μυστικῶν καὶ ἀποκεκρυμμένων καὶ ἀφανῶν νοήσεων εἰκόνας τινὰς διὰ συμβόλων ἐκφαίνουσιν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις τοῖς ἐμφανέσιν εἴδεσι τοὺς ἀφανεῖς λόγους διὰ συμβόλων, τρόπον τινὰ, ἀπετυπώσατο· ἡ δὲ τῶν Θεῶν δημιουργία, τὴν ἀλήθειαν τῶν ἰδεῶν διὰ τῶν φανερῶν εἰκόνων ὑπεγράψατο, &c.

3 ἀνακεῖσθαι —— Jambl. Segm. 5. cap. 9. Segm. 5. c. 25. Natalis Comes in Indice peculiari his de rebus. Voſſ. lib. 9. de Idol.

4 Ἔρις. Empedoclis Νεῖκος.

d *Fabulæ*

nerem viſam pomum habuiſſe. Hic enim convivium cœleſtes Deorum indicat facultates, ideóque unà ſimul habitant; pomum aureum Mundum, qui dum ex contrariis conflatur, non immeritò à Diſcordiâ conjici narratur. Verùm cùm alia alii Dii mundo impartiantur, pro pomo turbas illas concitare videntur. Et animus ſecundum ſenſum vivens; hic namque Paris eſt; cæteras in mundo poteſtates haud intuens, ſolam Veneris pulcritudinem pomum eſſe, determinat. Ex fabulis autem [d] Theologicæ Philoſophis conveniunt; [e] Naturales & Animales Poëtis; Mixtæ ceremoniis: quandoquidem ceremoniæ omnes cum Mundo nos, Diiſque conjungere nituntur. Quòd ſi alia etiam fabula enarranda eſt; Deorum Matrem [f] Attidem, apud fluvium Gallum commorantem, intuitam, ferunt cupidine exarſiſſe, illíque ſtellato pileo impoſito, in poſterum unà ſecum habuiſſe. Attis Nympham deperiens, neglectâ Deorum matre, cum Nymphâ conſueſcebat; Deo-

ναι τὴν Ἀφροδίτην, καὶ ταύτῃ δοῦναι τὸ μῆλον. ἐνταῦθα γὰρ τὸ μὲν συμπόσιον τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις δηλοῖ τῶν Θεῶν· καὶ διὰ τοῦτο μετ' ἀλλήλων εἰσί. τὸ δὲ χρυσοῦν μῆλον τὸν Κόσμον, ὃς ἐκ τῶν ἐναντίων γινόμενος, εἰκότως ὑπὸ τῆς Ἔριδος λέγεται ῥίπτεσθαι. Ἄλλων δὲ ἄλλα τῷ Κόσμῳ χαριζομένων Θεῶν, φιλονεικεῖν ὑπὲρ τοῦ μήλου δοκοῦσιν. ἡ δὲ κατ' αἴσθησιν ζῶσα ψυχὴ, τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ Πάρις, τὰς μὲν ἄλλας ἐν τῷ κόσμῳ δυνάμεις οὐχ ὁρῶσα, [5] μόνον δὲ τὸ κάλλος τῆς Ἀφροδίτης τὸ μῆλον εἶναι φησί. Πρέπουσι δὲ τῶν Μύθων οἱ μὲν Θεολογικοὶ Φιλοσόφοις· οἱ δὲ Φυσικοὶ, καὶ Ψυχικοὶ, ποιηταῖς· οἱ δὲ μικτοὶ, τελεταῖς. ἐπειδὴ καὶ πᾶσα τελετὴ πρὸς τὸν Κόσμον ἡμᾶς, καὶ πρὸς τοὺς Θεοὺς [6] συνάπτειν ἐθέλει. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἕτερον μῦθον εἰπεῖν, τὴν Μητέρα τῶν Θεῶν φασὶ τὸν Ἄττιν παρὰ τῷ Γάλλῳ κείμενον ἰδοῦσαν ποταμῷ, ἐρασθῆναί τε, καὶ λαβοῦσαν τὸν ἀστερωτὸν αὐτῷ περιθεῖναι πῖλον, καὶ τοῦ λοιποῦ μεθ' ἑαυτῆς ἔχειν. Ὁ δὲ Νύμφης ἐρασθεὶς τὴν Θεῶν μητέρα

d *Fabulæ Theologicæ Philoſophis conveniunt*] *ita Plato non quaſcunque fabulas admiſit, ſed Theologiæ convenientes, in Phædro, & lib. 2. de R. P. de qua re vide Proclum Theol. Plat. lib. 1. c. 4. pag 10.*

e *Naturales, & animales Poëtis*] *hoc toto libro ſanè quam elegantiſſimo oſtendit Heraclitus. ſed improbant hoc genus fabularum præter Platonem & Proclum locis citatis, Euſeb. l. 3. Præp. Evang. c. 3. & ſequentibus: tum etiam S. Auguſtinus de Civ. Dei. l. 6. c. 8. cæteríque qui contra nationes ſcripſerunt.*

f *Fabula Attidis*] *Julianus Imperator Oratione in Deorum matrem pag. 302. ſigillatim cuncta hæc explicat quæ Salluſtius paucis innuit: nec dubium quin hic ſua ad verbum inde hauſerit.*

5 lego μόνον δὲ τὸ κ.

6 Συνάπτειν. Jambl. Segm. 5. c 23.

7 φᾶσι-

μητέρα ἀπολιπὼν, τῇ Νύμφῃ συνῆν. καὶ διὰ τοῦτο ἡ μήτηρ τῶν Θεῶν ποιεῖ μανῆναι τὸν Ἄττιν, καὶ τὰ γόνιμα ἀποκοψάμενον ἀφεῖναι παρὰ τῇ Νύμφῃ· πάλιν δὲ ἀνελθόντα αὐτῇ συνοικεῖν. ἡ μὲν οὖν Μήτηρ τῶν Θεῶν ζωογόνος ἐςὶ Θεὰ, καὶ διὰ τοῦτο μήτηρ καλεῖται. ὁ δὲ Ἄττις τῶν γινομένων, καὶ [7] φθειρομένων δημιουργὸς, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῷ Γάλλῳ λέγεται εὑρεθῆναι ποταμῷ. ὁ γὰρ Γάλλος τὸν Γαλαξίαν αἰνίττεται κύκλον, ἀφ᾽ οὗ τὸ παθητὸν ἔρχεσθαι σῶμα. τῶν δὲ πρώτων Θεῶν τελειούντων τοὺς δευτέρους, ἐρᾷ μὲν ἡ Μήτηρ τοῦ Ἄττεως, καὶ οὐρανίους αὐτῷ δίδωσι δυνάμεις. τοῦτο γάρ ἐςιν ὁ [8] πῖλος. ἐρᾷ δὲ ὁ Ἄττις τῆς Νύμφης· αἱ δὲ Νύμφαι γενέσεως ἔφοροι· πᾶν γὰρ τὸ γινόμενον ῥεῖ. ἐπεὶ δὲ ἔδει [9] ςῆναι τὴν γένεσιν, καὶ μὴ τῶν ἐσχάτων γενέσθαι τὸ χεῖρον, ὁ ταῦτα ποιῶν δημιουργὸς, δυνάμεις γονίμους ἀφεὶς εἰς τὴν γένεσιν, πάλιν συνάπτεται τοῖς Θεοῖς. Ταῦτα δὲ ἐγένετο μὲν οὐδέποτε, ἔςι δὲ ἀεί. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἅμα πάντα ὁρᾷ, ὁ δὲ λόγος τὰ μὲν πρῶτα, τὰ δὲ δεύτερα λέγει. Οὕτω δὲ πρὸς τὸν Κόσμον οἰκείως ἔχοντος τοῦ μύθου, ἡμεῖς τὸν Κόσμον μιμούμενοι, πῶς γὰρ ἂν μᾶλλον κοσμηθείημεν; ἑορτὴν ἄγομεν διὰ ταῦτα.

rum Mater eum ad inſaniam adégit, qui abſciſſa genitalia apud Nympham dereliquit, reverſuſque illi operam dabat. Mater itaque Deorum vivifica Dea eſt, ideoque Mater vocatur. Attis eorum, quæ fiunt & corrumpuntur opifex; hinc apud Gallum flumen compertus traditur: Gallus enim Galaxiam ſeu lacteum orbem, unde corpus patibile deſcendit, indicat. Primis autem Diis ſecundos perficientibus, Mater Attidis amore correpta, cœleſtes illi facultates largitur: is enim pileus eſt. Attis autem Nympham deperit: cùm Nymphæ generationi præſint: nam quodcunque fit, fluit. Quoniam verò generatio ſiſtenda erat, ne extrema ſemper deterius progignerent; ea molitus opifex, facultates ad generandum fœcundas dimittens, iterum Diis conjungitur. Et hæc quidem nunquam facta ſunt, cùm ſemper ſint: & mens quidem omnia ſimul conſpicit, at ſermo hæc quidem priùs, illa poſteriùs effert. Hâc ratione cùm aptiſſimè Mundo fabula reſpondeat, nos Mundi imitatores, quânam aliâ ratione nitidiùs ornaremur? Propter illa feſtum diem agimus. Et

7 φθειρομένων —— Porphyrius apud *Euſeb.* l. 3. præp. V. Damaſcium apud Photium *Bibl.* p. 1074.

8 Πῖλος. Vide Phurnutum p. 181. n. 3.

9 ςῆναι τὴν γένεσιν. V. Phurnutum p. 248.

g *Feſti-*

primùm ſanè ipſi, è cœlo delapſi, & cum Nympha conſueſcentes in mœrore vivimus à frumento, alióque craſſo ac ſordido alimento abſtinentes, quandoquidem utraque animo ſunt contraria. Deinceps arboris inciſiones, & jejunium, quaſi nos ipſi ulteriorem generationis progreſſum amputaremus: tandem ex lacte alimentum, quaſi renaſceremur. Hinc [g] feſtivitates, & coronæ, & ad Deos veluti reditio. Hiſce & [h] tempus, quo fiunt, teſtimonium exhibet: circa enim ver atque æquinoctium ea, quæ diximus, conficiuntur, cùm, quæ fiunt, fieri ceſſant, diéſque nocte magìs ac magìs protenditur: quod animis, qui ad ſublimiora gradum faciunt, proprium eſt. Sic circa oppoſitum æquinoctium [i] raptus Proſerpinæ ſucceſſiſſe fingitur; qui deſcenſus eſt animorum. Hæc nobis de fabulis pertractantibus Dii ipſi, & Scriptorum fabularum animi propitii ſint.

τα. καὶ πρῶτον μὲν καὶ αὐτοὶ [10] πεσόντες ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τῇ Νύμφῃ [11] συνόντες ἐν κατηφείᾳ ἐσμὲν, σίτου τε καὶ τῆς ἄλλης παχείας, καὶ ῥυπαρᾶς τροφῆς ἀπεχόμεθα· ἑκάτερα γὰρ ἐναντία ψυχῇ· εἶτα δένδρου τομαὶ, καὶ νηστεία, ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἀποκοπτομένων τὴν περαιτέρω τῆς γενέσεως πρόοδον. ἐπὶ τούτοις γάλακτος τροφὴ, ὥσπερ ἀναγεννωμένων· ἐφ' οἷς [12] ἱλαρεῖαι, καὶ στέφανοι, καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς οἷον ἐπάνοδος. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις, καὶ ὁ τῶν δρωμένων καιρός. περὶ γὰρ τὸ ἔαρ, καὶ τὴν ἰσημερίαν δρᾶται τὰ δρώμενα, ὅτε τοῦ μὲν γίνεσθαι παύεται τὰ γινόμενα, ἡμέρα δὲ μείζων γίνεται τῆς νυκτὸς, ὅπερ οἰκεῖον ἀναγομέναις ψυχαῖς. Περὶ γοῦν τὴν ἐναντίαν ἰσημερίαν ἡ τῆς Κόρης ἁρπαγὴ μυθολογεῖται γενέσθαι, ὃ δὴ κάθοδός ἐστι τῶν ψυχῶν. Τοσαῦτα περὶ μύθων εἰποῦσιν ἡμῖν αὐτοί τε οἱ Θεοὶ, καὶ τῶν γραψάντων τοὺς μύθους αἱ ψυχαὶ ἵλεω γένοιντο.

ΚΕΦ. ε.

g *Feſtivitates*] *Hilaria propriè dicta, teſte Juliano Imperatore pag. 316. & Macrob. Sat. l. 1. c. 21. vide & I. Meurſii Græciam feriatam.*

h *Tempus Feſti*] *Idem obſervat Julianus p. 322. unde hæc, ut dixi, deſumpta. Feſta Magnæ Matris Martio menſe celebrabantur. Joannes Lydus ad 11. Kal. Aprilis. Arbor pinus à Dendrophoris ferebatur in palatium. & in veteri Kalendario Herwarti, ad dictum diem: Arbor intrat. Hilaria autem erant 8. Kal. April. teſtante Macrobio loco citato.*

i *Raptus Proſerpinæ autumno*] *6. Non. Octobr. Feſtum hoc ponitur à Joanne Lydo. cæterùm Porphyrius apud Euſeb. præp. Evang. l. 3. c. 11. non de animæ deſcenſu, ſed de ſemente in terram conjectâ explicat.*

10 πεσόντες. Empedocles apud Plutarc —— ἐγὼ νῦν εἰμὶ φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης.

11 V. Phurnutum p. 211. Gyraldum Syntag.

12 Damaſcius apud Photium. ἐδόκουν ὄναρ Ἄττις γενέσθαι· καί μοι ἐπιτελεῖσθαι ὑπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν τὴν τῶν ἱλαρείων καλουμένων ἑορτήν· ὅπερ ἐδήλου τὴν ἐξ ᾅδου γεγονυῖαν ἡμῶν σωτηρίαν.

ΚΕΦ. έ.

[1] Περὶ τῆς πρώτης αἰτίας.

Ἀκόλουθον δὲ τούτοις ἐςὶ, τήν τε πρώτην αἰτίαν εἰδέναι, καὶ τὰς μετ' ἐκείνην τάξεις τῶν Θεῶν, καὶ τοῦ Κόσμου τὴν φύσιν, Νοῦ τε, καὶ Ψυχῆς, καὶ Οὐσίας, Πρόνοιάν τε, καὶ Εἱμαρμένην, καὶ Τύχην, Ἀρετήν τε, καὶ Κακίαν, καὶ τὰς ἐκ τούτων γινομένας ἀγαθάς τε καὶ φαύλας Πολιτείας ἰδεῖν· καὶ πόθεν ἄρα τὰ κακὰ εἰς τὸν Κόσμον ἀφίκετο. Τούτων δὲ ἕκαςον λόγων δεῖται πολλῶν καὶ μεγάλων, ὡς ἐν βραχέσιν εἰπεῖν, καὶ πρὸς τὸ μὴ παντελῶς ἀνηκόους εἶναι, οὐδὲν ἴσως λέγειν κωλύει. Τὴν πρώτην αἰτίαν μίαν τε εἶναι προσήκει. παντὸς γὰρ πλήθους ἡγεῖται μονὰς, δυνάμει τε καὶ ἀγαθότητι πάντα νικᾷ· καὶ διὰ τοῦτο πάντα μετέχειν ἐκείνης ἀνάγκη. οὐδὲν γὰρ αὐτὴν ἄλλο κωλύσει διὰ τὴν δύναμιν, οὐδὲ ἑαυτὴν ἀφέξει δι' ἀγαθότητα. ἀλλ' εἰ μὲν ἦν ψυχὴ, πάντα ἂν ἔμψυχα ἦν· εἰ δὲ καὶ νοῦς, πάντα νοερά·

CAP. V.

De primâ cauſâ.

SEquitur poſthac, ut primam cauſam, & ſubſequentes Deorum ordines cognoſcamus; tum Mundi, Mentis, Animíque naturam; Providentiam deinceps, Fatum, & Fortunam, Virtutem, & Vitium, natáſque ex illis probas praváſque Rerumpublicarum formas, & undénam mala in Mundum irrepſerint, inſpiciamus. Ex his quodlibet multis ingentibúſque ſermonibus indiget: attamen ut brevibus expediatur, ne rerum harum omninò expertes eſſe homines videantur, nihil impediet hac ratione diſſerere. [2] Primam cauſam unam eſſe convenit; multitudini namque univerſæ unitas præit, facultate & bonitate omnia ſuperans, ideóque omnibus communicari neceſſe eſt. Neque enim aliquid facultate illam impediet; neque ipſa propter bonitatem ſeparabitur. Siquidem ſi animus eſſet, omnia utique eſſent animata; ſin intellectus, omnia intellectualia; ſi ſubſtantia,

εἰ δὲ

[2] *Primam cauſam eſſe unam*] *Proclus El. Theol.* 11. *quod prolixè toto lib.* 2. *Theol. Plat. demonſtrat. & brevius lib.* 3. *c.* 3. *adde Plotin. Enn.* 5. *l.* 4. *c.* 1. *Dionyſ. Areopag. div. nom. c.* 13.

[1] ex Ægyptiorum theologiâ de prima cauſa ſic philoſophatur Jambl. Segm. 8. c. 2. περὶ τῶν ὅλων ἀρχῶν ἐστι θεὸς εἷς πρῶτος —— poſt multa, ἀρχὴ οὗτος καὶ θεὸς θεῶν, μονὰς ἐκ τοῦ ἑνὸς, προούσιος καὶ ἀρχὴ οὐσίας, ἀπὸ δὴ τοῦ ἑνὸς οὗτος, (loquitur jam de deo ſecundo qui ex illo primo emicuit) ὁ αὐτάρκης θεὸς αὐτὸν ἐξέλαμψε —— αὗται μὲν οὖν εἰσιν ἀρχαὶ πρεσβύταται πάντων, ἃς Ἑρμῆς πρὸ τῶν αἰθερίων καὶ ἐμπυρίων θεῶν προτάττει, καὶ τῶν ἐπουρανίων. Syrianus, μία πάντων ἀρχὴ τἀγαθὸν καὶ τὸ ὑπέρτατον ἕν.

omnia ſubſtantiæ participarent. quod cùm quidam in omnibus deprehendiſſent, ſubſtantiam illud eſſe exiſtimârunt. Si itaque res tantùm eſſent, neque bonitatem haberent, ſermo hic à veritate non aberraret. Verùm ſi per bonitatem res ſunt, & bonum participant; ſupernaturale utique, ſed [b] bonum, primùm omnium eſſe neceſſe eſt; indicio, eóque maximo erit: [c] animis quippe virtute prædiris propter bonum nihil curæ eſt quòd ſint; quando pro patria, amicis, vel virtute pericula ſubeunt. Poſt hanc Virtutem, quæ verbis haud exprimi poteſt, Deorum ordines ſubſequuntur.

εἰ δὲ οὐσία, πάντα οὐσίας μετεῖχε. τοῦτο δὲ ἐν πᾶσιν ἰδόντες τινὲς, ἐκεῖνο οὐσίαν ἐνόμισαν. Εἰ μὲν οὖν ἦν μόνον τὰ ὄντα, ἀγαθὰ δὲ οὐκ ἦν, ἀληθὴς ἦν ὁ λόγος. εἰ δὲ διʼ ἀγαθότητα ἐςί τε τὰ ὄντα, καὶ μετείληχεν ἀγαθοῦ, ὑπερούσιον μὲν, ἀγαθὸν δὲ εἶναι τὸ πρῶτον ἀνάγκη. Σημεῖον δὲ μέγιςον· τοῦ γὰρ εἶναι διὰ τὸ ἀγαθὸν αἱ σπουδαῖαι καταφρονοῦσι ψυχαὶ, ὅταν ὑπὲρ πατρίδος, ἢ φίλων, ἢ ἀρετῆς κινδυνεύειν ἐθέλωσι. Μετὰ δὲ τὴν οὕτως ἄῤῥητον δύναμιν αἱ τῶν Θεῶν τάξεις εἰσί.

Y Damaſcius infinitis locis. προέεισι θεῖος ἀριθμὸς μονάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου. Syrianus περὶ ἰδεῶν, ex Pythagoreis. idem ibid. νοῦς αὐτάρκης καὶ παντελὴς αἴτιος τῶν ὅλων προτετάχθω.

b *Bonum*] *Proclus El. Th.* 12. *Theol. Plat. l.* 1. *cap.* 18 *pag.* 46. *& princip.* 2. *diſſert. in R. P. Platon. & tota diſſert.* 36. *in Tim. p.* 109. *Plotin. Enn.* 6. *l.* 7. *c.* 23. *Dionyſ. Areopag. div. nom. c.* 4.

c *Animis propter bonum*] *Ita Plato l.* 5. *R. P. animam boni acquirendi causâ omnia facere, & pati docet. vide Proclum Theol. Plat. lib.* 1. *pag.* 62. *med. & in Tim. l* 2. *pag.* 108.

CAP. VI.

De cœleſtibus, & mundanis Diis.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Περὶ τῶν [1] ὑπερκοσμίων, καὶ ἐγκοσμίων Θεῶν.

DEorum verò, hi [a] mundani, cœleſtes alii. Mun-

ΤΩν δὲ Θεῶν, οἱ μὲν εἰσιν Ἐγκόσμιοι, οἱ δὲ Ὑπερκόσμιοι.

a *Dii Mundani, & Cœlites*] *Ita Proclus ſæpe Deos in mundanos, & ſupramundanos diſtinguit: ſed in Theologiâ Platonicâ quatuor genera ponit*, νοητοὺς, νοεροὺς, ὑπερκοσμίους, ἐγκοσμίους. *de quibus poſtremis quatuor libris prolixè egit. quòd ait, Cœlites, mentes animóſque feciſſe, minores autem mundum viſibilem, id ex Platonis Timæo deſumptum; ubi opifex ſupremus Diis minoribus rerum inferiorum creationem permittit. vide Procl. in Tim. pag.* 309. *& ſeq.*

1 ὑπερκοσμίων & ἐγκοσμίων diſtinctionem agnoſcit Jambl. Seg. 8. c. 8. Damaſcius paſſim.

b *Dii*

μιοι. Ἐγκοσμίους δὲ λέγω, αὐτοὺς τοὺς τὸν Κόσμον ποιοῦντας Θεούς. τῶν δὲ ὑπερκοσμίων, οἱ μὲν οὐσίας ποιοῦσι Θεῶν, οἱ δὲ Νοῦν, οἱ δὲ Ψυχάς. καὶ διὰ τοῦτο [2] τρεῖς ἔχουσι τάξεις, καὶ πάσας ἐν τοῖς περὶ τούτων λόγοις ἐςὶν εὑρεῖν. Τῶν δὲ Ἐγκοσμίων, οἱ μὲν εἶναι ποιοῦσι τὸν Κόσμον, οἱ δὲ αὐτὸν ψυχοῦσιν, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων ὄντα ἁρμόζουσιν, οἱ δὲ ἡρμοσμένον φρουροῦσι· Τούτων δὲ ὄντων τεσσάρων πραγμάτων, καὶ ἑκάςου πρῶτα ἔχοντος, καὶ μέσα, καὶ τελευταῖα, καὶ τοὺς διοικοῦντας δώδεκα εἶναι ἀνάγκη· οἱ μὲν οὖν ποιοῦντες τὸν Κόσμον, Ζεὺς, καὶ Ποσειδῶν ἐςι, καὶ Ἥφαιςος· οἱ δὲ ψυχοῦντες, Δημήτηρ, καὶ Ἥρα, καὶ [3] Ἄρτεμις· οἱ δὲ ἁρμόζοντες, Ἀπόλλων, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἑρμῆς· [4] οἱ δὲ φρουροῦντες, Ἑςία, καὶ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἄρης. Αἰνίγματα δὲ τούτων ἐν τοῖς ἀγάλμασιν ἐςὶν ἰδεῖν. ὁ μὲν γὰρ Ἀπόλ-

danos eos voco, qui mundum conficiunt. Cœleſtium hi Deorum ſubſtantias, alii mentem, alii animos procreant; ideóque trino ordine diſcriminantur, omnéſque in ſermonibus de eis inventu faciles ſunt. Mundanorum hi efficiunt, ut Mundus ſit; alii eundem animant; alii ex variis diverſiſque compactum adaptant; alii adaptatum cuſtodiunt. quæ cùm quatuor ſint, & unumquodque ex primis, mediis, extremiſque conſiſtat; qui ea diſponunt, neceſſe eſt ut [b] duodecim ſint. Mundum itaque efficiunt [c] Jupiter, Neptunus, [d] Vulcanus: animant [e] Ceres, [f] Juno, [g] Diana: adaptant [h] Apollo, [i] Venus, Mercurius: cuſtodiunt [k] Veſta, [l] Pallas, Mars. Horum indicia ac figuræ, quaſi in ænigmate in ſtatuis conſpiciuntur. Etenim [m] Apollo ly-

b *Dii duodecim*] *de his copiosè Proclus Theol. Plat. l. 6. c. 22. planè ad Salluſtii mentem.*

c *Jupiter, Nept.*] *De his Theol. Plat. l. 6. c. 9. & 10. in Tim. p. 44. in Cratyl. c. 150. & tribus ſequent.*

d *Vulcanus*] *Proclus in Tim. p. 44.*

e *Ceres*] *Proclus Theol. Plat. l. 6. c. 11. in Cratyl. c. 167, 168, & 179.*

f *Juno*] *in Cratyl. c. 179.*

g *Diana*] *in Cratyl. cap. 171. & copiosè c. 180.*

h *Apollo*] *Theol. Plat. l. 6. c. 12. In Cratyl. c. 174. 176, & 177. quem vidiſſe haud pœnitebit.*

i *Venus*] *Ibid. c. 184. & in Tim. pag. 155. extrema.*

k *Veſta*] *In Cratyl. c. 138. Th. Plat. l. 6. c. 21.*

l *Minerva*] *in Crat. cap. 185. & in Tim. pag. 48. & 51.*

m *Apollo lyram adaptat*] *vide Plutarchum libro de generat. animæ in fine, & Proclum in Cratylum c. 174, & 176.*

2 idem docet Jambl. Segm. 2. c. 7. ἐν δὲ τούτοις τοῖς τρισὶν ὅροις τριπλῆς τάξεως, ἀρχῆς καὶ μεσότητος καὶ τέλους, ὅλα τὰ γένη κατενείματο.

3 Syrianus. ὥσπερ ὁ μουσικὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθηματικῶν ἀριθμῶν τὴν λύραν, οὕτως ἡ φύσις διὰ τῶν ἑαυτῆς φυσικῶν ἀριθμῶν τὰ ἑαυτῆς ἁρμόζει δημιουργήματα.

4 Veſtam Διὸς φυλακὴν dixêre Pythagorici. Ariſtot. de cœlo. l. 2. c. 13. Philolaus apud Stob. Ecl. Phyſ.

ram adaptat, Pallas armatur, nudáque Venus objicitur: quando [n] concentus pulcritudinem gignit, & [o] pulcritudo in illis, quæ oculis objiciuntur, non abditur. Hi cùm ante alios Mundum poſſideant, cæteros in his Deos eſſe exiſtimemus: [p] Bacchum videlicet in Jove; [q] Æſculapium in Apolline, Gratias in Venere. Orbes quoque eorum intueamur, Veſtæ terram, Neptuni aquam, Junonis aërem, Vulcani ignem. Sex autem ſuperiores Diis illis, quibus id in uſu eſt, attribuamus: quippe qui Apollinem ac Dianam pro Sole & Luna deſumimus; at Saturni orbem Cereri vindicamus, Palladi ætherem: cœlum verò commune eſſe omnibus dicemus. Ordines igitur, & virtutes, ac duodecim Deorum orbes hâc ratione exponuntur, & veluti divinum quid cantibus ac hymnis celebrantur.

Ἀπόλλων λύραν ἁρμόζει, ὥπλισται δὲ ἡ Ἀθηνᾶ, γυμνὴ δὲ ἡ Ἀφροδίτη. ἐπειδὴ ἁρμονία μὲν τὸ κάλλος ποιεῖ· τὸ δὲ κάλλος ἐν τοῖς ὁρωμένοις οὐ κρύπτεται. τούτων δὲ πρώτως ἐχόντων τὸν Κόσμον, καὶ τοὺς ἄλλους ἐν τούτοις ἡγητέον εἶναι Θεούς· οἷον Διόνυσον μὲν ἐν Διΐ, [s] Ἀσκληπιὸν δὲ ἐν Ἀπόλλωνι, Χάριτας δὲ ἐν Ἀφροδίτῃ. Καὶ σφαίρας δὲ τούτων ἐστὶν ἰδεῖν, Ἑστίας μὲν Γῆν, Ποσειδῶνος δὲ ὕδωρ, Ἥρας δὲ Ἀέρα, Ἡφαίστου δὲ Πῦρ. ἓξ δὲ τὰς ἀνωτέρας, ὧν ἔθος νομίζειν Θεῶν. Ἀπόλλωνα γὰρ καὶ Ἄρτεμιν ἀνθ᾽ ἡλίου καὶ σελήνης ληπτέον· τὴν Κρόνου δὲ Δήμητρι δοτέον· Ἀθηνᾷ μὲν τὸν αἰθέρα· ὁ δὲ οὐρανὸς πάντων κοινός· Αἱ μὲν οὖν τάξεις, καὶ δυνάμεις, καὶ σφαῖραι τῶν δώδεκα Θεῶν, οὕτως εἴρηνταί τε, καὶ ὕμνηνται.

n *Concentus pulchritudinem*] *Proclus in Timaum lib. 3. pag. 155. in fine.*

o *Pulchritudo non abditur*] *hinc Plato in Phædro pulchrum ſplendidiſſimum & evidentiſſimum vocat: vide inſigniter hac de re philoſophantem Proclum Theol. Plat. lib. 1. cap. 25. pag. 60.*

p *Bacchus in Jove*] *Proclus in Tim. l. 5. pag. 334. media: vide & in Cratylum c. 184.*

q *Æſculapius in Apolline*] *in Tim. l. 1. p. 49.*

s Damaſcius & Heſiodus ejuſdem ἀρχῆς & σειρᾶς (ut ad Phurnutum dixi) faciunt Jovem & Apollinem. Παιήων ἢ Σωτὴρ Ἀσκλήπιος τὴν θείαν ἔχων ἰατρικήν, δι᾽ ἧς θεοῖς τε καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασι, τοῖς μὲν ἀεὶ τὸ προσῆκον ἀπονέμει μέτρον, τοῖς δ᾽ ὅταν ᾖ δεκτά. Syrian. in Ariſt. Metaph.

CAP. VII.

De naturâ Mundi, & æternitate.

MUndum porrò ipſum incorruptibilem, atque in-

ΚΕΦ. ζ'.

Περὶ τῆς Φύσεως τοῦ Κόσμου, καὶ αἰδιότητος.

ΑΥτὸν δὲ τὸν Κόσμον ἄφθαρτόν τε, καὶ ἀγέννητον

εἶναι

εἶναι ἀνάγκη. Ἄφθαρτον μὲν, ὅτι οὐκ ἔστι τούτου φθαρέντος, ἢ χείρονα, ἢ κρείττονα ποιῆσαι, ἢ τὸν αὐτὸν, ἢ ἀκοσμίαν. ἀλλ' εἰ μὲν χείρονα, κακὸς ὁ ἐκ κρείττονος χεῖρον ποιῶν· εἰ δὲ κρείττονα, ἀδύνατος, ὁ μὴ τὴν ἀρχὴν τὸ κρεῖττον ποιήσας· εἰ δὲ τὸν αὐτὸν, μάτην ποιήσει· εἰ δὲ ἀκοσμίαν, ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν τοῦτό γε θέμις. Ἀγέννητον δὲ, ἱκανὰ μὲν δεῖξαι ταῦτα. εἰ γὰρ μὴ φθείρεται, οὐδὲ γέγονεν· ἐπειδὴ πᾶν τὸ γινόμενον φθείρεται. καὶ ὅτι ἀνάγκη διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα ὄντος τοῦ Κόσμου, ἀεί τε τὸν Θεὸν ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τὸν Κόσμον ὑπάρχειν· ὥσπερ ἡλίῳ μὲν καὶ πυρὶ συνυφίσταται φῶς, σώματι δὲ σκιά. Τῶν δὲ ἐν τῷ Κόσμῳ σωμάτων, τὰ μὲν Νοῦν μιμεῖται, καὶ κύκλῳ κινεῖται· τὰ δὲ Ψυχὴν, καὶ ἐπ' εὐθείας. καὶ τῶν μὲν ἐπ' εὐθείας, Πῦρ μὲν καὶ Ἀὴρ ἄνω· Γῆ δὲ, καὶ Ὕδωρ κάτω. τῶν δὲ κύκλῳ, ἡ μὲν ἀπλανὴς ἀπ' ἀνατολῆς· αἱ δὲ ἑπτὰ ἐκ δύσεως φέρονται. Αἰ-

genitum eſſe neceſſum eſt. Incorruptibilem; eo namque corrupto, [a] aut meliorem, aut deteriorem, vel hunc eundem, vel ſine ornatu confuſionem efficiet. Si deteriorem, næ ille fuerit pravus, qui ex meliori deterius facit. Si meliorem, utique viribus non præſtitit, qui ipſo principio, quod melius eſt, non produxit. Si eundem, fruſtrà operam ſumpſerit. Si confuſionem, at id aures propter nefas perhorreſcunt. [b] Ingenitum illum ſatis abundè hæc probant. Etenim, ſi non corrumpitur, neque factus eſt; cùm omne quod factum eſt, corrumpatur. Ad hæc, cùm per Dei bonitatem Mundus ſit, neceſſe eſt, ſemper [c] Deum bonum eſſe, & Mundum exiſtere: quemadmodum cum Sole, & igne ſimul unà lumen ſubſiſtit, & cum corpore umbra. Corporum, quæ in Mundo ſunt, alia [d] mentem imitantur, & circulatim moventur; alia animum, & rectà diriguntur. Ex iis quæ rectà moventur, ignis & aër ſurſum; terra & aqua deorſum aguntur: ex iis quæ circulatim, ſphæra inerrans ab ortu,

τίαι

a *Aut meliorem, aut deteriorem*] *hoc argumentum Philo quoque affert libro de mundi incorruptibilitate pag. 735. f. idque maximè demonſtrativum, & omninò irrefragabile à multis haberi aſſerit.*

b *Ingenitus quia incorruptibilis*] *ſic Philo ibid. pag. 734. Vide & ſextam Procli rationem pro mundi æternitate cum Philoponi reſponſo.*

c *Quia Deus ſemper bonus*] *Procl. in Tim. l. 2. pag. 111. poſt medium. eadem quoque prima ipſius ratio fuerat mundi æternitati adſtruendæ, ut ex Philoponi reſponſione apparet: ubi & duo hæc exempla lucis & umbræ ab eodem allata diluit.*

d *Cælum mentem imitatur*] *hinc 13. Procli ratio ducta apud Philoponum. ſed de hoc Platonis effato vide Proclum in Tim.*

pag.

ſeptem reliquæ ab occaſu feruntur. Hujuſce cauſæ multæ aliæ ſunt, at illa non poſtrema; ne ſcilicet ſi velox orbium circumitio fiat, imperfecta generatio maneat. Sed cùm motus diverſus ſit, diverſam quoque corporum naturam eſſe oportet; & corpus cœleſte, neque comburere, neque frigefacere, neque aliud præter eà facere, quod quatuor elementorum proprium fuerit. Et cùm [e] Mundus ſphæricus ſit, cujus argumentum Zodiacus eſt; & cujuſcumq; orbis pars inferior medium ſit; ex omnibus namque partibus plurimùm diſtat; gravia deorſum, & in terram aguntur. Et hæc quidem omnia Dii conficiunt, mens ordinat, animus movet. Et de Diis hæc dicta ſunto.

τίαι δὲ τούτου πολλαὶ μὲν καὶ ἄλλαι, καὶ τὸ μὴ ταχείας τῆς περιόδου τῶν σφαιρῶν γινομένης ἀτελῆ τὴν γένεσιν εἶναι. διαφόρου δὲ τῆς κινήσεως οὔσης, διαφέρειν καὶ τὴν φύσιν τῶν σωμάτων ἀνάγκη· καὶ μήτε καίειν, μήτε ψύχειν τὸ οὐράνιον σῶμα, μηδὲ ἄλλό τι ποιεῖν, ἃ τῶν τεσσάρων ϛοιχείων. Σφαίρας δὲ οὔσης τοῦ Κόσμου· ὁ γὰρ Ζωδιακὸς δείκνυσι τοῦτο· ἐπειδὴ σφαίρας πάσης τὸ κάτω μέσον ἐϛί· πανταχόθεν γὰρ πλεῖϛον ἀφέϛηκε· τά τε βαρέα φέρεται κάτω, φέρεται δὲ εἰς γῆν. Ταῦτα δὲ πάντα ποιοῦσι μὲν Θεοὶ, τάττει δὲ Νοῦς, κινεῖ δὲ Ψυχή. Καὶ περὶ μὲν Θεῶν ἤδη προείρηται.

pag. 167. & Chalcidium p. 213. Plotinum Enn. 2. l. 2. & ex Plotino Macrob. in Somn. Scip. l. 1. c. 17.

e *Mundus ſphæricus*] *Procl. in Tim. p. 160. & ſeq. Chalcid. pag. 139. nam ſphærici cuivis noti.*

CAP. VIII.
De mente, & Animâ: & Animam immortalem eſſe.

ΚΕΦ. η.
Περὶ Νοῦ, καὶ ψυχῆς· καὶ ὅτι ἀθάνατος.

EST autem quædam vis eſſentiâ quidem inferior, ſed nobilior animo: ab [a] eſſentiâ habens, quòd ſit; animum verò ita perficiens, ut oculos

ΕΣτι δέ τις δύναμις, οὐσίας μὲν δευτέρα, ψυχῆς δὲ πρώτη, ἔχουσα μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τὸ εἶναι, [1] τελειοῦσα δὲ τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἥλιος τὰς ὄψεις. τῶν δὲ [2] Ψυ-

a *Eſſentia, mens, anima*] *Proclus Elem. Theol. 20. & Theol. Plat. l. 1. c. 3. & l. 3. c. 6. hoſce gradus ordinéſque entium copioſè explicat.*

1 τελειοῦσα. Jambl. Segm. 5. c. 11. ψυχαὶ ἀπὸ νοῦ τελειοῦνται.

[a] Ψυχῶν αἱ μέν εἰσι λογικαὶ, καὶ ἀθάνατοι· αἱ δὲ ἄλογοι, καὶ θνηταί. καὶ αἱ μὲν ἐκ τῶν πρώτων, αἱ δὲ ἐκ τῶν δευτέρων παράγονται Θεῶν. πρῶτον δὲ ὅ,τι πέρ ἐστι Ψυχὴ ζητητέον. ᾧ τοίνυν διαφέρει τὰ ἔμψυχα τῶν ἀψύχων, τοῦτό ἐστι Ψυχή. διαφέρει δὲ κινήσει, αἰσθήσει, φαντασίᾳ, νοήσει. Ἔστιν ἄρα Ψυχὴ, ἄλογος μὲν ζωὴ αἰσθητικὴ καὶ φανταστικὴ· λογικὴ δὲ, αἰσθήσεως καὶ φαντασίας ἄρχουσα, καὶ λόγῳ χρωμένη. καὶ ἡ μὲν ἄλογος τοῖς σωματικοῖς ἕπεται πάθεσιν· ἐπιθυμεῖ γὰρ ἀλόγως, καὶ ὀργίζεται· ἡ δὲ λογικὴ τοῦ τε σώματος μετὰ λόγου καταφρονεῖ, καὶ πρὸς τὴν ἄλογον μαχομένη, κρατήσασα μὲν Ἀρετὴν, ἡττηθεῖσα δὲ, Κακίαν ποιεῖ. Ἀθάνατον δὲ αὐτὴν εἶναι ἀνάγκη, ὅτι τε γινώσκει Θεούς· θνητὸν δὲ οὐδὲν ἀθάνατον οἶδε· τῶν τε ἀνθρωπίνων πραγμάτων ὡς ἀλλοτρίων καταφρονεῖ, καὶ τοῖς σώμασιν, ὡς ἀσώματος ἀντιπέπονθε· καλῶν μὲν γὰρ καὶ νέων ὄντων ἁμαρτάνει, γηρώντων δὲ ἐκείνων ἀκμάζει. καὶ πᾶσα μὲν σπου-

[b] Sol. Animorum porrò alii ſunt rationis compotes, & immortales; alii expertes, mortaléſque: [c] primi ex primis, ſecundi ex ſecundis Diis producuntur. At primùm, quid ſit animus, inveſtigandum. Illud itaque animus erit, quo animata ab inanimatis differunt. Differunt autem motu, ſenſu, phantaſiâ, intelligentiâ. Eſt ergò animus rationis expers vita, ſenſibus ac viſis ſerviens: rationis compos, in ſenſus, ac phantaſiam dominans, & ratione utens. Et ratione quidem vacuus animus corporis ſequitur affectiones: deſiderat enim abſque ratione, & iraſcitur; at rationis compos corpus cum ratione aſpernatur, & cum animo rationis experte decertans, [d] ſuperior factus, virtutem; devictus, malitiam efficit. Hunc verò [e] immortalem eſſe neceſſe eſt, quòd Deos cognoſcat; mortalium autem nullum novit immortale: & res humanas ac ſi alterius eſſent contemnit, & [f] corpora incorporeus ipſe abhorret: quæ ſi pulcra ac recentia fuerint, delinquit; ſi ſenuerint illa, ipſe vireſcit. Et quilibet induſtrius

b *Mens ut Sol*] *vide inſignem Archytæ locum apud Jamblichum lib. 2. de ſectâ Pythag. cap. 4. quo inter alia Solem, mentémque comparat, & Procl. in Tim. l. 3. p. 183. in fine.*

c *Animi rationales à primis Deis*] *Alcinous principio, c. 23. Chalcidius in Tim. p. 230. & 276.*

d *Animus ſuperior virtutem*] *vide duo inſignia loca Theagis Pythag. ex libro de virtutibus apud Stobæum ſerm. 1. & Plotinum Enn. l. 1. c. 8.*

e *Anima immortalis, quia Deum cognoſcit*] *vide Plotin. Enn. 4. l. 7. cap. 10., Ariſtotelem, vel quiſquis eſt auctor, de Sap. Ægypt. lib. 12. c. 4 & 8.*

f *Quia adverſatur corpori*] *Marſ. Ficin. Theol. Plat. l. 9. c. 2. & 3.*

2 Jambl. Seg. 8. c. 6.

g *Quia*

animus [g] mente utitur: mens verò à corpore non gignitur. Quanam enim ratione, quæ mente carent, mentem gignent? Et quamvìs illi corpus tanquam inſtrumentum ſubſerviat, [h] in corpore tamen non eſt. Simili modo machinarum opifex in ipſis machinis nullus eſt; & nihilominùs machinarum pleræque, quas nemo tangit, ſede moventur. Quòd ſi per corpus ſæpenumerò à recto abducitur, non eſt cur miremur: namque artes inſtrumentis læſis operatione fruſtrantur.

σπουδαία ψυχὴ κέχρηται νῷ· νοῦν δὲ οὐδὲν σῶμα γεννᾷ· πῶς γὰρ ἂν τὰ ἀνόητα νοῦν γεννήσοι; ὀργάνῳ δὲ χρωμένη τῷ σώματι, [3] οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ· ὥσπερ οὐδὲ ὁ μηχανοποιὸς ἐν τοῖς μηχανοποιήμασι· καί τοι πολλὰ τῶν μηχανημάτων οὐδενὸς ἁπτομένου κινεῖται. εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ σώματος παρατρέπεται [4] πολλάκις, θαυμάζειν οὐ δεῖ. καὶ γὰρ αἱ τέχναι τῶν ὀργάνων βλαβέντων, ἐνεργεῖν οὐκ ἂν δύναιντο.

g *Quia utitur mente*] *Ariſt. Theol. Ægypt. l.* 2. *c.* 8, 9, *&* 10.

h *Non incluſa corpori*] *ibid. c.* 1, 2. *&* 7. *& Plotin. Enn.* 1. *l.* 1. *c.* 3. *&* 4.

3 οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ. Methodius apud Photium hanc improbat Origenis opinionem, dicentis corpus eſſe ψυχῆς δεσμόν.

4 παρατρέπεται πολλ. de anima Jambl. Segm. 1. c. 7. ῥοπῇ καὶ σχέσει καὶ νεύσει κρατεῖται, ὀρέξεσί τε τοῦ χείρονος, καὶ οἰκειώσει τῶν δευτέρων κατέχεται. V. etiam Segm. 5. c. 2. Idem apud Stobæum Ecl. Phyſ. l. 1. p. 115. ex aliena ſententia — Σῶμα, ὡς ἔμψυχος οἴαξ —

CAP. IX.

De Providentiâ, Fato, & Fortunâ.

DEorum inſuper [a] Providentiam & ex his colligere licet. Unde enim Mundo ordo inditur, ſi nullum eſt, quod ordinat? Unde etiam illud erit, omnia alicujus causâ produci: animam ſcilicet rationis expertem, ut ſenſus ſit; rationis compotem, ut terra cohoneſtetur? Ex ipſa quoque erga naturam providentiâ, id

ΚΕΦ. θʹ.

Περὶ Προνοίας, καὶ Εἱμαρμένης, καὶ Τύχης.

ΤΗν δὲ τῶν Θεῶν Πρόνοιαν ἔστι μὲν καὶ ἐκ τούτων ἰδεῖν. Πόθεν γὰρ ἡ τάξις τῷ Κόσμῳ, εἴπερ μηδὲν ἦν τὸ τάττον; πόθεν δὲ τὸ πάντα τινὸς ἕνεκα γίνεσθαι, οἷον ἄλογον μὲν Ψυχὴν, ἵνα αἴσθησις ᾖ· λογικὴν δὲ, ἵνα κοσμῆται ἡ γῆ; Ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῆς περὶ τὴν Φύσιν Προνοίας ἰδεῖν. τὰ μὲν γὰρ

a *De Providentiâ*] *Procl. Theol. Plat. l.* 1. *c.* 15. *p.* 39. *inſtar omnium erit.*

γὰρ ὄμματα διαφανῆ πρὸς τὸ βλέπειν κατεσκεύασαι· ἡ δὲ ῥὶς ὑπὲρ τὸ ςόμα, διὰ τὸ κρίνειν τὰ δυσώδη. τῶν δὲ ὀδόντων οἱ μέσοι μὲν ὀξεῖς, διὰ τὸ τέμνειν· οἱ δὲ ἔνδον πλατεῖς, διὰ τὸ τρίβειν τὰ σιτία. καὶ πάντα δὲ ἐν πᾶσιν οὕτω κατὰ λόγον ὁρῶμεν. Ἀδύνατον δὲ ἐν μὲν τοῖς ἐσχάτοις τοσαύτην εἶναι Πρόνοιαν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις μὴ εἶναι. αἵτε ἐν τῷ Κόσμῳ [1] μαντεῖαι, καὶ θεραπεῖαι σωμάτων γιγνόμεναι, τῆς ἀγαθῆς Προνοίας εἰσὶ τῶν Θεῶν. τὴν δὲ τοιαύτην περὶ τὸν κόσμον ἐπιμέλειαν οὐδὲν βουλομένους, οὐδὲ [2] ποιοῦντας τοὺς Θεοὺς ἡγητέον ποιεῖσθαι. ἀλλ᾽ ὥσπερ τῶν σωμάτων, τὴν δύναμιν ἐχόντων, αὐτῷ τῷ εἶναι ποιεῖ, ἃ ποιεῖ· οἷον ἥλιος φωτίζει, καὶ θάλπει αὐτῷ μόνῳ τῷ εἶναι· οὕτω πολὺ μᾶλλον ἡ τῶν Θεῶν Πρόνοια αὐτῇ τε ἀπόνως, καὶ τοῖς προνοουμένοις ἐπ᾽ ἀγαθῷ γίνεται. ὥςτε καὶ αἱ τῶν Ἐπικουρείων λέλυνται ζητήσεις. τὸ γὰρ θεῖον, φασὶν, οὐδὲ αὐτὸ πράγματα ἔχειν, οὐδὲ ἄλλοις παρέχειν. καὶ ἡ μὲν ἀσώματος περί τε τὰ σώματα, καὶ τὰς ψυχὰς Πρόνοια τῶν Θεῶν ἐςὶ τοιαύτη· ἡ δὲ ἐκ τῶν σωμάτων, καὶ ἐν τοῖς σώμασιν, ἑτέρα τε ταυ-

deprehendere poſſumus. Oculi quippe pellucidi ad videndum; nares ſuper os, ut malè olentia diſcernant; ex dentibus medii acuti conſtructi ſunt ad ſecandum, interiores plani ad alimenta comminuenda. Et hâc ratione omnia in omnibus non abſque ratione fieri conſpicimus. Fieri verò nequit, cùm in extremis hiſce tanta inſit providentia, in primis eam deficere. In Mundo prætereà [b] vaticinationes, & ſanationes corporum ex probâ Deorum providentiâ ſuccedunt. Similem autem erga Mundum curam, ac diligentiam à Diis neque aliquid inde ſperantibus, neque operantibus provenire cenſendum eſt; ſed ut corpora facultate prædita, quæcumque agunt ipsâ [c] ſubſtantiâ operantur: quemadmodum Sol, eo ſolùm quod eſt, illuminat, & calefacit: ſic multò magis Deorum providentia ſibi ipſi [d] abſque labore ac moleſtiâ, & rebus quæ providentiæ ſubſunt, bona ſuppeditat. His Epicureorum diſſolvuntur quæſtiones: Numen enim, inquiunt, neque ſibi, neque aliis moleſtiæ eſt. Atqui incorporea circa corpora & animos Deorum providentia hæc eſt: ſed quæ ex corporibus, & in corpori-

b *Vaticinia & ſanationes*] *Proclus in Timæum l.* 1. *p.* 49. *utramque hanc ſcientiam Minervæ, hoc eſt, providentiæ divinæ munera eſſe docet.*

c *Dii ipsâ ſubſtantiâ agunt*] *Procl. El. Theol.* 120, 121. & 122.

d *Providentia abſque labore*] *Proclus Theol. Plat. l.* 1. *c.* 15. *pag.* 41.

1 *μαντεῖαι.* Jambl. Segm. 3. c. 3.

2 ποιοῦντας. lego πονοῦντας.

c. Fa-

bus, diverſa ab eâ, [e] Fatum nuncupatur: quòd magis in corporibus illius ſeries illuceat, propter quam & ars Mathematica adinventa eſt. Non tantùm itaque ex Diis, ſed ex divinis quoque corporibus humana dirigi, & naturam potiſſimùm corpoream, rationi veritatíque conſonum eſt: ideóque ſanitatem, & ægritudinem; proſperas, adverſáſque fortunas pro cujuſque dignitate, inde provenire ratio dictat. At injuſtitias, & per laſciviam ac petulantiam commiſſa ſcelera ad Fatum referre, nos quidem probos, Deos verò nequam, ac ſceleſtos efficiet. Niſi quis illud reſpondere velit, Mundo in univerſum, & iis, qui naturâ Mundo reſpondent, omnia in bonum produci, ſed malè altum, educatúmque, vel naturam etiam imbecilliorem bona à Fato emanata in deterius mutare; quemadmodum Sol bonus ſit licèt, lippientibus tamen, ac febrientibus noxius ſit. Ad quid enim Maſſagetæ parentes vorant, Hebræi circumciduntur, Perſæ nobilitatem conſervant? Quomodo

ταύτης ἐςὶ, καὶ [3] Εἱμαρμένη καλεῖται, διὰ τὸ μᾶλλον τοῖς σώμασι φαίνεσθαι τὸν εἱρμόν· περὶ ἣν καὶ ἡ Μαθηματικὴ εὕρηται τέχνη. Τὸ μὲν οὖν μὴ μόνον ἐκ Θεῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν θείων σωμάτων διοικεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα, καὶ μάλιςα τὴν σωματικὴν φύσιν, εὔλογόν τε ἐςὶ καὶ ἀληθές. καὶ διὰ τοῦτο ὑγίειάν τε καὶ νόσον, εὐτυχίας τὲ καὶ δυςυχίας κατ' ἀξίαν ἐκεῖθεν γίνεσθαι, ὁ λόγος εὑρίσκει. τὸ δὲ ἀδικίας τε καὶ ἀσελγείας ἐκ τῆς Εἱμαρμένης διδόναι, ἡμᾶς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ Θεοὺς ποιεῖν ἔςι κακούς. εἰ μὴ ἄρα ἐκεῖνο λέγειν ἐθέλοι τὶς, ὡς ὅλως μὲν τῷ Κόσμῳ, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν ἐπ' [4] ἀγαθῷ γίνεται πάντα· τὸ δὲ τραφῆναι κακῶς, ἢ τὴν φύσιν ἀσθενεςέρως ἔχειν τὰ παρὰ τῆς Εἱμαρμένης ἀγαθὰ εἰς τὸ χεῖρον μεταβάλλει. ὥσπερ τὸν [5] ἥλιον ἀγαθὸν ὄντα πᾶσι, τοῖς ὀφθαλμιῶσιν, ἢ πυρέσσουσι βλαβερὸν εἶναι συμβαίνει. διατί γὰρ Μασσαγέται μὲν τοὺς πατέρας ἐσθίουσιν, Ἑβραῖοι δὲ περιτέμνονται, Πέρσαι δὲ τὴν εὐγένειαν σώζουσι; πῶς δὲ Κρόνον

τὲ

e *Fatum in corporibus*] *Anima enim ſupra Fatum Platoni in Tim vide Procl p. 321. qui pag. ſeq. prolixè Platonis de Fato ſententiam explicat, & Chalcid. p. 235. cum ſequentibus.*

3 εἱμαρμένη — Jambl. apud Stobæum p. 204. Alexander Aphrod l. 2. de Anima ex Theophraſti Calliſthene idem teſtatur. egregia ſunt quæ ex Origene adfert Euſebius Præp. 6. V. Lipſium Philoſ. Stoicâ. Menagium ad Laertium p. 188.

4 hanc ſententiam Jamblichus pluribus locis explicat ut Segm. 1. c. 18. Segm. 2. c 4, 5, 6, &c.

5 apud Jambl. Segm. 1. c. 18.

τέ καὶ Ἄρην [6] κακοποιοὺς λέγοντες, πάλιν ποιοῦσιν ἀγαθοὺς, φιλοσοφίαν τὲ καὶ βασιλείαν, ϛρατηγίας τὲ καὶ θησαυροὺς εἰς ἐκείνους ἀνάγοντες; Εἰ δὲ τρίγωνα καὶ τετράγωνα λέξουσιν, ἄτοπον τὴν μὲν ἀνθρωπίνην ἀρετὴν πανταχοῦ τὴν αὐτὴν μένειν, τοὺς δὲ Θεοὺς ἐκ τῶν τόπων μεταβάλλεσθαι. τὸ δὲ καὶ πατέρων εὐγένειαν, ἢ δυσγένειαν προλέγειν, ὡς οὐ πάντα ποιούντων, τινὰ δὲ σημαινόντων μόνον τῶν ἀϛέρων διδάσκειν. Πῶς γὰρ ἂν τὰ πρὸ τῆς γενέσεως ἐκ τῆς γενέσεως γένοιτο; ὥσπερ τοίνυν Πρόνοια, καὶ Εἱμαρμένη ἐϛὶ, καὶ περὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, ἔϛι δὲ καὶ περὶ ἕκαϛον ἄνθρωπον· οὕτω καὶ Τύχη, περὶ ἧς καὶ λέγειν ἀκόλουθον. Ἡ τοίνυν τὰ διάφορα, καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα γινόμενα πρὸς ἀγαθὸν τάττουσα δύναμις τῶν Θεῶν, Τύχη νομίζεται. καὶ διὰ τοῦτο μάλιϛα κοινῇ τὰς πόλεις τὴν Θεὸν προσήκει τιμᾷν. πᾶσα γὰρ πόλις ἐκ διαφόρων πραγμάτων συνίϛαται. ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην δὲ

verò Saturnum, atque Martem maleficos pronunciantes, rurſus Philoſophiam, Regnum, rei militaris imperia, ac Theſauros ad illos deferentes, beneficos prædicant? Si [f] triangula, & quadrata afferant: abſurdum eſt, dum humana virtus ubicunque ſemper eadem perdurat, Deos ex locis immutari. At enim [g] parentum nobilitatem, aut ignobilitatem, prædicere, id ſtellas non omnia efficere, ſed nonnulla tantùm ſignificare docet. Quomodo enim quæ ante ortum ſunt, ex ipſo ortu fieri poterunt? Quemadmodum ergo Providentia, & Fatum circa nationes, & Urbes, tum etiam circa quemlibet hominem eſt; ita & [h] Fortuna, de quâ ſermonem habere ſeries orationis poſtulat. Igitur diverſa, ac præter expectationem accidentia ad bonum vis Deorum diſponens, Fortuna exiſtimatur; ideóque potiſſimùm Urbes hanc Deam honoribus afficere generatim universéque addecet. Quælibet enim Urbs ex diverſis rebus coaleſcit. Ea ſub Lunâ poteſtatem exercet;

τὴν

f *Si triangula] Plotin. Enn. 2. l. 3. cap. 3. hanc Aſtrologorum opinionem confutat, ut & Enn. 3. l. 1. c. 6. cœleſtia ex ſitu, aut adſpectuum diverſitate haudquaquam variari docet.*

g *Parentum nobilitatem] ſic Origenes apud Euſeb. Præp. Evang. lib. 6. pag. 291. & apud Philopon. in Hexa. l. 4. c. 19. & Chalcid. in Tim. p. 218. Plotin. Enn. 2. l. 3. c. 14. & Enn. 3. l. 1. c. 5.*

h *Fortuna] Proclus in Timæum pag. 59. Chalcid. pag. 249.*

6 κακοποιὺς —— hanc Genethliaologorum opinionem Jamblichus exagitat Segm. 1 cap. 18. Cæterùm de providentia Hieroclis fragmenta extant. laudatur quoque in hoc argumento Alexander Aphrodiſienſis à Cyrillo contra Julianum; penes me eſt fragmentum ejuſdem Alex. eâ de re Græcè nondum editum.

i *Si*

quando ſuper Lunam nihil omninò fortuitò accidit. At ſi [i] mali proſpero Fortunæ flatu utantur, probi inopiâ rerum laborent, admirandum haud eſt: illi enim maximi, hi nihili divitias æſtimant; & à malis quidem res proſperæ nihil unquam auferent de pravitate: probis ſola virtus ſuffecerit.

τὴν δύναμιν ἔχει. ἐπειδὴ ὑπὲρ σελήνην ὀυδὲ ἓν ἐκ Τύχης ἂν γένοιτο. Ἐι δὲ κακοὶ μὲν ἐυτυχοῦσιν, ἀγαθοὶ δὲ πένονται, θαυμάζειν οὐ δεῖ. οἱ μὲν γὰρ πάντα, οἱ δὲ ὀυδενὸς πλοῦτον ποιοῦσι. καὶ τῶν μὲν κακῶν ἡ ἐυτυχία, ὀυκ ἂν ἀφέλοι τὴν κακίαν, τοῖς δὲ ἀγαθοῖς ἡ ἀρετὴ μόνον ἀρέσκει.

i *Si malis proſpera Fortuna*] *Plotin. Enn.* 3. *l.* 2. *cap.* 6. 7. & 15.

CAP. X.

De Virtute, & Vitio.

DE [a] Virtute autem, & Vitio ſermones, eos quos de animo habuimus, rurſus expoſcunt. Namque dum rationis vacuus animus in ipſis corporibus iram ſtatim, ac cupidinem procreat, rationis particeps eorum præſes, tripartitum animum ex ratione, irâ, atque cupidine facit. Virtus autem rationis eſt prudentia, iræ fortitudo, cupidinis temperantia, & totius animi juſtitia: oportet ſiquidem rationem ea, quæ addecent dijudicare; iram rationis audientem, quæ videntur horribilia contemnere; cupidinem non quod volupe apparet, ſed quod cum ratione eſt, ſequi. Hæc dum ita ſe habent, vivendi ratio juſta evadit: etenim circa pe-

ΚΕΦ. ί.

Περὶ Ἀρετῆς, καὶ Κακίας.

ΟἹ δὲ περὶ τῆς Ἀρετῆς καὶ Κακίας λόγοι πάλιν τῶν περὶ Ψυχῆς δέονται. Τῆς γὰρ ἀλόγου ἰούσης εἰς τὰ σώματα, καὶ θυμὸν ἐυθὺς, καὶ ἐπιθυμίαν ποιούσης, ἡ λογικὴ τούτοις ἐφεστηκυία, τριμερῆ ποιεῖ τὴν ψυχὴν, ἐκ λόγου, καὶ θυμοῦ, καὶ ἐπιθυμίας. Ἀρετὴ δὲ, λόγου μὲν φρόνησις, θυμοῦ δὲ ἀνδρεία, ἐπιθυμίας δὲ σωφροσύνη, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνη. Δεῖ γὰρ τὸν λόγον κρίνειν τὰ δέοντα, τὸν δὲ θυμὸν λόγῳ πειθόμενον τῶν δοκούντων δεινῶν καταφρονεῖν, τὴν δὲ ἐπιθυμίαν μὴ τὸ φαινόμενον ἡδὺ, ἀλλὰ τὸ μετὰ λόγου διώκειν. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ὁ βίος γίνεται δίκαιος· [1] ἡ γὰρ περὶ χρήματα

a *De virtutibus*] *Inſignis diſſertatio* 32. *Procli in R. P. Plat. p.* 407. *vide & ipſum Plat. de R. P. l.* 4. *Alcinoum c.* 28. *& Apuleium l.* 1. *de dogm. Plat.*

1 Jambl. apud Stobæum lib. Ethic. Ecl. c. ultimo.

ματα δικαιοσύνη, μικρόν τι μέρος ἐςὶν Ἀρετῆς. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν μὲν τοῖς πεπαιδευμένοις, πάσας ἐςὶν ἰδεῖν, ἐν δὲ τοῖς ἀπαιδεύτοις, ὁ μὲν ἐςιν ἀνδρεῖος, καὶ ἄδικος· ὁ δὲ σώφρων, καὶ ἀνόητος· ὁ δὲ φρόνιμος, καὶ ἀκόλαςος· ὥσπερ οὐδὲ ἀρετὰς προσήκει καλεῖν, λόγου τε ἐςερημένας, καὶ ἀτελεῖς οὔσας, καὶ τῶν ἀλόγων τισὶ παραγινομένας. Ἡ δὲ Κακία ἐκ τῶν ἐναντίων θεωρείσθω· λόγου μὲν ἄνοια, θυμοῦ δὲ δειλία, ἐπιθυμίας δὲ ἀκολασία, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἀδικία. Γίνονται δὲ αἱ μὲν Ἀρεταὶ ἐκ πολιτείας ὀρθῆς, καὶ τοῦ τραφῆναι καλῶς, καὶ παιδευθῆναι. αἱ δὲ Κακίαι ἐκ τῶν ἐναντίων.

cunias juſtitia, pars eſt puſilla virtutis; ideóque in catis, eruditiſque hominibus omnes aſpicies; in ignaris, atque incultis, hic fortis eſt, & injuſtus; alius temperans, & mente captus; ille prudens, & intemperans: quas quidem neque virtutes meritò dixeris, dum ratione deſtituuntur, nec partibus ſuis abſolutæ ſunt, & in animantibus etiam rationis expertibus illuceſcunt. Vitium ex oppoſitis conſideratur; rationis inſipientia, iræ pavor, cupidinis intemperantia, totius denique animi injuſtitia. [b] Naſcuntur porrò Virtutes ex rectâ vivendi ratione, rectâque educatione, ac inſtitutione: Vitia ex contrariis.

b *Naſcuntur virtutes ex rectâ vivendi*] *ad virtutis acquiſitionem plurimum conferre, ut in Rep. bonis legibus inſtructâ quis naſcatur, cum Pythagorâ & Platonis ſchola cenſet Salluſtius: quam in rem vide inſignem Hippodami Pythagorei locum ex lib. de felicit. apud Stobæum ſerm.* 101. *ubi virtutem, & felicitatem ab hac Eunomiâ, ut vocat, pendere docet: hac illi cornu Amaltheæ, unde bona omnia in vitam promanant. Timæum quoque hoc nomine laudat Plato, quòd in tali Civitate natus. vide Procl. in Tim. l.* 1. *p.* 22.

ΚΕΦ. ιά.

Περὶ ὀρθῆς Πολιτείας, καὶ φαύλης.

Καὶ αἱ Πολιτεῖαι δὲ κατὰ τὴν τριμέρειαν γίνονται τῆς ψυχῆς. ἐοίκασι γὰρ οἱ μὲν ἄρχοντες τῷ λόγῳ, οἱ δὲ ςρατιῶται τῷ θυμῷ,

CAP. XI.

De probâ, improbáque Republicâ.

[a] Rerum autem publicarum formæ ex tripartito animo comparantur. Namque qui principatum obtinent, rationi aſſimilantur; milites iræ; ple-

a *Rerump. formæ*] *Procl. in Tim. lib.* 1. *pag.* 11. *& Chalcid. p.* 326. *& ipſe Plato lib.* 4. *de R. P. & principio lib.* 8. *vide & Plotinum. En.* 4. *l.* 4. *c.* 17. *p.* 410. *ubi egregiè ad animum transfert.*

a *Unde*

bes cupiditatibus. Ubi ergò ex ratione cuncta peraguntur, & omnium optimus imperat, Regnum oritur: ubi ex ratione & irâ uno plures dominantur, optimorum dominium eſt: ubi ex cupidine gubernantur, & honores commodorum intuitu deferuntur, hæc Reſpublica Timocratia vocatur. Contraria verò Regno Tyrannis; illa enim ex ratione omnia; hæc nihil ex ratione perficit. Optimatum dominio paucorum dominium; quòd non optimi quique ſed pauci, iique peſſimi gubernant. Timocratiæ Democratia; quòd non qui facultatibus præcellunt, ſed multitudo omnia ad nutum moderatur.

θυμῷ, οἱ δὲ δῆμοι ταῖς ἐπιθυμίαις. Καὶ ὅπου μὲν κατὰ λόγον πράττεται πάντα, καὶ ὁ πάντων ἄριϛος ἄρχει, Βασιλεία γίνεται· ὅπου δὲ κατὰ λόγον τε καὶ θυμὸν πλείους ἑνὸς ἄρχουσιν, Ἀριϛοκρατίαν εἶναι συμβαίνει· ὅπου δὲ κατὰ ἐπιθυμίαν πολιτεύονται, καὶ αἱ τιμαὶ πρὸς τὰ χρήσιμα γίνονται, Τιμοκρατία ἡ τοιαύτη πολιτεία καλεῖται. ἐναντία δὲ, Βασιλείᾳ μὲν Τυραννίς· ἡ μὲν γὰρ μετὰ λόγου πάντως, ἡ δὲ οὐδὲν κατὰ λόγον ποιεῖ. Ἀριϛοκρατίᾳ δὲ Ὀλιγαρχία· ὅτι οὐχ οἱ ἄριϛοι, ἀλλ' ὀλίγοι κάκιϛοι ἄρχουσιν. Τιμοκρατίᾳ δὲ Δημοκρατία, ὅτι οὐχ οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες, ἀλλ' ὁ δῆμος κύριός ἐϛι πάντων.

Cap. XII.

[a] *Unde mala oriantur: & mali naturam nullam eſſe.*

Sed quanam ratione cùm Dii boni ſint, omniaque ipſi operentur, mala ſunt in Mundo? Aut primùm id dicere de-

ΚΕΦ. ιβ΄.

[1] Πόθεν τὰ κακά· καὶ ὅτι κακοῦ φύσις οὐκ ἔϛιν.

Ἀλλὰ πῶς Θεῶν ἀγαθῶν ὄντων, καὶ πάντα ποιούντων, τὰ κακὰ ἐν τῷ Κόσμῳ; ἢ πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο ῥητέον, ὅτι

a *Unde mala*] *Procl. in Tim. pag.* 113. *Jambl. Theol. Æg. ſeg.* 4. *cap.* 6. 7. 8. 9. *&* 10. *Max. Tyr. diſſ.* 25. *Dionyſ. Areop. div. nom. c.* 4.

1 πόθεν τὰ κακά. De hac quæſtione egêre Porphyrius, Jamblichus in l. de Myſteriis, Julianus, Theophraſtus in *Metaph.* Simplicius in Epictetum. ex noſtris Maximus, Origenes, Methodius, Theodoretus, *Æneas* Gaz. Nemeſius, Auguſtinus, Lollinus Alloyſius, Mericus Caſaubonus, & quotquot περὶ ἀρχῶν & ὕλης ſcripsêre. Nota autem quod idem opus ſit, quod Maximo, Origeni, & Methodio tribuitur. Ego verò Maximi eſſe puto, fretus Euſebii & Hieronymi teſtimonio; nam Dialogi de fide (in quibus bona

ὅτι Θεῶν ἀγαθῶν ὄντων, καὶ πάντα ποιούντων, κακοῦ φύσις οὐκ ἔστιν, ἀπουσίᾳ δὲ ἀγαθοῦ γίνεται. ὥσπερ καὶ σκότος αὐτὸ μὲν οὐκ ἔστιν, ἀπουσίᾳ δὲ φωτὸς γίνεται. ἀνάγκη δὲ εἴ περ ἔστιν, ἢ ἐν Θεοῖς εἶναι, ἢ νοῖς, ἢ ψυχαῖς, ἢ σώμασιν. ἀλλ' ἐν μὲν Θεοῖς οὐκ ἔστιν· ἐπειδὴ πᾶς Θεὸς ἀγαθός. εἰ δὲ νοῦν τις φησὶ κακὸν, νοῦν ἀνόητον λέγει· εἰ δὲ ψυχὴν, χείρονα ποιήσει σώματος· πᾶν γὰρ σῶμα καθ' ἑαυτὸ κακίαν οὐκ ἔχει. εἰ δὲ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἄλογον, κεχωρισμένα μὲν μὴ εἶναι κακὰ, συνελθόντα δὲ κακίαν ποιεῖν. Εἰ δὲ Δαίμονάς τις λέγει [2] κακοὺς, εἰ μὲν ἐκ Θεῶν τὴν δύναμιν ἔχουσιν, οὐκ ἂν εἶεν κακοί· εἰ δὲ ἀλλαχόθεν, οὐ πάντα ποιοῦσιν οἱ Θεοί. Εἰ δὲ μὴ πάντα ποιοῦσιν, ἢ βουλόμενοι οὐ δύνανται, ἢ δυνάμενοι οὐ βούλονται·

bemus, cùm Dii boni ſint, & omnia perficiant, mali naturam haud eſſe, ſed boni abſentiâ adeſſe; quemadmodum tenebræ ex ſe ipſæ nullæ ſunt, ſed carentiâ luminis procreantur. Quòd ſi daretur, neceſſariò aut in Diis, aut in mentibus, aut in animis, aut corporibus eſſet. At in Diis non eſt; cùm Deus quilibet bonus ſit. Quod ſi quis mentem diceret malam, mentem abſque mente fateretur: ſi animum, corpore deteriorem animum affirmaret: nullum namque corpus in ſe malum habet: ſi ex corpore & animo aſſeverârit; abſonum erit, quæ ſeparata mala non ſunt, ipſa coitione mala fieri dicere. Porrò ſi quiſpiam [b] Dæmonas malos fateretur, illi, ſi à Diis vires ſumunt, mali non erunt; ſi aliunde, non omnia ergò Dii producunt. Quòd ſi non omnia producunt, aut volentibus vires non ſuppetunt; aut cùm

ὧν οὐ-

ejus pars continetur) non videntur eſſe Origenis; & quod ad Methodium ſpectat (cui id Photius tribuit) ait Valeſius multa in Photio, non eſſe Photii.

b *Dæmones mali*] *Ita non ſolùm Chriſtiani, ſed & Porphyrius apud Proclum in Timæum l. 1. p. 24. & 53. ſed in primis vide Euſebium Præp. Evang. l. 4. c. 15. &c. & 22. & 23. tum quoque Jamb. de Ægypt. Theol. ſeg 3. c. 32. & ſeg. 4. cap. 7. & Dionyſ. Areop. div. nom. c. 4. ſect. 18. & 23.*

2 Δαίμονας κακούς. quod ſint mali fatentur omnes; φύσει malos Chaldæi apud Plutarchum de Iſide, & Damaſcium; eorúmque principem Arimanium ſtatuunt: ex Chaldæorum mente Jamblichus Segm. 3. c. 31. Δαίμονας πονηροὺς ἀντὶ θεῶν εἰσκρίνοντα, οὓς δὴ καὶ καλοῦσιν ἀντιθέους, & alibi. V. Origenem περὶ ἀρχῶν. Eorum lapſum & pœnas videtur Empedocles agnoviſſe, apud Plutarchum,

Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
Πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐς αὖθις
Ἠελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἴθερος ἔμβαλε δίναις.
Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.

Jambl. Segm 2. c. 7. inter malos dæmonas quoſdam τιμωροὺς ponit, dicitque in apparitionibus τὰ εἴδη τῶν τιμωρειῶν ἐμφαίνειν; & animæ ἀποκεκαθαρμένης πύρινον εἶναι τύπον.

c *Circ.*

facultas adeſt, nolunt. Sed neutrum Deo convenit. Nihil itaque in mundo naturâ malum eſſe ex his facilè deprehendes. Verùm [c] circa hominum, eorúmque non omnium operationes, nec ſemper mala videntur. Quòd ſi propter ipſum malum homines delinquerent, ipſa utique natura mala eſſet; ſed cùm adulterans, adulterium quidem malum, voluptatem bonam; homicida, cædem quidem malam, ſed pecunias bonas exiſtimat; & qui perniciem hoſtibus affert, perniciem quidem afferre malum, ulciſci verò inimicum bonum, & hâc ratione animus delinquit; [d] bonitatis ergò cauſâ mala ſubſequuntur, quemadmodum, dum lumen abeſt, tenebræ, quæ naturâ nullæ ſunt, irrepunt. Delinquit ergò animus, quia bonum appetit, ſed circa bonum aberrat, quòd prima eſſentia non eſt. Sed ne aberret, & ſi aberrârit, adhibitis remediis reſipiſcat, plurima Deos machinari deprehendes. Etenim artes, ſcientiæ, diſciplinæ, virtutes, precationes, ſacrificia, ceremoniæ, leges, rerum publicarum inſtitutiones, judicia, & punitiones ad impediendos animos, ne delinquant, inventæ ſunt; & corpore egreſſos Dii expiatores, ac Dæmones à ſceleribus purgant.

ὧν οὐδέτερον πρέπει Θεῷ. Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἐν τῷ Κόσμῳ φύσει κακὸν, ἐκ τούτων ἐςὶν ἰδεῖν. Περὶ δὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐνεργείας, καὶ τούτων οὐ πάντων, οὐδὲ ἀεὶ φαίνεται τὰ κακά. Ταῦτα δὲ εἰ μὲν δι' αὐτὸ τὸ κακὸν ἡμάρτανον ἄνθρωποι, αὐτὴ ἂν ἦν ἡ φύσις κακή· εἰ δὲ ὁ μὲν μοιχεύων, τὴν μὲν μοιχείαν ἡγεῖται κακὸν, τὴν δὲ ἡδονὴν ἀγαθόν· ὁ δὲ φονεύων, τὸν μὲν φόνον ἡγεῖται κακὸν, τὰ δὲ χρήματα ἀγαθά· ὁ δὲ ἐχθρὸν κακῶς ποιῶν, τὸ μὲν κακῶς ποιῆσαι, κακὸν, τὸ δὲ τὸν ἐχθρὸν ἀμύνασθαι, ἀγαθόν. καὶ πάντα οὕτως ἁμαρτάνει ψυχὴ, καὶ δι' ἀγαθότητα γίνεται τὰ κακά· ὥσπερ διὰ τὸ φῶς μὴ εἶναι, γίνεται σκότος φύσει μὴ ὄν. ἁμαρτάνει μὲν οὖν ψυχὴ, ὅτι ἐφίεται ἀγαθοῦ· πλανᾶται δὲ περὶ τὸ ἀγαθὸν, ὅτι μὴ πρώτη ἐςὶν οὐσία. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ πλανᾶσθαι, καὶ πλανηθεῖσαν θεραπεύεσθαι, πολλὰ παρὰ Θεῶν γινόμενα ἐςιν ἰδεῖν. καὶ γὰρ Τέχναι, καὶ Ἐπιςῆμαι, καὶ Ἀρεταὶ, Εὐχαί τε, καὶ Θυσίαι, καὶ Τελεταὶ, Νόμοι τε, καὶ Πολιτεῖαι, Δίκαι τε, καὶ Κολάσεις, διὰ τὸ κωλύειν ψυχὰς ἁμαρτάνειν ἐγένοντο· καὶ τοῦ σώματος ἐξελθούσας Θεοὶ καθάρσιοι, καὶ Δαίμονες τῶν ἁμαρτημάτων καθαίρουσι.

ΚΕΦ.

c *Circa hominum operationes*] *Proclus in Timæum p. 116. Plotin. Enn. 3. l. 2. cap. ult. malis hiſtrionibus homines comparat.*

d *Bonitatis cauſâ malum*] *Plotin. Enn. 3. l. 3. c. 4. pag. 258. Dionyſ. Areop. div. nom. c. 4.*

ΚΕΦ. ιγ'.

Πῶς τὰ ἀΐδια λέγεται γίγνεσθαι.

ΠΕρὶ μὲν οὖν Θεῶν, καὶ Κόσμου, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τοῖς μήτε διὰ φιλοσοφίας ἀχθῆναι δυναμένοις, μηδὲ τὰς ψυχὰς ἀνιάτοις, ἀρκέσει ταῦτα. [1] Περὶ δὲ τοῦ μὴ γενέσθαι ταῦτα ποτέ, μηδὲ ἀλλήλων χωρίζεσθαι, λείπεται λέγειν· ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς λόγοις ὑπὸ τῶν πρώτων τὰ δεύτερα εἴπομεν γίνεσθαι. Πᾶν τὸ γινόμενον, ἢ τέχνῃ, ἢ φύσει, ἢ κατὰ δύναμιν γίνεται. τὰ μὲν οὖν κατὰ τέχνην, ἢ φύσιν ποιοῦντα, πρότερα εἶναι τῶν ποιουμένων ἀνάγκη· τὰ δὲ κατὰ δύναμιν μεθ' ἑαυτῶν συνίστησι τὰ γινόμενα· ἐπειδὴ καὶ τὴν δύναμιν ἀχώριστον ἔχει. ὥσπερ δὴ ἥλιος μὲν φῶς, πῦρ δὲ θερμότητα, χιὼν δὲ ψυχρότητα. εἰ μὲν οὖν τέχνῃ τὸν Κόσμον ποιοῦσι Θεοί, οὐ τὸ εἶναι, τὸ δὲ τοιόνδε εἶναι ποιοῦσι. πᾶσα γὰρ τέχνη τὸ εἶδος ποιεῖ. πόθεν οὖν τὸ εἶναι τῷ Κόσμῳ; εἰ δὲ φύσει, πῶς τὸ φύσει ποιοῦν, ἑαυτοῦ τι δίδωσι τῷ γινομένῳ; ἀσωμάτων δὲ τῶν Θεῶν ὄντων, ἐχρῆν καὶ τὸν Κόσμον ἀσώματον εἶναι. Εἰ δὲ τοὺς Θεοὺς σώματα λέγοι τὶς, πόθεν τῶν ἀσωμάτων ἡ δύναμις; εἰ δὲ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, φθειρομένου τοῦ Κόσμου τὸν ποιήσαντα

CAP. XIII.

Quonam modo ſempiterna fieri dicantur.

DE Diis itaque, & Mundo, & rebus humanis iis, qui per Philoſophiam ſublevari non poſſunt, nec immedicabiles animis ſunt, hæc ſufficiant. Hæc autem nunquam fuiſſe facta, neque à ſeipſis ſeparari, reliquum eſt ut dicamus: quandoquidem nos ipſi ſuprà diximus, à primis ſecunda procreari. Omne quod fit, aut arte, aut naturâ, aut facultate quadam fit. Quæ igitur arte, aut naturâ operantur, ea præcedere, quæ efficiuntur, neceſſe eſt; quæ facultate, res ipſas unâ ſecum producunt; quandoquidem facultatem, quæ ſeparari nequit, ſecum habent; veluti ſol lumen, ignis caliditatem, nix frigiditatem. Si itaque arte Mundum Dii producunt, non ut ſit, ſed ut talis ſit, efficiunt. Nam quælibet ars ſpeciem edit. Undénam ergo Mundo, ut ſit? Quod ſi naturâ; quomodo quod naturâ agit, ex ſemetipſo aliquid rei effectæ impartitur? & cùm Dii incorporei ſint, oportebat & Mundum incorporeum eſſe. Quòd ſiquis Deos corporeos dixerit, undénam incorporeorum facultas? Et ſi id concederemus; corrupto Mun-

1 περὶ ϡ τῶν. l. τοῦ ——

a Dii

Quam enim rationem vertex habet ad hominem, eam & cacumen ad montem: & quam corona ad eum cui imponitur, eandem & mare ad inſulam habet. Porrò affinibus pro propriis nominibus utens, orationem non ſolùm ſpecioſiorem, verumetiam evidentiorem facit.

Sunt autem variæ apud eum metaphoræ, quædam ab animatis ad animata; ut, Cæruleæ navis ſic eſt auriga locutus. pro eo quod eſt, navita. Item, Ivit ad Atriden paſtorem mox populorum. pro eo quod eſt, regem. Aliæ autem ab animatis ad inanimata; ut, Sub extremum Idæ pedem, hoc eſt, radices. Item, ubertas agri, id eſt, fertilitas. Aliæ contrà ab inanimatis ad animata; veluti, ferreum profectò pectus, id eſt, durum. Poſtremò ab inanimatis ad inanimata, ut ſemen ignis ſervans, hoc eſt, generationi idoneam originem. Porrò ſicuti nominum, ita & verborum tranſlationes apud eum ſunt, ut, Littora namque boant, feriente ſalo, atque procellis. Pro ſonant.

Ἕτερος

Alius deinde tropus (quæ tranſumptio vocatur) fit, quando per cognominationem res diverſa ſignificatur; ut, Inde velocibus inſulis immiſit abunde. Inſulas enim, quæ propriè appellantur magnificæ, ſignificare vult. Ejuſdem namque ſignificantiæ utraque vox Græcis eſt. Acutum namque illis non ſolùm velocitatem motus ſignificat, ſed etiam figuratè id, quod ſubtiliter factum eſt. Iſtiuſmodi & hoc eſt, Ego autem feſtinans aſtiti.

Alius tropus Intellectio vocatur, quando ex eo, quod propriè ſignificatur, aliud quiddam ejuſdem generis intelligitur. eſtque ſimili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus; ut, ad murum bene ſtructum boves torridos. Boum namque appellatione, corium, ex quo ſcuta fieri ſolent, innuere vult. Aut ex parte totum; ut, hujuſmodi autem caput deſidero. Siquidem voce capitis, totum hominem ſignificat. Et quando pro pulchra, candidis ulnis præditam, & pro bene armatis, bene ocreatos dicit. Aut ab uno multa; ut quando ita de ſolo Ulyſſe dicit, Poſtquàm ſacrum Troiæ oppidum devaſtavit. Neque enim ille ſolus, ſed unà cum aliis Græcis Troiam evertit. Contrà ex multis unum; ut pectora jucunda, pro pectus. Præterea ex ſpecie genus; ut, marmore aſpero jacto. Marmor

Ἕτερος τρόπος ἐςὶν ἡ καλουμένη μετάληψις, κατὰ συνωνυμίαν σημαίνουσα πρᾶγμα διάφορον. οἷον, Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι. βούλεται γὰρ σημῆναι τὰς κυρίως ὀξείας λεγομένας νήσους· ἐπεὶ συνωνυμεῖ τὸ θοὸν τῷ ὀξεῖ. ὀξὺ δὲ οὐ μόνον τὸ κατὰ κίνησιν ταχύ ἐςιν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ σχῆμα προηγούμενον εἰς λεπτότητα. τοιοῦτόν ἐςι καὶ τὸ, --- ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραςάς.

Ἄλλος τρόπος συνεκδοχὴ λεγομένη, ἀπὸ τοῦ κυρίως σημαινομένου ἕτερόν τι τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ὄντων παριςῶσα. καὶ ἔςιν ὁμοίως ὁ τρόπος οὗτος ποικίλος· ἐκδεχόμεθα γὰρ ἤτοι ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος, οἷον --- πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὔας· ἀπὸ γὰρ τῶν βοῶν, τὰς βύρσας, ἐξ ὧν ἀσπίδες, δηλοῦν βούλεται. ἢ ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον· οἷον, τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω. ἀπὸ γὰρ τῆς κεφαλῆς τὸν ἄνδρα σημαίνει. καὶ ὅταν λέγῃ λευκώλενον τὴν καλὴν, καὶ ἐϋκνήμιδας, τοὺς εὐόπλους. ἢ ἀπὸ ἑνὸς τὰ πολλὰ, ὡς ὅταν εἴπῃ ἐπὶ τοῦ ὀδυσσέως, --- ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν. οὐ γὰρ μόνος, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις ἕλλησι τὴν τροίαν ἐπόρθησεν. ἀπὸ δὲ τῶν πολλῶν, τὸ ἕν· οἷον, σήθεά θ' ἱμερόεντα, τουτέςι τὸ ςῆθος. ἀπὸ δὲ εἴδους γένος, μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλών. εἶδος γὰρ λίθου ὁ μάρ-

ὁ μάρμαρος. ἀπὸ δὲ γένους τὸ εἶδος, οἷον, Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι. καὶ γὰρ οὐ πάντας, ἀλλὰ τοὺς μαντικοὺς ὄρνιθας εἰπεῖν βούλεται. ἀπὸ δὲ τῶν παρεπομένων τὴν πρᾶξιν, οἷον, Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν. ἀπὸ γὰρ τοῦ τόξου τὴν περὶ τὸ τόξον ἐμπειρίαν δηλοῖ. καὶ, Ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ. καὶ, Οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγόν. ἀπὸ γὰρ τοῦ συμβαίνοντος, ἐπὶ μὲν τοῦ προτέρου, τὸ ἤλαυνον, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, τὸ ἔτρεχον δηλοῖ. ἀπὸ δὲ τοῦ προηγουμένου τὸ ἀκόλουθον, λῦσε δὲ παρθενικὴν ζώνην. ἀκολουθεῖ γὰρ τούτῳ τὸ διεκόρευσεν. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκολούθου, τὸ προηγούμενον· ὡς ὅταν ἐναρίζειν λέγῃ τὸ φονεύειν, ἀντὶ τοῦ σκυλεύειν.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τρόπος ἡ μετωνυμία, λέξις ἐπ' ἄλλου κυρίως κειμένη, ἄλλο δὲ κατὰ ἀναφορὰν σημαίνουσα. οἷον ἐστι παρ' αὐτῷ, Ἦμος ὅτ' αἰζηοὶ δημήτερα βωλοτομεῦσι. τὸν γὰρ πύρινον καρπὸν δηλοῖ, ἀπὸ τῆς εὑρούσης δήμητρος ὀνομάσας. καὶ ὅταν εἴπῃ, Σπλάγχνα δ' ἄρ' ἐμπείραντες, ὑπείρεχον ἡφαίστοιο. ἐν γὰρ τῷ τοῦ ἡφαίστου ὀνόματι, τὸ πῦρ λέγει. ὅμοιον δὲ ἐστι τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο, — ὅς κεν ἐμῆς γε Χοίνικος ἅπτηται. λέγει γὰρ τὰ ἐμπεριεχόμενα ἐν τῇ χοίνικι.

namque ſaxi ſpecies eſt. Aut contrà ex genere ſpecies; ut, Noſcere aves, & idonea dicere multa roganti. Siquidem non quaſvis, ſed augurales tantùm aves dicere vult. Ad hæc ex adjunctis effectum rei; ut, Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo. Arcus enim nomine ſagittandi peritiam notat. &, Sedentes candidam reddebant aquam. &, Alii verò tota die ſandalii lorum movebant. Ex accidenti namque in priori exemplo, remigabant; in poſteriori autem, currebant, intelligi debet. Inſuper ex præcedenti conſequens; ut, Virgineam ſolvit zonam: ex eo namque ſequitur, quod vitiaverit. Contrà ex conſequenti præcedens; ut quando pro occidere dicit, exarmare, id eſt, ſpoliare.

Eſt autem & alius tropus Denominatio, quæ fit, quando vox de alia re poſita, aliud quiddam ſecundum relationem ſignificat; ut eſt apud eum, Aſt juvenes terræ Cererem concredere pergunt. Triticeum namque fructum deſignat, quem ſic ab inventrice Cerere denominavit. Et ubi ait, Viſcera Vulcanum ſuper, at transfixa tenebant. Vulcani namque voce ignem declarat. Porrò affine jam dictis & hoc eſt; Qui meam chœnicem attigerit: ea namque quæ in chœnice continentur, innuit.

ἔστι

Præterea & alius tropus, Pronominatio vocatur, & fit, quum epithetum, aut conſignificativum, pro proprio nomine accipitur; ut, Æacides Atriden rurſus voce petulca Increpuit. Per hæc enim Achillem, & Agamemnonem intelligit. Et rurſus, Sis animo fidens Tritonia, filia chara. Et in aliis, Phœbus intonſus; illic enim Minervam, hic verò Apollinem denotat.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τρόπος ἡ ἀντωνομασία, λέξις δι᾽ ἐπιθέτων, ἢ συσσήμων, ὄνομα ἴδιον σημαίνουσα· ὡς ἐν τούτῳ, Πηλείδης δ᾽ ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν Ἀτρείδην προσέειπε. δηλοῖ γὰρ διὰ τούτων τόν τε ἀχιλλέα, καὶ τὸν ἀγαμέμνονα. καὶ πάλιν, Θάρσει τριτογένεια, φίλον τέκος. καὶ ἐν ἄλλοις, Φοῖβος ἀκερσεκόμης· τὸ μὲν γὰρ, τὴν ἀθηνᾶν· τὸ δὲ, τὸν ἀπόλλωνα δηλοῖ.

Eſt & Antiphraſis, vox quæ contrarium, quàm præ ſe fert, ſignificat; ut in hoc, Hos ubi conſpexit, non eſt lætatus Achilles. Contrarium enim dicere vult, nempe quod his conſpectis indoluerit.

Ἐςι καὶ ἡ ἀντίφρασις λέξις, τὸ ἐναντίον ἢ τὸ παρακείμενον σημαίνουσα· ὡς ἐν τούτῳ, Οὐδ᾽ ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν ἀχιλλεύς· βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὸ ἐναντίον, ὅτι ἰδὼν αὐτοὺς ἐλυπήθη.

Eſt & Emphaſis, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit; ut, Aſt in equum deſcendentes, quem ſtruxerat Epeus. Dum enim inquit, deſcendebamus, equi magnitudinem declarat. Simile autem & illud eſt, Totus vero gladius ſanguine incaluit: per hoc enim majorem emphaſin oſtendit, quod ait enſem adeò ſanguine tinctum fuiſſe, ut incaluerit. Hujuſmodi quidem tropi (qui ſic vocantur) ab Homero ficti ſunt.

Ἐςι καὶ ἡ ἔμφασις, ἥπερ δι᾽ ὑπονοίας ἐπίτασιν τοῦ λεγομένου παρίςησιν· οἷον, Αὐτὰρ ὅτ᾽ εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, ὃν κάμ᾽ ἐπειός· ἐν γὰρ τῷ κατεβαίνομεν τὸ μέγεθος τοῦ ἵππου ἐμφαίνει. ὅμοιον δὲ κἀκεῖνο. Πᾶν δ᾽ ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι. καὶ γὰρ ἐν τούτῳ παρέχει μείζονα ἔμφασιν, ὡς βαπτισθέντος οὕτω τοῦ ξίφους, ὥς τε θερμανθῆναι. τοιοίδε μὲν οἱ τῶν λεγομένων τρόποι ὑπὸ ὁμήρου πεποιημένοι.

Videamus autem & conſtructionis mutationes, quæ figuræ appellantur, num & has Homerus primitus invenerit. Porrò figura eſt ſermo à communi conſuetudine recedens,

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς τῆς συντάξεως ἐκτροπὰς, τὰ καλούμενα σχήματα, εἰ καὶ ταῦτα πρῶτος ὅμηρος ὑπέδειξε. τὸ δὲ σχῆμα, ἐςὶ λόγος ἐξηλλαγμένος τοῦ ἐν ἔθει,

κατά τινα πλάσιν, κόσμου ἢ χρείας χάριν. κάλλος μὲν γὰρ τοῖς λόγοις περιτίθησι διὰ τῆς ποικιλίας, καὶ μεταβολῆς τοῦ λόγου, καὶ σεμνοτέραν ἀπεργάζεται τὴν φράσιν· χρείαν δὲ εἰς τὸ ἐξᾶραι, καὶ ἐπιτεῖναι τὰς ποιότητας καὶ δυνάμεις τῶν πραγμάτων.

Τῶν δὲ σχημάτων, τὰ μὲν κατὰ πλεονασμὸν ποιεῖ· ἐνίοτε μὲν διὰ τὸ μέτρον. (ὡς ἐν τούτῳ, Χρυσοῦ δὲ ϛήσας ὀδυσσεὺς δέκα πάντα τάλαντα· τὸ γὰρ πάντα μηδὲν συντελοῦν ἔγκειται) ἔϛι δὲ ὅτε κόσμου χάριν, Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε μενοιτίου ἄλκιμος υἱός. τὸ γὰρ μάλα πλεονάζει κατὰ συνήθειαν ἀττικήν.

Ἄλλοτε δὲ διὰ πλειόνων λέξεων τὸ σημαινόμενον ἀποδίδωσιν, ὃ καλεῖται περίφρασις· ὡς ὅταν λέγῃ, υἷας ἀχαιῶν τοὺς ἀχαιούς· καὶ βίην ἡρακλείην, τὸν ἡρακλέα.

Καὶ τὰ τοιαῦτα δὲ κατὰ ἐναλλαγὴν σχηματίζει, τὴν εἰθισμένην τάξιν ἀναϛρέφων. καὶ ἤτοι ἐν μέσῳ λέξιν ἐντιθεὶς, ὃ καλεῖται ὑπερβατόν· ὡς ἐν τούτῳ, Αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς· ἀντὶ τοῦ, λέων ταῦρον κατεδηδώς. καὶ λέξιν μὲν οὕτως ὑπερβιβάζει. ἐνίοτε δὲ καὶ ὅλον λόγον· ὡς ἐν τούτῳ, --- ἀργεῖοι δὲ μέγ᾽ ἴαχον· ἀμφὶ δὲ

ornatus, ſeu utilitatis gratia, ſecundum quandam fictionem mutatus. Dicendi namque varietas, orationem non ſolùm venuſtiorem, ſed etiam ſtylum graviorem efficit. Utilis autem eſt, quod rerum & qualitatem ac vim extollit, intenditque.

Inter ſchemata autem pleonaſmo nonnunquam metri cauſa utitur; ut in hoc, Auri autem appendens Ulyſſes decem tota talenta; nam vox Tota nihil ad ſenſum faciens, adjicitur. Eſt etiam quando ornatus cauſa fit; ut, Certe admodum mortuus eſt Menœtii ſtrenuus filius, dictio namque Valde, Attica conſuetudine abundat.

Nonnunquam verò pluribus dictionibus ſignificatum refert; quæ figura Circuitio appellatur; ut, quum dicit, Filios Achivorum, pro Achivos; & vim Herculeam, id eſt, Herculem. Talia vero per mutationem figuratè dicit, dum conſuetam ſtructuram invertit. Et quidem dictionem in medio interponit, quæ figura Tranſgreſſio vocatur, ut in hoc, Haud ſecus atque leo de taurum paſcit obeſum. pro eo quod eſt, leo taurum devoravit, ac dictionem quidem ſic tranſgreditur. Aliquando vero totam orationem; ut in hoc, Filii Achivorum clamant, ac perſonat

omne Navigium, vocem dum tollit Achiva juventus, Applaudens verbis, quæ fecit divus Ulyſſes. Ordo namque eſt, Achivi multum clamabant, divini Ulyſſis orationem commendantes.

Ejuſdem ſpeciei figura eſt, quæ Interpoſitio vocatur; & fit, quando extrinſecus quædam nihil ad inſtitutum pertinentia interſeruntur, quæ & ſi quis eximat, tamen conſtructioni nihil decedit, ut eſt illud, Juro per hoc ſceptrum, quod nec folia ulla, nec ullos Ramos producet, poſtquam trunco illud ademptum, Floreſcet neque enim, quod ferrum raſit acutum. & cætera, quæ de ſceptro dicit. Tandem principio quadrans, infert, Certe olim cupiet Peliden turba Pelaſga.

Eſt autem apud eum & Pallilogia, hoc eſt, repetitio alicujus partis orationis, aut plurium dictionum, quæ repetuntur, quæ figura & Reduplicatio vocatur, ut eſt, Huic adverſus ero, quamvis ſit flammea dextra, Flammea dextra ſiet, vis ignea, denique ferri. Aliquando vero interſeruntur alia quædam, & eadem rurſus repetuntur, ut in hoc, Ille quidem Æthiopas adiit, procul inde colentes, Æthiopas didicit poſtremos hic populorum. Porrò figura hæc non ſolum dicentis affectum decla-

νῆες Σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ᾽ ἀχαιῶν, Μῦθον ἐπαινήσαντες ὀδυσσῆος θείοιο. τὸ δὲ ἑξῆς ἐστὶν, --- ἀργεῖοι δὲ μέγ᾽ ἴαχον μῦθον ἐπαινήσαντες ὀδυσσῆος θείοιο.

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ εἴδους ἔχεται καὶ ἡ καλουμένη παρεμβολὴ, ὅταν ἔξωθέν τινα μηδὲν προσήκοντα τοῖς προκειμένοις ἐμβάλληται, ἃ κἂν ἐξέλῃ τις, οὐδὲν τῆς συντάξεως ἀφαιρεῖ· οἷόν ἐστι, Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν, Οὐδ᾽ ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε. καὶ τὰ ἑξῆς, ὅσα περὶ τοῦ σκήπτρου λέγει· εἶτα ἐπιφέρει τὸ ἀκόλουθον τῇ ἀρχῇ, Ἦ ποτ᾽ ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας ἀχαιῶν.

Ἔστι παρ᾽ αὐτῷ καὶ ἡ παλλιλογία, ἐπανάληψις οὖσα μέρους τινὸς λόγου, ἢ πλειόνων λέξεων ἐπαναλαμβανομένων, ὃ καὶ ἀναδίπλωσις καλεῖται· οἷόν ἐστι, Τοῦ δ᾽ ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν· Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ. ποτὲ δὲ παρεντιθεμένων ἄλλων τινῶν, καὶ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀντιλαμβανομένων. ὡς ἐν τῷ· Ἀλλ᾽ ὁ μὲν αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ᾽ ἐόντας, Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. ἔστι δὲ τὸ σχῆμα κίνησιν ἐμφαί-

νον

νον τοῦ λέγοντος, καὶ ἅμα κινοῦν τὸν ἀκροατήν.

rat, ſed etiam auditorem movet.

Τοῦ αὐτοῦ γένους ἐςὶ καὶ ἡ ἐπαναφορὰ, ὅταν ἐν ἀρχῇ πλειόνων κώλων ταυτὸν μόριον ἐπαναλαμβάνηται· τούτου δὲ παράδειγμα παρὰ τῷ ποιητῇ, Νιρεὺς δ' αὖ σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐίσας, Νιρεὺς ἀγλαΐης υἱὸς, χαροποῖό τ' ἄνακτος, Νιρεὺς ὃς κάλλιςος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν. καὶ ἔςιν ὁμοίως τὸ σχῆμα οἰκειότατον κινήσεως καὶ εὐεπίας.

Ejuſdem generis eſt & Relatio, cum ab initio plurium membrorum eadem particula repetitur, cujus exemplum apud poëtam hoc eſt, Nireus deinde rates ex Syma tres agit æquas, Nireus Aglaiæ natus, Charopique potentis, Nireus, ad Troiam quo non formoſior alter. Eſtque ſimiliter & hæc figura affectui movendo, & ſuaviloquentiæ perquam familiaris.

Ἔςι παρ' αὐτῷ καὶ ἡ ἐπάνοδος, ἥπέρ ἐςιν ὅταν δύο πράγματα, καὶ ὀνόματα προτιθείς τις, μήπω τοῦ νοῦ πέρας ἔχοντος, ἐπανίῃ ἐφ' ἑκάτερον τῶν ὀνομάτων, ἀποδιδοὺς τὸ τῆς διανοίας ἐλλιπές· ὡς ἐν ἐκείνῳ, Ἄρης τε βροτολοιγὸς, ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα. Ἡ μὲν ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος. Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα. ἔργον δὲ τοῦ σχήματος, ποικιλία καὶ σαφήνεια.

Eſt præterea apud eum & Regreſſio, quæ fit, quando duas res & nomina proponens aliquis, ſenſu nondum finito, ad utrumque nominum redit, ac ſententiæ defectum complet, ut in illo, Mars homicida, dea & contentio litigioſa, Hæc etiam turbas ciet, ac hoſtilia multa, Ille autem manibus prægrandem concutit haſtam. Officium autem ſchematis iſtius eſt, orationem variegatam & perſpicuam reddere.

Ὑπάρχει δὲ ὁμοιοτέλευτον σχῆμα παρ' αὐτῷ, ἐν ᾧ τὰ κῶλα εἰς ὁμοίας τῶν ἤχων λέξεις τελευτᾷ, τὰς αὐτὰς συλλαβὰς ἐν τοῖς πέρασιν ἔχοντα, οἷόν ἐςι, Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν. καὶ ἐν ἐκείνῳ, Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτέ ποτ' ὄμβρῳ Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλ-

Ad hæc ſchema apud illum eſt, Similiter deſinens, in quo membra in dictiones ſono ſimiles deſinunt, eaſdemque in fine ſyllabas habent, ut eſt, Præſentem hoſpitio accipies, mittes abeuntem. Et in illo, Fertur olympus, ubi ſedes ſiet alta deorum, Nec vento, pluviæque ſiet penetrabilis unquam, Quem ſuper alta cadat nec nix, ſed lucidus aër Panditur, hunc itidem ſplendor ſuper e-

micat albus. Quando verò in nomina, quæ ſimiliter declinantur, periodi ſeu membra deſinunt, idque in eodem caſu fit; Similiter cadens propriè appellatur, ut eſt, Gens ut apum ſi quando frequens venit, atque cavernis Egreditur, ſemper veniente examine magno. Prædicta vero, & his ſimilia, multum gratiæ & voluptatis orationi addunt. Cæterum Homerus ſpecimen induſtriæ ſuæ circa compoſitionem dedit, quod ſæpenumero duabus etiam figuris in iiſdem verſibus eſt uſus, nempe Epanaphora, & Similiter deſinente, ut in illo, Belle quiſque acuat telum, bellè & ſibi ſcutum Ponat, & inde ſuis det pabula grata caballis.

Sub his illud ſchema continetur, quod Compar appellatur, fitque ex duobus, aut pluribus membris, pares inter ſe dictiones habentibus. Hujus verò Homerum primum authorem eſſe conſtat, dicit enim inter cætera, Veriti quidem ſunt abnuere, timuerunt autem ſuſcipere. Quod vero & hæc figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obſcurum eſt.

Porrò eandem gratiam & Agnominatio habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei ſimile, ſtatim modico ſpatio ſubjungitur, ut eſt, Non ſiquidem hoc valuit vali-

νάται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη. ὅταν δὲ εἰς ὀνόματα ὁμοίως κλινόμενα λήγωσιν αἱ περίοδοι, ἢ τὰ κῶλα, καὶ ταῦτα εἰς πτώσεις ὁμοίας, ὁμοιόπτωτον τοῦτο ἰδίως ὀνομάζεται. οἷόν ἐστιν, Ἠΰτ' ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων, Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων. τὰ δὲ εἰρημένα, καὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα, προστίθησι τῷ λόγῳ χάριν καὶ ἡδονήν. δεῖγμα δὲ τῆς περὶ σύνθεσιν φιλοτεχνίας, ὅτι καὶ πολλάκις καὶ δυσὶ σχήμασιν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔπεσι κέχρηται, τῇ τε ἐπαναφορᾷ καὶ τῷ ὁμοιοτελεύτῳ, ὡς ἐν ἐκείνῳ, Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω. Εὖ δέ τις ἵπποισι δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

Τούτων ἔχεται κἀκεῖνο τὸ σχῆμα τὸ καλούμενον πάρισον. ὃ γίνεται ἐκ δυοῖν, ἢ πλειόνων κώλων, ἴσας ἀλλήλαις τὰς λέξεις ἐχόντων. καὶ τοῦτο δὲ πρῶτος Ὅμηρος ἐποίησεν, εἰπὼν, Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. καὶ πάλιν, Μηνιθμὸν μὲν ἀπορρῖψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι. καὶ τοῦτο δὲ ὅτι πολὺν ἔχει τῆς φράσεως κόσμον, εὔδηλον.

Τῆς δὲ ὁμοίας χάριτος ἔχεται καὶ ἡ παρονομασία, ὅταν παρὰ τὸ προκείμενον ἕτερον ὄνομα ἐμφερὲς τεθῇ εὐθὺς κατὰ σύμμετρον διάστημα· οἷόν ἐστιν, Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατε-

ρὸς

ρος λυκόεργος. καὶ ἐν ἄλλῳ, Τῶν ἤτοι πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

Καὶ τὰ μὲν προειρημένα, ἤτοι κατὰ πλεονασμὸν, ἢ κατά τινα ποιὰν πλάσιν σχηματίζεται· ἄλλα δὲ κατὰ ἔνδειαν λέξεως. ὧν ἐστιν ἡ καλουμένη ἔλλειψις, ὅταν καὶ ἄνευ τοῦ ῥηθῆναί τινα λέξιν, ἐκ τῶν προειρημένων ἡ διάνοια φαίνηται· οἷόν ἐστι, Δώδεκα δὲ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων, Πεζὸς δ' ἕνδεκα φημί. λείπει γὰρ τὸ ἀλαπάξαι, νοεῖται δὲ ἐκ τῶν προειρημένων. κἀκεῖνο δὲ λέγεται κατὰ ἔλλειψιν, Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. ἐνδεῖ γὰρ τὸ ἐστί. καὶ, Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος αἰνείαο. λείπει γὰρ τὸ πάρεστιν, ἢ συμβέβηκεν, ἤ τι τοιοῦτον.

Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἀσύνδετον, ὁπόταν ἐξαίρωνται οἱ σύνδεσμοι οἱ συνδέοντες τὴν φράσιν· ὅπερ οὐ μόνον τάχους, ἀλλὰ καὶ ἐμφάσεως παθητικῆς χάριν γίνεται· οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο, Ἴομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμὰ φαίδιμ' ὀδυσσεῦ, Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα κίρκης. ἐν τούτοις γὰρ ὁ καὶ σύνδεσμος ἐξήρηται, τὸν τάχιστον τρόπον τῆς ἀπαγγελίας ζητοῦντος τοῦ λέγοντος.

Ἔστιν ἐν τοῖς σχήμασι καὶ τὸ καλούμενον ἀσύντακτον, ὃ καὶ ἀλλοίωσις καλεῖται, ἐπειδὰν ἡ

dus rex ille Lycurgus. Et in alio, Quis celer accelerans ductorem præbet amicum.

Cæterum prædicta aut per pleonaſmum, aut per alium quempiam ſchematiſmum figuratè dicuntur, alia vero juxta dictionis neceſſitatem. quorum è numero & hæc figura eſt, quæ defectus appellatur, quando (etiam omiſſa aliqua dictione) ſenſus ex prædictis patet, ut eſt, Navibus excidiſſe urbes hominum duodenas, Undenas ſed enim affirmo cum Marte pedeſtri. Deeſt enim vaſtaſſe, intelligitur autem ex prædictis. Illud etiam per defectum dicitur, Una avis, auſpicium, patriam defendere charam. Deeſt enim verbum, eſt, &, Eheu magnanimi dolor Æneæ mihi certe, Subauditur enim, adeſt, ſeu accidit, aut ſimile quiddam.

Hujuſmodi eſt & diſſolutio, quando conjunctiones locutionem conjungentes, tolluntur. Quod non ſolum celeritatis, ſed etiam emphaſeos affectu plenæ gratia fit, quemadmodum illud, Ivimus in querceta velut modo ivit Ulyſſes, Ædiculas Circæ deprendimus hic fabrefactas. In his enim, &, conjunctio ſublata eſt, dum is qui dicit, breviſſimum enunciationis modum quærit.

Eſt inter ſchemata etiam id, quod incongruum, ſeu variatio appellatur, & fit, dum conſueta ſtructura mutatur, & varia red-

ditur. in hoc ut oratio à vulgari conſtructione diſcedens, eò majorem gratiam ac elegantiam habeat, ita tamen ut illius ordo quiddam proprium habeat, ad quod referatur.

Contingit autem ſæpenumero, ut nominum genera commutentur, ut eſt illud, Inclytus Hippodamia, pro inclyta. Et, fœmininus Eerſa, pro fœminea. Veteribus namque familiare fuit, maſculinis pro fœmininis, tanquam potioribus & vehementioribus, uti. Nec vero inconcinnè, citraque rationem hoc fecerunt. ſed quando adjectivo nomine utendum fuit, quod extra corpus erat, de quo mentio fiebat. Illa namque circa corporis dotes verſantur, magnus magna, pulcher pulchra, & iſtiuſmodi. Hæc autem ad animi bona pertinent, ut glorioſus, fortunatus. Atque hæc etiamnum in compoſitione ambigua ſunt. Etenim in univerſum omnia compoſita utrique generi communia ſunt. Ad hæc quando ſimul maſculino & fœminino nomini verbum, ſeu participium infertur, ibi tum maſculinum prævalet, ut in hoc, Virgineum decus, ac juvenes puerilia curant.

Quædam etiam præter dialectorum proprietatem, ſeu morem tum conſuetum, diverſimode ab eo dicuntur, ut eſt, Ipſe habet egregios valde, longoſque columnas.

συνήθης τάξις ἀλλοία γένηται· καὶ ἔςι ποικίλη ἕνεκα τοῦ κόσμου, ἢ χάριν ἐμποιεῖν τοῖς λόγοις, τῆς μὲν συνήθους τάξεως οὐ δοκούσης ἀκολουθεῖν, ἐπί τι δὲ ἴδιον ἀναφορᾶς ἐχούσης ἀκολουθίαν.

Συμβαίνει δὲ πολλαχῶς ἐπὶ τὰ γένη τῶν ὀνομάτων ἐναλλασσομένων, οἷόν ἐςι τὸ, κλυτὸς Ἱπποδάμεια, ἀντὶ τοῦ κλυτή. καὶ, θῆλυς ἐέρση, ἀντὶ τοῦ θήλεια. σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, χρῆσθαι τοῖς ἀρσενικοῖς καὶ ἀντὶ τῶν θηλυκῶν, ὡς κρείττοσι καὶ δυνατωτέροις· ὀυκ ἀμέτρως μέντοι, οὐδ' ἀλόγως, ἀλλ' ὅταν δέῃ χρῆσθαι ὀνόματι ἐπιθέτῳ, ἐκτὸς ὄντι τοῦ σώματος περὶ οὗ ἐςιν ὁ λόγος. ἐκεῖνο μὲν γάρ ἐςι περὶ τὸ σῶμα, ὁ μέγας, ἡ μεγάλη, ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐκτὸς δὲ, οἷον ἔνδοξος, ἐυτυχής. καὶ ἔτι ταῦτα διὰ τὸ σύνθετον ἐπαμφοτερίζει· καὶ γὰρ καθολικῶς πάντα τὰ σύνθετα κοινά ἐςιν ἑκατέρου γένους. καὶ ὅταν κοινῶς ἀῤῥενικῷ, καὶ θηλυκῷ ὀνόματι ἐπιφέρηται ῥῆμα, ἢ μετοχὴ, τὸ ἀῤῥενικὸν ἐπικρατεῖ, ὡς ἐν τούτῳ, Παρθενικαί δε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

Τινὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν τῶν διαλέκτων ἰδιότητα, ἢ τὴν τότε συνήθειαν, λέγεται διαφόρως· οἷόν ἐςιν, ---ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακράς.

Πολ-

Πολλάκις δὲ καὶ μέτρου χάριν ἐναλλάσσει τὰ γένη· ὡς ἐν τούτῳ, Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι. τὸ μὲν γὰρ τέκνον, οὐδέτερον ὄνομα, ἐπήνεγκε δὲ ἀρσενικὸν τὸ φίλε, πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποτείνας τὸν λόγον. ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ ἀπὸ τῆς διώνης πρὸς τὴν ἀφροδίτην εἰρημένον. Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ. τῆς δὲ αὐτῆς ἀναλογίας κἀκεῖνο ἔχεται, Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ θηβαίου τειρεσίαο Σκῆπτρον ἔχων. τὸ γὰρ ἔχων, οὐ πρὸς τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ πρὸς τὸ γένος τοῦ σώματος (τουτέστι πρὸς τὸν τειρεσίαν) ἥρμοσε. πολλάκις γὰρ οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον ποιεῖται τὴν ἀπάντησιν· ὡς ἐν τούτῳ. Πᾶσιν ὀρίνθη θυμὸς, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες, Ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφιν ἀμύμονα πηλείωνα. τὸ γὰρ ἐλπόμενοι οὐχ αἱ φάλαγγες, ἀλλ' οἱ ἄνδρες, ἐξ ὧν αἱ φάλαγγες συνιστᾶσι.

Καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον τὰ γένη ἐξαλλάσσει· ὡς ὅταν εἴπῃ, --- νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη. τὸ μὲν οὔποτε ῥοθεῖ. ἐπεὶ γὰρ συνωνύμως λέγεται νεφέλη καὶ νέφος, προειπὼν τὴν νεφέλην, ἐπηνέγκε τὸ οὐδέτερον νέφος. ὅμοια δ' ἐστὶ τούτῳ κἀκεῖνα τὰ ἔπη, Τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ, Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,

Sæpenumero autem & metri cauſa, genera commutat, ſicuti in hoc, Dono tibi hoc donum, mi quàm chariſſime natum. Siquidem τέκνον, id eſt, fili, nomen neutrius generis eſt, cui adjectivum maſculinum, chare, intulit, dum vocem ad perſonam refert. Simile eſt & illud, quod à Dione ad Venerem dicitur, Natum jam tolerato meum, ac perferto dolores. Ejuſdem autem proportionis & illud eſt, Tireſiæ advenit Thebani vatis imago, Sceptra tenens. Participium namque ἔχων, id eſt, tenens, non ad umbram, ſed ad genus corporis, hoc eſt, ad ipſum Tireſiam accommodavit. Sæpe enim non ad vocem, ſed ad ſenſum reſpicit, ut in hoc, Omnibus eſt animus motus, motæque phalanges. Æaciden cupiunt, qui ad naves deſidet altas. Non enim phalanges, ſed viri, unde illæ conſtant, Achillem deſiderabant.

Præterea & ſecundum aliam mutationem, genera permutat, ut quum dicit, Cærula contexit nebula hunc, immobile perſtans Hocce quidem. Quum enim nebula & nubes ejuſdem ſignificationis ſint, & modo de nebula locutus eſſet, νέφος, quod neutrius generis apud Græcos eſt, intulit. Similia autem huic & illa carmina ſunt, Ut volucrum iſtarum volitant examina multa, (Strymoniæ-

ἔνθα

que grues, anſer, colloque ſuperbus Albus olor) gaudent, alis hinc inde volant quum. Etenim quum generale avium nomen in neutro genere præmiſiſſet, ac deinde illarum ſpecies in maſculino ſubjunxiſſet, rurſus neutraliter infert, nempe cum ſtrepitu deſidentium, reddens videlicet id, quod generali avium nomini familiare eſt.

Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι. προθεὶς γὰρ οὐδετέρως τὸ γενικὸν τῶν ὀρνίθων ὄνομα, εἶτα, θηλυκῶς εἰπὼν τὰ εἰδικὰ, ἐπηνέγκε πάλιν οὐδετέρως τὸ κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, ἀποδιδοὺς τὸ οἰκεῖον τῷ γενικῷ ὀνόματι τῶν ὀρνίθων.

Non ſolum autem genus, ſed & numerum poëta ſæpiculè commutat, dicens, Turba rates Græcas adeunt, permagna frequenſque. Singulari enim ſuppoſito, plurale appoſitum ſubdidit, dum videlicet ſenſum magis quàm vocem reſpicit. Siquidem vox multitudo, appellatione quidem ſingularis numeri eſt, multos autem in ſe complectitur.

Ἅμα δὲ τῷ γένει, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἐναλλάσσει πολλάκις ὁ ποιητὴς, λέγων, Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν ἀπονέοντο, προθεὶς γὰρ ἑνικὸν, ἐπήγαγε τὸ πληθυντικὸν, δηλονότι πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀναφέρων. ἐπειδήπερ ἡ πληθὺς τὴν μὲν προσηγορίαν ἐϛὶν ἑνικὸν, πολλοὺς δ᾽ ἐν αὐτῷ περιείληφεν.

Simile autem à contrario eſt, quando præcedente plurali, ſingulare appoſitum infertur, ut in hoc, Pectora magna gerunt, volitatque per aëra cunctus. Vox enim πᾶς, omnis, ſingularis numeri eſt; dum autem ad multitudinem refertur, idem pollet, quod omnes. Eandem ſchematis formam & illud habet, Hi Pylon attingunt, Neleïa mœnia clara, Hi maris ad littus rem divinam faciebant. Pylii namque intelliguntur.

Ἐκ τοῦ ἐναντίου δέ ἐϛι τὸ ὅμοιον, ἐπειδὰν προτεθέντος τοῦ πληθυντικοῦ τὸ ἑνικὸν ἐπενεχθῇ· ὡς ἐν τούτῳ. --- οἱ δ᾽ ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες, Πρόσσω πᾶς πέτεται. τὸ γὰρ πᾶς, τῷ λόγῳ ἑνικόν ἐϛι, τέτακται δὲ ἐπὶ πλήθους, ἴσον δυνάμενον τῷ πάντες. τῆς δὲ αὐτῆς τοῦ σχήματος ἰδέας ἐϛὶ κἀκεῖνο, Οἱ δὲ πύλον νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον Ἷξον· τοὶ δ᾽ ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον. νοοῦνται γὰρ οἱ πύλιοι.

Fit apud eum & caſuum mutatio, ut quum nominativus & vocativus in talibus commutantur, Hoc facit Infelix A-

Περὶ δὲ τὰς πτώσεις γίνεται ἀλλοίωσις παρ᾽ αὐτῷ, εὐθείας μὲν καὶ κλητικῆς ἐναλλασσομένης, ἐν τοῖς τοιούτοις, Αὐτὰρ ὁ

αὖτε θυέϛ' ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι. καὶ, νεφεληγερέτα ζεύς. καὶ, Δὸς φίλος. οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιϛος ἀχαιῶν. γενικῆς δὲ καὶ δοτικῆς, ἐν τοῖς τοιούτοις, Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν ἀλέξανδρος θεοειδής· ἀντὶ τοῦ τρώων. καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, Ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυϛο περὶ σπεῖος γλαφυροῖο· ἀντὶ τοῦ περὶ σπέει. καὶ τούτων δέ ἐϛιν ἡ αἰτία αὕτη, ὅτι συγγένειαν τινὰ ἐδόκουν ἔχειν πρὸς ἀλλήλας ἥτε εὐθεῖα, καὶ αἰτιατικὴ, καὶ κλητική. διὸ καὶ ἐν τοῖς οὐδετέροις εἰσὶν αἱ αὐταὶ, καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ἀῤῥενικῶν, καὶ θηλυκῶν, ἥτε εὐθεῖα, καὶ ἡ αἰτιατικὴ, καὶ ἡ κλητικὴ ἡ αὐτή ἐϛιν. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γενικὴ πρὸς τὴν δοτικὴν ἔχει τινὰ συγγένειαν. ταῦτα δὲ ἐν τοῖς δυϊκοῖς ἀριθμοῖς ἐπὶ πάντων τῶν ὀνομάτων εὑρίσκεται. ὅθεν εἰκότως παρὰ τὴν συνήθειαν τὰς πτώσεις ἐξαλλάσσει. ἐνίοτε δὲ καὶ λόγους ἔϛι εὑρεῖν τῆς ἐξαλλαγῆς, ὡς ἐν τῷ, --- ἐφιϛάμενοι πεδίοιο. καὶ τὸ, --- διέπρησσον πεδίοιο, ἴσον τῷ ἐπέρων διὰ τοῦ πεδίου.

Εὖ δὲ ἔχει παρ' αὐτῷ ἡ τῶν πτώσεων μεταβολὴ ἐν ἀρχῇ ἑκατέρων τῶν ποιήσεων, ἐν αἷς προθεὶς τὴν αἰτιατικὴν, ἐπήνεγκε τὴν εὐθεῖαν, εἰπὼν, Μῆνιν ἄειδε θεὰ, ἣ μυρί' ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε, καὶ, Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ Πλάγχθη.

gamemnona ferre Thyeſtes. Et, Nubium congregator Jupiter. Et, Da mihi charus, & haud deterrimus inter Achivos. Genitivus autem & dativus in hujuſmodi mutatur, Prima acie certat Phrygibus Paris optimus ille. Pro eo quod eſt, Phrygum. Et contrà, Hæc extenta jacet juxta ſpelæa cavata. Pro circa ſpeluncam. Atque mutationis iſtius cauſa eſt, quod nominativus, accuſativus, & vocativus quandam inter ſe cognationem habere videantur, propterea quod nomina neutri generis, & pleraque maſculina, ac fœminina, tres iſtos ſimiles caſus habeant. Similiter autem & genitivus cum dativo quandam affinitatem habet, idque in duali omnium vocum numero deprehenditur. Quo fit, ut & Homerus caſus haud immeritò præter conſuetudinem mutet. Nonnunquam vero & rationes eſt invenire iſtius mutationis, ut in hoc, Scientes campi. &, Pertranſibant campum, perinde namque eſt, ac ſi diceres, tranſibant per campum.

Belle autem & caſuum permutatio apud illum habet, in utriuſque poëmatis exordio, in quibus accuſativo præpoſito, rectum intulit, dicens. Iram pande Dea, &c. Magnorum fuerat quæ cauſa dolorum. Et, Dic mihi Muſa virum verſutum, qui mala multa Suſtinuit.

Ἐϛι

Eſt etiam quando genitivo rectum infert, ceu in iſto, Horum nunc homines qui ſunt.

Multa & alio modo figuratè dicit, quemadmodum eſt hoc, Prædixiſſe Jovem affirmo, fateorque nuiſſe, Hocce die naves ſcandebant quando veloces Argivi, exitium Troiæ, fatumque ferentes, Fulgura mittendo felicia, proſpera ſigna. Huic autem nec illud eſt diſſimile, Fretus erat forma hic, Feſtinanter eum portant ſua genua. Atque hæc ſecundum veterem conſuetudinem extulit, idque non ſine ratione. Si enim quis participia in verba diſſolvat, rationem deprehenderit. Siquidem fulgurans idem pollet, quod fulgurabat; & fretus, idem quod, cum fretus eſſet. His & illa ſunt affinia, Hæque duæ rupes, quarum una polum attigit altum. Et, Hi duo diſcreti, quorum alter adibat Achivos, Alter at in turbam Phrygiam veniebat. Non enim ratione caret, ſi quis de duobus aliquibus dicturus, nominativum caſum præordinet, & eo quod utrique ipſorum commune eſt obſervato, novum orationis genus efficiat. Quod autem novitas orationis multum gratiæ habeat, nemini obſcurum eſt.

Denique eſt & ubi caſu communi præpoſito, ſermonem de uno infert, ſicut in hoc, Am-

Ἔςι δὲ ὅτε τῇ γενικῇ τὴν εὐθεῖαν ἐπιφέρει, ὡς ἐν τούτῳ, --- τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσι.

Πολλὰ δὲ καὶ ἑτέρως σχηματίζει, ὡς ἐν τῷ, Φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα κρονίωνα, Ἤματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ᾽ ὠκυπόροισιν ἔβαινον Ἀργεῖοι, τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες, Ἀςράπτων ἐπιδέξι᾽, ἐναίσιμα σήματα φαίνων. τούτῳ δὲ ὅμοιόν ἐςι κἀκεῖνο, -- ὁ δ᾽ ἀγλαΐηφι πεποιθὼς, Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει. καὶ ταῦτα δὲ ἐξήνεγκε κατά τινα ἀρχαϊκὴν συνήθειαν. καὶ οὐδὲ ταῦτα ἀλόγως· εἰ γάρ τις τὰς μετοχὰς ἀναλύσει εἰς ῥήματα, εὕροι ἂν τὸ ἀκόλουθον. τὸ γὰρ ἀςράπτων ἴσον ἐςὶ τῷ ἤςραπτε, καὶ τὸ πεποιθὼς τῷ, ἐπεὶ πέποιθε. τούτοις ἐςὶ κἀκεῖνα παραπλήσια, Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὁ μὲν, οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, καὶ, Τὼ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν ἀχαιῶν Ἤϊ᾽. ὁ δ᾽ ἐς τρώων ὅμαδον κίε. καὶ τὰ τοιαῦτα. οὐκ ἄλογον γὰρ τὸν μέλλοντα περὶ δυοῖν τινῶν λέγειν, προτάξαι τὴν εὐθεῖαν πτῶσιν, καὶ τὸ κοινὸν αὐτῶν ἑκατέρῳ φυλάξαντα, ἀπεργάζεσθαι κοινὸν τοῦ λόγου. ὅτι δὲ τὸ κοινὸν τοῦ λόγου χάριν πολλὴν ἐπιφαίνει, πρόδηλον.

Ἔςι δὲ ὅπου τὴν κοινὴν πτῶσιν προθεὶς, τὸν περὶ ἑνὸς ἐπιφέρει λόγον· ὡς ἐν τούτῳ, Ἄμφω δ᾽

ἑζομένω γεραρώτερος ἦεν ὀδυσσεύς.

Καὶ τὰ εἴδη δὲ τῶν ὀνομάτων ἐξαλλάσσει, πολλάκις μὲν τὸ συγκριτικὸν τιθεὶς ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ· ὡς ἐξ ὑπερβολῆς, τὸ, --- σαώτερος ὥς κε νέηαι. ποτὲ δὲ τὸ ὑπερθετικὸν ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς τὸ, --- δικαιότατος κενταύρων· τοιαύτη μὲν ἡ ἐξαλλαγὴ ἐν τοῖς ὀνόμασιν.

Ἐν δὲ τοῖς ῥήμασι γίνεται ἐξαλλαγὴ, τῶν μὲν ἐγκλίσεων, ὡς ὅταν τὸ ἀπαρέμφατον ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ καταληφθῇ. οἷον, Θαρσῶν νῦν διόμηδες, ἐπὶ τρώεσσι μάχεσθαι, ἀντὶ τοῦ μάχου. ἢ τὸ ὁριστικὸν ἀντὶ τοῦ εὐκτικοῦ, οἷον, Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω, ἀντὶ τοῦ μυθησαίμην καὶ ὀνομήναιμι. καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου, εὐκτικὸν ἀντὶ ὁριστικοῦ, οἷον, Καὶ νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο ἄναξ, ἀντὶ τοῦ ἀπώλετο.

Τῶν δὲ χρόνων, ὅταν ὁ ἐνεστὼς ἀντὶ τοῦ μέλλοντος τεθῇ· ὡς ἐν τούτῳ, Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν, ἀντὶ τοῦ ἐπελεύσεται. ἢ ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος, Ἔνθ' ἦτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοὶ, πολὺ δ' ὕδωρ Καλὸν ὑπεκπροῤῥέει, ἀντὶ τοῦ ἔῤῥεε. ἢ μέλλων ἀντὶ τοῦ ἐνεστῶτος, Οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος· ἢ ἀντὶ τοῦ παρῳχηκότος, Δείδω μὴ δὴ πάντα θεὰ νημερτέα εἴπῃ, ἀντὶ τοῦ εἶπε.

bo ſedent, Laërtiades præcellit honore.

Nominum autem ſpecies immutat, dum ſæpenumero comparativum pro abſoluto ponit, quemadmodum hoc per ſuperlationem, Sanior ut redeas. Nonnunquam vero ſuperlativum itidem pro poſitivo, ſicuti hoc, Juſtiſſimus Centaurorum. Hujuſmodi quidem nominum mutatio eſt. Cæterum modi verborum ſic variantur, ut infinitivus pro imperativo accipiatur, veluti, Tydides alacris Troas pugnare feroces. pro impugna. Aut indicativus pro optativo, ut, Nil de plebe loquar multa, nec eam recitabo. pro Dixerim & nominaverim multitudinem. Et contrà optativus pro indicativo, veluti, Mavors ô utinam pereat, pro periit.

Temporum deinde variatio fit, quando præſens pro futuro ponitur, ut in hoc, Hanc ego dimittam nec, quin prius ipſa ſeneſcit. pro Seneſcet. Aut pro præterito, ut, Iſthîc ſunt certè bona balnea, fonſque perennis Profluit. Pro eo quod eſt, profluebat. Aut futurum pro præſenti, ut, Occubituro alii ſole, aſt alii redeunte. Aut præteriti vice, ut, Permetuo dea non ſi dixerit omnia vera. pro dixit.

Καὶ

Diſpoſitiones quoque ſæpicule apud eum mutantur, & paſſiva aut media pro activis ponuntur, veluti, Vagina extrahitur gladius peracutus, & amplus. pro, Extrahebat. &, Viſus Ajax, pro videns. Et contrà, activum pro paſſivo, ut, Donabo tripodem, cui aureum manubrium, pro donandus eſt tripes.

Καὶ διαθέσεις δὲ ἐναλλάσσονται παρ' αὐτῷ πολλάκις· καὶ τίθεται ἀντὶ ἐνεργητικῶν παθητικὰ, ἢ μέσα, οἷον, Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, ἀντὶ τοῦ εἷλκε. Καὶ, καθορώμενος Αἴας, ἀντὶ τοῦ ὁρῶν. καὶ τοὐναντίον τὸ ἐνεργητικὸν ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ, Δωρήσω τρίποδα χρυσούατον, ἀντὶ τοῦ δωρήσομαι.

Eſt etiam cernere, quo pacto numeros immutans, pluralem pro ſingulari ponit, id quod ſæpe uſu venit, dum quis de ſe loquitur, veluti, Nata Jovis dea, quando voles hæc dicito nobis. Pro mihi.

Ἔστι δὲ ἰδεῖν ὅπως καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἐναλλάσσων, τὸν πληθυντικὸν ἀντὶ τοῦ ἑνικοῦ τίθησιν, ὡς πολλάκις ἐν τῇ συνηθείᾳ, εἴ τις περὶ ἑαυτοῦ λέγων· οἷον, Τῶν ἁμόθεν γε θεὰ θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν, ἀντὶ τοῦ ἐμοί.

Fit autem apud illum & perſonarum mutatio, idque uno quidem modo ſic, Cœlicolæ quotquot ſunt, cuncti juſſa capeſſunt, O divine pater, tua, præſtò itidem ſumus omnes. Multis namque diis exiſtentibus (inter quos & ea perſona erat, quæ verba faciebat) utrumque belle extulit, & obediunt, & parati ſumus. Alio autem modo, miſſa facta ea perſona, de qua loquebatur, ab altera ad alteram tranſit, id quod Averſio propriè vocatur. Atque per imitationem auditorem & movet, & docet, quemadmodum hoc eſt, Hector voce jubet clarâ Teucros agitare Naves, exuviaſque ſinant ut quiſque cruentas, Hunc alibi procul à ratibus cuperem eſſe inimicum. A narratione

Γίνεται δὲ παρ' αὐτῷ καὶ κατὰ πρόσωπα μεταβολὴ, καθ' ἕνα μὲν τρόπον, οὕτως, Ἄλλοι μὲν γὰρ πάντες ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ, Σοί τ' ἐπιπείθονται, καὶ δεδμήμεσθα ἕκαστος. πολλῶν γὰρ ὄντων τῶν θεῶν ἐν οἷς ἐστι τὸ λέγον πρόσωπον, ἑκάτερον καλῶς ἐξενήνοχε, τό, τε πείθονται, καὶ τὸ δεδμήμεσθα. καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ὅταν τὸ νῦν ἐάσας, ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερον πρόσωπον μεταβῇ· ὅπερ ἰδίως ἀποστροφὴ καλεῖται. τῷ δὲ μιμητικῷ κινεῖ, καὶ ἄγει τὸν ἀκροώμενον. οἷον ἐστι καὶ τοῦτο, Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας, Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα· Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωσε νοήσω. ἀπὸ γὰρ

τοῦ διηγηματικοῦ μετέβαλεν εἰς τὸ μιμητικόν. καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ διηγηματικῷ πολλάκις χρῆται τῇ ἀποςροφῇ, Ἀμφί σε πηλέος υἱὲ μάχης ἀκόρητοι ἀχαιοί. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μιμητικῷ χρῆται καὶ μεταβολῇ τῶν προσώπων, ὡς ἐν τούτῳ, --- ἦ δὴ παισὶν ἐοικότες ἀγοράασθε Νηπιάχοις, οἷς οὔ τι μέλει πολεμήϊα ἔργα. Ἀτρείδη, σὺ δέ θ', ὡς πρὶν, ἔχων ἀςεμφέα βουλὴν, Ἄρχευ ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας. καὶ ἕτερον δὲ εἶδος ἀποςροφῆς ἐςι τοιοῦτον, Τυδείδην δ' ὀυκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. ἔςι γὰρ ἀντὶ τοῦ, ὀυκ ἄν τις γνοίη. καὶ πάλιν, --- ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει Θεσπεσίη, τότ' ἂν οὔ τοι ἀποσχέσθαι φίλον ἦεν.

Καὶ μετοχαῖς δὲ χρῆται ἀντὶ ῥημάτων, ὡς ἐν τῷ, --- ἐνὶ κήπῳ Καρπῷ βριθομένη, ἀντὶ τοῦ, βρίθεται. καὶ ἔνθ' οἵ γ' εἰσέλασαν πρὶν εἰδότες, ἀντὶ τοῦ πρὶν εἰδέναι.

Καὶ τὰ ἄρθρα δὲ ἐναλλάσσει πολλάκις, ἀντὶ τῶν ὑποτακτικῶν τοῖς προτακτικοῖς χρώμενος. οἷον, Τοὺς ἔτεκε ζεφύρῳ ἀνέμῳ ἅρπυια ποδάργη. καὶ, Θώρηχ. ὁ γὰρ ἦν οἱ ἀπώλεσε πιςὸς ἑταῖρος. καὶ τοὐναντίον.

Οὕτω καὶ τὰς προθέσεις εἴωθε μεταλλάσσειν, Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ δαῖτα. καὶ, Νοῦσον ἀνὰ ςρατὸν ὦρσε κακήν.

namque tranſitum fecit ad imitationem. In ipſa etiam narratione apoſtropha ſæpe utitur, Circa te Danaos retines Pelida feroces. Verum & per imitationem, mutatione perſonarum utitur, ſicuti in iſto, Revera pueris par eſt hæc concio veſtra Inſipidis, quibus haud curæ ſunt bellica facta. Aſt Atrida prius veluti conſultus eras, nunc Præcipe Graiugenis quo pacto pugna ineunda. Eſt & alia Averſionis ſpecies hujuſmodi, Neſcieris Tydida utris ſe jungat amice. Pro aliquis neſciat. Et rurſus, Suavis odor, divinus item, fragabat ab illo Cratere, atque tibi fuerit nec abeſſe decorum.

Participiis verborum loco utitur, ut in hoc, In horto fructu gravatus, pro gravatur. &, Ibi illi incurrerunt priuſquam ſcientes, pro eo quod eſt, priuſquam ſcirent.

Articulos quoque ſæpe commutat, pro poſtpoſitivis præpoſitivos uſurpans, veluti, Edidit hos Zephyro vento olim harpya Podarge. Et, Thoracem, periit ſiquidem hic chariſſimus illi.

Ad hunc modum & præpoſitiones commutare ſolet, ut, Heſterna luce ivit trans convivium, pro Ad convivium. &, Morbum per exercitum excitavit nocentem.

Ὁμοίως

Similiter & præpoſitioni caſum nominis non proprium infert, ut in iſto, Ne ſi forte velint noctu decernere ferro. Pro, per noctem.

Nonnunquam vero præpoſitiones aufert, ut, Cujus is jacet dolens, pro, de qua. &, Expectans numquid ipſum loquatur, pro alloquatur. Ad hæc alias præpoſitiones ſimili modo partim commutat, partim tollit.

Etiam adverbia quædam mutat, iis quæ ad locum ſignificant, in loco, & de loco, indifferenter utens. Nepotes autem aliò conſidebant, pro alibi. &, Aiax autem de propinquo venit, pro eo quod eſt, propè.

Eſt denique apud illum & conjunctionum immutatio, veluti. Nunquam vero cum illa concubuerat, iram vero mulieris declinabat, pro eo quod eſt, iram namque mulieris vitabat. Atque hæc quidem dictionis ſchemata ſunt, quibus non ſolum poetæ, verum etiam orationis ſolutæ ſcriptores uſi ſunt.

Cæterum multæ ſpecies ſchematum ſententiæ apud illum ſunt, quarum eſt & Præexclamatio, quæ fit, quando aliquis inter narrandum hoc prædicit, quod in aliis dicendi locum habet, ſicuti in hoc, Profecto ſagittam primus guſtavit. & Acclamatio, cujuſmodi eſt, Stultus enim poſt facta ſapit.

Ὁμοίως καὶ προθέσει πτῶσιν ὀνόματος οὐκ οἰκείαν ἐπιφέρει, ὡς ἐν τούτῳ, Μή πως καὶ διὰ νύκτα μενοινήσωσι μάχεσθαι, ἀντὶ τοῦ διὰ νυκτός.

Ἐνίοτε δὲ ἀφαιρεῖ τὰς προθέσεις. οἷον, Τῆς ὅγε κεῖτ᾽ ἀχέων, ἀντὶ τοῦ περὶ ἧς. καὶ ποτιδέγμενος εἴ τί μιν εἴποι, ἀντὶ τοῦ προσείπῃ. καὶ ἄλλας προθέσεις ὁμοίως, τὰς μὲν ὑπαλλάσσει, τὰς δὲ ἀφαιρεῖ.

Καὶ ἐπιῤῥήματά τινα ἐναλλάσσει, τοῖς εἰς τόπον, καὶ τοῖς ἐν τόπῳ, καὶ τοῖς ἐκ τόπου ἀδιαφόρως χρώμενος. ---υἱωνοὶ δ᾽ ἑτέρωσε καθίζον, ἀντὶ τοῦ ἑτέρωθι. καὶ, Αἴας δ᾽ ἐγγύθεν ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς.

Ἔστι δὲ παρ᾽ αὐτῷ καὶ ἡ τῶν συνδέσμων ἐναλλαγή. οἷον, Εὐνῇ δ᾽ οὐ πώποτ᾽ ἔμικτο· χόλον δ᾽ ἀλέεινε γυναικὸς, ἀντὶ τοῦ, χόλον γὰρ ἀλέεινε γυναικός. ταῦτα μὲν δὴ κατὰ λέξιν ἐστὶ σχήματα, οἷς καὶ ἄλλοι πάντες οὐ μόνον ποιηταὶ, ἀλλὰ καὶ πεζῶν λόγων συνθέται κέχρηνται.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ διάνοια παρ᾽ αὐτῷ πολλοῖς εἴδεσιν ἐσχηματισμένη. ὧν ἐστι καὶ ἡ προαναφώνησις, ἥτις γίνεται, ὅταν τις διηγούμενος μεταξὺ, τὸ ἐν ἑτέροις τάξιν ἔχον τοῦ ῥηθῆναι προλέγῃ, ὡς ἐν τούτῳ, Ἦτοι δ᾽ ἴσου τε πρῶτος γεύσεσθαι ἔμελλεν. καὶ ἡ ἐπιφώνησις, οἷόν ἐστι, ---ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Ἔςι καὶ τὸ τῆς προσωποποιίας παρ' αὐτῷ πολὺ, καὶ ποικίλον. πολλὰ μὲν γὰρ, καὶ διάφορα πρόσωπα εἰσάγει διαλεγόμενα· οἷς καὶ ἤθη παντοῖα περιτίθησιν, ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ μὴ ὄντα πρόσωπα ἀναπλάσσει. οἷον, Ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς.

Ἔςι δὲ καὶ ἡ διατύπωσις, ἐξεργασία πραγμάτων, ἢ γενομένων, ἢ ὄντων, ἢ πραχθησομένων, εἰς τὸ παραςῆσαι ἐναργέςερον τὸ λεγόμενον· ὡς ἐν τούτῳ, Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει· Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας. ἢ πρὸς τὸ οἶκτον κινῆσαι, Δύσμορον· ὅν ῥα πατὴρ κρονίδης ἐπὶ γήραος οὐδῷ Αἴσῃ ἐν ἀργαλέῃ φθίσει κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα. Υἱάς τ' ὀλλυμένους, ἑλκυσθείσας τε θύγατρας, Καὶ θαλάμους κεραϊζομένους, καὶ νήπια τέκνα Βαλλόμενα προτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

Ἔςι καὶ εἰρωνία παρ' αὐτῷ, λόγος διὰ τοῦ ἐναντίου δηλῶν τὸ ἐναντίον, μετά τινος ἠθικῆς ὑποκρίσεως. οἷόν ἐςι τὸ τοῦ ἀχιλλέως. Ἀλλ' ὀδυσεῦ σὺν σοί τε καὶ ἄλλοισι βασιλεῦσι Φραζέσθω νήεσσιν ἀλεξέμεναι δήϊον πῦρ. καὶ, — ὅ δ' ἀχαιῶν ἄλλον ἑλέσθω, Ὅς τις οἷ γ' ἐπέοικε, καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐςιν. ἐμφαίνει γὰρ ὅτι ὀυκ ἂν ἕτερον εὕροι βασιλικώτερον. καὶ οὗτος μὲν ὁ τρόπος

Eſt & perſonæ fictio apud eum, & varia. Multas enim & diverſas perſonas colloquenteis introducit, quibus & omnimodos mores attribuit. Nonnunquam vero perſonas etiam non exiſtentes fingit, ut, Haud dubium Peleus lachrymas effuderit amplas.

Eſt autem & demonſtratio effectus rerum aut factarum, aut quæ fiunt, aut futurarum, ut id quod dicitur evidentius reddat, veluti in hoc, Mactant hicce viros, perduntque ſuburbia flammis, Hic pueros ducunt, hic captivas mulieres. Aut ad movendum miſericordiam, O miſerum, perdet quem Jupiter ille ſenecta Primum nunc ineunte, mala hæc ut grandia ſpectet, Ceu juvenes pereant, raptetur chara puella, Conjux ut vitietur, & ut ſua pignora chara Proſternantur humi, per pugnas inde cruentas.

Eſt & Ironia apud eum, ſermo per contrarium (cum quadam morali ſimulatione) contrarium declarans, ut eſt hoc Achillis, O Laërtiades tecum conſultet, & omni Concilio regum, quo pellat navibus ignem, Et Danaos inter legat is regem potiorem. Declarat enim, quod haud facile alium regali ſplendore digniorem invenerit. Atque hic quidem

modus eſt, quando aliquis ſe extenuat, ut contrariam ſui exiſtimationem præbeat. Alius autem quando quis ſe quempiam maximè laudare ſimulat, quum revera vituperet. Atque hoc eſt, quod apud Homerum à Telemacho dicitur, Antinoë ut natus patre, ſic ego diligor abs te. Inimico namque dicit, Tanquam pater filium, ſic me curas. Et rurſus, quando quis irridendi gratia proximum extollit, ut proci, Telemachus cædem haud dubiè nobis meditatur, Auxilium ex Sparta cogens, Pyliiſque diſertis. Multum namque ſibi tribuit, ſumitque adoleſcens.

πος ἐστὶν, ὅταν περὶ ἑαυτοῦ λέγῃ τις εὐτελῶς, ἵνα τὴν ἐναντίαν δόξαν παράσχῃ. ἕτερος δὲ, ὅταν τις ἄλλως ἐπαινεῖν προσποιῆται, τῇ ἀληθείᾳ ψέγων. καὶ τοῦτό ἐστι παρ᾽ ὁμήρῳ λεγόμενον ὑπὸ τηλεμάχου. Ἀντίνο᾽, ἦ μευ καλὰ πατὴρ ὣς κήδεαι υἷος. τῷ γὰρ ἐχθρῷ λέγει, ὅτι ὡς πατὴρ υἱοῦ πεφρόντικας. καὶ πάλιν, ὅταν χλευάζων τις ἐπαίρῃ τὸν πέλας, ὡς οἱ μνηστῆρες, Ἦ μάλα τηλέμαχος φόνον ἡμῖν μερμηρίζει· Ἤ τινας ἄξει ἀμύντορας ἐκ πύλου ἠμαθόεντος, Ἤ νυ καὶ ἐκ σπάρτηθεν, ἐπεὶ νύ περ ἵεται αἰνῶς.

Eſt & Sarcaſmus quædam Ironiæ ſpecies, quando quis per contrarium alicui convitians, riſum concitat, quemadmodum Achilles, Salva manent aliis ſua dona, ſed unus Achilles Munere privatur, licet illi grata ſit uxor Atridæ, cum qua accumbens ſe oblectet amanter.

Ἔστι δέ τι εἶδος εἰρωνείας καὶ ὁ σαρκασμὸς, ἐπειδάν τις διὰ τῶν ἐναντίων ὀνειδίζων τινὶ, μεταποιῆται μειδιάματος· ὡς ἀχιλλεὺς, Τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται, ἐμεῦ δ᾽ ἀπὸ μούνου ἀχαιῶν Εἵλετ᾽, ἔχει δ᾽ ἄλοχον θυμαρέα, τῇ παριαύων τερπέσθω.

His allegoria haud diſſimilis eſt, quæ aliud per aliud exhibet, ut eſt iſtud, Atræ noctis eris cuſtos, vigil atque Melanthi, In tenero ſtrato cubitans, ceu maximus heros. Vinctum namque & ſuſpenſum, in cubili delicato ſoporandum dicit.

Τούτοις παραπλησίως ἔχει καὶ ἡ ἀλληγορία, ἥ περ ἕτερον δι᾽ ἑτέρου παρίστησιν· οἷόν ἐστι τοῦτο, Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ μελάνθιε νύκτα φυλάξεις, Εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ καταλέγμενος, ὡς ἐπέοικε. τὸν γὰρ ἐν δεσμοῖς ὄντα καὶ ἀνηρτημένον, ἐν κοίτῃ ἁπαλῇ ὑπνώσσειν λέγει.

Uſus eſt ſæpenumero & hyperbola, quæ veritatem ſuperans, multum vehementiæ o-

Κέχρηται πολλάκις καὶ τῇ ὑπερβολῇ, ἥτις ὑπεραίρουσα τὴν ἀλήθειαν, πολλὴν ἐπίτασιν ἐμ-

φαίνει. οἷον, Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. τοιούτοις μὲν δὴ τρόποις καὶ σχήμασι χρησάμενος ὅμηρος, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ὑποδείξας, τῆς ἐπὶ τούτοις εὐδοξίας πρὸς πάντων δικαίως τυγχάνει.

Επεὶ δὲ καὶ χαρακτῆρές εἰσι τῶν λόγων τὰ καλούμενα πλάσματα (ὧν τὸ μὲν, ἁδρὸν, τὸ δ' ἰσχνὸν, τὸ δὲ, μέσον λέγεται) ἴδωμεν εἰ πάντα ἐςὶ παρ' ὁμήρῳ, τῶν μετ' αὐτὸν ποιητῶν ἢ λογογράφων ἐπιτηδευσάντων ἕν τι τούτων ἑκάςου, ὧν καὶ ἔςι παραδείγματα. Θουκυδίδου μὲν, τὸ ἁδρόν· λυσίου δὲ, τὸ ἰσχνόν· δημοσθένους δὲ, τὸ μέσον. Τὸ μὲν οὖν ἁδρὸν πλάσμα ἐκεῖνό ἐςι τὸ καὶ τῇ τῶν λέξεων, καὶ τῇ τῶν νοημάτων κατασκευῇ μεγάλας ἔχον ἐμφάσεις· οἷόν ἐςιν, Ὣς εἰπὼν, σύναγεν νεφέλας· ἐτάραξε δὲ πόντον, Χερσὶ τρίαιναν ἑλών· πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας Παντοίων ἀνέμων· σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον. ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ. Ἰσχνὸν δὲ, τὸ καὶ τῇ ὕλῃ τῶν πραγμάτων μικρὸν, καὶ τῇ λέξει κατισχνωμένον· οἷόν ἐςι τοῦτο, Ὣς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος ἕκτωρ. Ἂψ δ' ὁ παῖς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης, Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθεὶς, Ταρβήσας χαλκόν τ' ἠδ' αὖ λόφον ἱππιοχαίτην. Μέσον δὲ, τὸ ἑκατέρου τούτων μεταξυ,

ſtendit, ut, Hi candore nivem ſuperant, curſuque Aquilonem. Hujuſmodi tropis, & figuris Homerus uſus eſt, eaſque ad poſteros tranſmiſit, ut ob hæc ingentem gloriam ab omnibus meritò reportet.

Quandoquidem vero dicendi formæ ſunt, quæ genera vocantur (quorum aliud quidem uber, aliud gracile, aliud mediocre appellatur) videamus num omnia ea apud Homerum ſint, in quorum ſingulis ſinguli poetæ, & oratores poſt illum laboraverunt. Quorum & exempla ſunt. Thucydidis quidem copia, Lyſiæ gracilitas, & Demoſthenis mediocritas. Copioſum itaque genus illud eſt, quod & dictionum & ſententiarum apparatu, magnam emphaſin habet, ut eſt, Sic fatus, nebulas cogit, pulſatque tridente Tum mare, commovit Zephyris exinde procellas, Tellus ut ſimul & pontus tegerentur opacis Nubibus, ingrueretque polo nox undique cœca. Gracile autem, tum rerum materia puſillum, tum & dictione extenuatum eſt, cujuſmodi eſt hoc, Sic fatus, puerum amplexurus ſtrenuus Hector, Aſt is retro abiit, gremiumque petivit amatæ Nutricis clamans, faciem fugiebat & hujus, Dum ſtupet ob galeam æratam, criſtamque minacem. Medium autem inter utrumque iſtorum,

gracile videlicet & copioſum verſatur, ut, Veſtibus exuitur laceris conſultus Ulyſſes, Inſilit inque ſolum, retinens jacula, atque pharetram Confertam jaculis, jacula atque velocia fudit Ante pedes, faturque procis dein talia cunctis.

Quod autem & floridum dicendi genus (quod venuſtatem & gratiam ad delectandum, ac voluptate afficiendum, inſtar floris habet) frequens apud poëtam ſit, oratione non indiget; ſiquidem poëſis tali apparatu plena eſt. Atque dicendi quidem formæ talem apud Homerum variationem habent, qualem obiter oſtendimus, paucis adductis exemplis, ex quibus & reliqua deprehendere licet.

Quoniam vero omnis oratio, in qua homines ſe exercent, aut hiſtorica, aut civilis eſt, age videamus, num & harum initia apud iſtum ſint. Hiſtorica quidem oratio eſt, quæ rerum geſtarum narrationem continet. Cujuſlibet autem narrationis occaſiones ſunt, perſona, cauſa, locus, tempus, inſtrumentum, actio, affectio, modus; neque ulla hiſtorica narratio eſt, quin aliquid iſtorum complectatur. Ad hunc modum & apud poëtam [illegible] habet, dum multas res tanquam geſtas, aut tanquam gerantur, narrat. Nonnunquam verò & in ſingulis horum narrationes invenire licet.

ταξὺ, τοῦ μὲν, ἰσχνότερον, τοῦ δὲ, ἁδρότερον. οἷον, Αὐτὰρ ὁ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις Ὀδυσσεύς; Ἆλτο δ᾽ ἐπὶ μέγαν οὐδὸν, ἔχων βιὸν, ἠδὲ φαρέτρην, Ἰῶν ἐμπλείην, ταχέας δ᾽ ἐκχεύατ᾽ ὀϊςοὺς Πρόσθε ποδῶν, μετὰ δὲ μνηςῆρσιν ἔειπεν.

Ὅτι δὲ καὶ τὸ ἀνθηρὸν εἶδος τῶν λόγων ἐςὶ πολὺ παρὰ τῷ ποιητῇ, κάλλος ἔχον, καὶ χάριν ἐς τὸ τέρπειν καὶ ἥδειν, ὥς περ ἄνθος, τί ἄντις καὶ λέγοι; μεςὴ γάρ ἐςιν ἡ ποίησις τῆς τοιαύτης κατασκευῆς. ἡ μὲν δὴ τῆς φράσεως ἰδέα τοιαύτην ἔχει ποικιλίαν παρὰ τῷ ὁμήρῳ, οἵαν διήλθομεν, ὀλίγα παραδείγματα θέμενοι, ἐξ ὧν ἐςι καὶ τὰ ἄλλα κατανοεῖν.

Ἐπεὶ δὲ παντὸς τοῦ ἀσκουμένου παρ᾽ ἀνθρώποις λόγου, ὁ μέν τις, ἐςὶν ἱςορικὸς, ὁ δὲ, πολιτικὸς, φέρε θεασώμεθα εἰ καὶ τούτων εἰσὶν αἱ ἀρχαὶ παρ᾽ αὐτῷ. Ὁ μὲν δὴ ἱςορικὸς, ἐςὶν ὁ τῶν γεγονότων πραγμάτων ἔχων διήγησιν. πάσης δὲ διηγήσεως ἀφορμαὶ γίνονται, πρόσωπον, αἰτία, τόπος, χρόνος, ὄργανον, πρᾶξις, πάθος, τρόπος· καὶ οὐδὲν τούτων ἔξω ἐν ἱςορίᾳ περιέχει οὐδεμία διήγησις. οὕτως ἐςὶ παρὰ τῷ ποιητῇ πολλὰ πράγματα, ὡς γεγονότα, ἢ ὡς ὄντα διηγούμενα. ἐνίοτε δὲ καὶ ἐν ἑκάςῳ τούτων διηγήσεις εὑρεῖν ἐςι.

Προσώ-

Προσώπου μὲν, ὡς τὸ τοιόνδε. Ἦν δέ τις ἐν τρώεσσι δάρης ἀφνειὸς ἀμύμων, ἱρεὺς ἡφαίϛοιο· δύο δέ οἱ υἱέε ἤϛην, Φηγεὺς, ἰδαῖός τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης. καὶ ἐν οἷς εἴδη τινῶν διαγράφει, ὡς ἐπὶ τοῦ θερσίτου, Φολκὸς ἔην, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα. τὼ δὲ οἱ ὤμω Κυρτὼ, ἐπὶ ϛῆθος συνοχωκότε· αὐτὰρ ὕπερθε Φοξὸς ἔην κεφαλὴν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη, καὶ ἄλλα πολλὰ, ἐν οἷς ἢ εἶδος, ἢ τρόπον, ἢ πρᾶξιν, ἢ τύχην προσώπου διέξεισι πολλάκις· ὡς ἐν τούτοις, Δάρδανον ἂρ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα ζεύς, καὶ τὰ ἑξῆς.

Perſonæ quidem, ut eſt hujuſmodi, Dardanidas inter fuit ille Dares, locuples vir Integer, atque dei Vulcani myſta, duo cui Filioli, Phegeus, Idæus, uterque peritus Omnigenæ pugnæ. Et dum formas quorundam deſcribit, ut in Therſita, Strabus erat, clauduſque pedem, & gibboſus, acuto Vertice, cæſaries deſfloruit undique turpis. Et alia multa, in quibus aut ſpeciem, aut mores, aut actionem, aut fortunam ſæpicule proſequitur, ſicut in his, Dardanon altitonans genuit Saturnia proles, &c.

Τόπου δὲ ἐϛι παρ' αὐτῷ διήγησις, ὁποίαν περὶ τῆς νήσου τῆς γειτνιώσης τῇ τῶν κυκλώπων λέγει, ἐν οἷς τὸ εἶδος τοῦ τόπου διαγράφει, καὶ τὸ πηλίκον, καὶ τὸ ὁποῖον αὐτῇ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὰ παρ' αὐτῇ. καὶ περὶ τῶν παρακειμένων τῷ ἄντρῳ τῆς καλυψοῦς, Ὕλη δὲ σπέος ἀμφιπεφύκει τηλεθόωσα, Κλεῖθρη τ', αἴγειρός τε, καὶ εὐώδης κυπάρισσος. καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ μυρία ἄλλα τοιαῦτα.

Loci autem apud eum narratio eſt, qualem de inſula Cyclopum regioni vicina, commemorat, in quibus loci ſpeciem, diverſitatem, inſulæ qualitatem, quæ in illa, & quæ juxta illam ſunt; denique dum ea quæ Calypſonis antro adjacent, deſcribit, Speluncam circumdederat nemus undique pulchrum. Quippe alnus fragilis, clethra, & fragrans cypariſſus. Et cætera hujuſmodi innumera.

Χρόνου δὲ, οἷον, Ἐννέα δὴ βεβάασι διὸς μεγάλου ἐνιαυτοί. καὶ, Χθιζά τε, καὶ πρωΐζ' ὅτ' ἐς αὐλίδα νῆες ἀχαιῶν Ἠγερέθοντο, κακὰ πριάμῳ καὶ τρωσὶ φέρουσαι. αἰτίας δὲ ἐν οἷς ἐμφαί-

Temporis autem, veluti, Jamque novem magni Jovis anni præterierunt. Et, Hactenus appellunt quum naves Aulida Græcæ, Perniciem Priamo magnam, populoque ferentes. Cauſæ vero, in quibus o-

νει,

ſtendit; quapropter aliquid fiat, aut factum ſit, ut illa, quæ in Iliadis exordio dicta ſunt, Quis deus immiſit litem, ut contendat uterque? Haud dubie Phœbus, regi indignatus Atridæ, Is ſiquidem mittendo luem validam inter Achivos, Innumeros leto dedit, ob Chryſam violatum. Et reliqua. In his enim inimicitiæ inter Achillem & Agamemnonem, cauſam fuiſſe dicit peſtem; peſtis vero Apollinis iram; iræ autem contumeliam, qua Dei ſacerdos affectus erat.

Cæterùm opinionem de fato, in illis oſtendit perſpicuè, Fata ſua effugiet non quiſquam, ſive ſit ille Strenuus, ignavus, quum lucem aſpexerit almam. At inter alia, in quibus fati potentiam confirmat, ipſe quoque arbitratur (ſicut & probatiſſimi philoſophorum qui poſt eum viguerunt, Plato, Ariſtoteles, ac Theophraſtus) non omnia fato evenire, ſed aliquid etiam in hominibus eſſe ſitum, ut quibus libera ſit vo-

Τὴν δὲ περὶ τῆς εἱμαρμένης δόξαν δείκνυσιν ἐν ἐκείνοις σαφῶς, Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. καὶ ἐν οἷς ἄλλοις κρατύνει τὴν δύναμιν τῆς εἱμαρμένης. ἡγεῖται μέν τοι καὶ αὐτὸς, ὥσπερ καὶ μετ' αὐτὸν οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων, πλάτων καὶ ἀριστοτέλης καὶ θεόφραστος, οὐ πάντα καθ' εἱμαρμένην παραγίνεσθαι, ἀλλά τι καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις εἶναι, ὧν ὑπάρ

χειν μὲν τὸ ἑκούσιον. τούτῳ δέ πως συνάπτειν τὸ κατηναγκασμένον, ὅταν τὶς πράξας ὃ βούλεται, εἰς ὃ μὴ βούλεται ἐμπέσῃ. καὶ ταῦτα σαφῶς ἐν πολλοῖς δεδήλωκεν. ὥς τε καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἑκατέρας τῆς ποιήσεως, ἐν μὲν τῇ ἰλιάδι λέγων τὴν ὀργὴν τοῦ ἀχιλλέως αἰτίαν τῆς ἀπωλείας τῶν ἑλλήνων γενέσθαι, καὶ τότε τὴν διὸς βούλησιν ἐκτελεσθῆναι· ἐν δὲ τῇ ὀδυσσείᾳ, τοὺς ἑταίρους τοῦ ὀδυσσέως διὰ τὴν αὐτῶν ἀβουλίαν ὀλέθρῳ περιπεσεῖν. ἐξήμαρτον γὰρ ἁψάμενοι τῶν ἱερῶν τοῦ ἡλίου βοῶν, ἐξὸν ἀποσχέσθαι αὐτῶν. καὶ γὰρ ἦν προειρημένον, Τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάσῃς, νόσου δὲ μέδηαι, Καί κεν ἔτ' εἰς ἰθάκην κακά περ πάσχοντες ἵκοισθε· Εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον. οὕτως τὸ μὲν μὴ ἀδικῆσαι, ἐπ' αὐτοῖς· τὸ δὲ ἀδικήσαντας ἀπολέσθαι, ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀκόλουθον ἦν.

luntas. Huic autem neceſſitatem quodammodo conjungi, dum aliquis hoc quod cupit, agens, in id quod non vult, incidit. Atque hæc perſpicuè in multis declaravit, ut in utriuſque poëmatis exordio. In Iliade dicens, Achillis iram Grajis exitii cauſam fuiſſe, atque tum Jovis voluntatem completam eſſe. In Odyſſea verò, Ulyſſis ſocios propter temeritatem in perniciem incidiſſe. Deliquerant enim, dum ſacras Phœbi boves attigerant, quando ab eis abſtinere licuiſſet. Ad hunc enim modum prædictum erat, Has modo ſi vaccas dimiſeris ire quietè, Felicem reditum, quamvis jactatus, habebis, Lædere ſin tentes, facies impunè nec illud. Sic non violare, in ipſis ſitum, perire autem quum violaſſent, ex fato conſequens erat.

Ἔνεστι δὲ καὶ τὸ ἄλλως συμβαῖνον ἐκ προνοίας διαφυγεῖν. ὅπερ ἐν τούτῳ παρίστησιν, Ἔνθα δὲ καὶ δύστηνος ὑπὲρ μόρον ὤλετ' ὀδυσσεύς, Εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη. Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἐπεσσύμενος λάβε πέτρης, Τῆς ἔχετο στενάχων, εἵως μέγα κῦμα παρῆλθεν. ἐνταῦθα γὰρ ἐκ τοῦ ἐναντίου κινδυνεύων ὑπὸ τύχης ἀπολέσθαι, ἐκ προνοίας ἐσώθη.

Poſſumus autem & alio modo fortuita evitare per providentiam, id quod in hoc prætendit, Hic Laërtiades præter fatum periiſſet, Cæſia ni Pallas dea ſuggeſſiſſet, utraque Palma corriperet ſaxum cupidè, idque teneret, Donec ſpumoſum, tumidumque quieſceret æquor. Iſthîc enim è contrario periclitans, quantum ad fortunam, interierat, per providentiam autem ſervatus eſt.

Καθά-

Quemadmodum vero de divinis rebus multi & varii ſermones ſunt apud Philoſophos, qui pleraſque ſuorum decretorum occaſiones ex Homero acceperunt, ſic & de humanis rebus. Primùm autem de anima tradere conabimur. Inter placita ſanè Pythagoræ & Platonis, celeberrimum eſt, quod ſentiunt animam immortalem eſſe, cui & alas Plato rationem attribuit. Quis ergo iſtud primus decrevit? Homerus, qui inter alia & hæc dicit, Aſt anima ex membris volitat Plutonis in ædeis. In obſcurum inquam, & inconſpicuum locum, ſive quis hunc aëreum, ſive ſubterraneum exiſtimet. Atque in Iliade quidem Patrocli animam dormienti Achilli aſſiſtere fingit, Umbra Menœtiadæ viſa eſt mihi adeſſe miſelli. Sermocinationem quoque ei affingit, in qua inter alia hoc dicit, Me prohibent alii manes tranſmittere flumen. In Odyſſea vero quid aliud in omnibus funeribus demonſtrat, quàm quod animæ poſt mortem ſuperſtites ſint, & quum de ſanguine biberint, loquantur? Norat enim quod ſanguis, paſtus & cibus ſit ſpiritus, Spiritus vero ipſa anima, ſeu animæ vehiculum.

Καθάπερ δὲ περὶ τῶν θείων πολλοὶ καὶ ποικίλοι παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὰς πλείστας ἀφορμὰς ἐξ ὁμήρου λαβοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὧν πρῶτον περὶ τῆς ψυχῆς πειρασώμεθα. τὸ μὲν δὴ τῶν δογμάτων, πυθαγόρου καὶ πλάτωνος, γενναιότατόν ἐστι, τὸ εἶναι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, ᾗ καὶ πτερὰ τῷ λόγῳ προστίθησιν ὁ πλάτων. τίς οὖν τοῦτο πρῶτον ἀνεφώνησεν; ὅμηρος, εἰπὼν ἄλλά τε, καὶ ταῦτα, Ψυχὴ δ᾽ ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἄϊδός δε βεβήκει, εἰς τὸν ἀειδῆ καὶ ἀόρατον, εἴτε ἀέρα θείη τὶς, εἴτε ὑπόγειον τόπον. καὶ ἐν μὲν τῇ ἰλιάδι, ποιῶν τὴν τοῦ πατρόκλου ψυχὴν ἐφισταμένην κοιμωμένῳ τῷ ἀχιλλεῖ, Ἦλθε δ᾽ ἐπὶ ψυχὴ πατροκλῆος δειλοῖο· καὶ λόγους αὐτῷ περιτίθησιν, ἐν οἷς καὶ τοῦτο λέγει, Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων. ἐν δὲ τῇ ὀδυσσείᾳ, δι᾽ ὅλης τῆς νεκυίας τί ἄλλο ἢ τὰς ψυχὰς δείκνυσι μετὰ θάνατον διαμενούσας, καὶ φθεγγομένας ἅμα τῷ πιεῖν τοῦ αἵματος; καὶ γὰρ τοῦτο ᾔδει, ὅτι τὸ αἷμα νομὴ καὶ τροφή ἐστι τοῦ πνεύματος· τὸ δὲ πνεῦμα, ἐστιν αὐτὴ ἡ ψυχὴ, ἢ ὄχημα τῆς ψυχῆς.

Evidentiſſimè autem & illud oſtendit, quod exiſtimet hominem nihil aliud eſſe, quàm animum, in quibus ait, Tire-

Ἐναργέστατα δὲ κἀκεῖνο ἀπέφηνεν, ὅτι τὸν ἄνθρωπον οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν ψυχὴν νομίζει. ἐν οἷς λέγει, Ἦλθε δ᾽ ἐπὶ ψυχὴ θη-

βαίου τειρεσίαο, Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων. ἐπίτηδες γὰρ ἀπὸ τοῦ τῆς ψυχῆς ὀνόματος εἰς τὸ ἀῤῥενικὸν μετέβαλεν, ἵνα δείξῃ ὅτι ἡ ψυχὴ ἦν ὁ τειρεσίας. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς πάλιν, Τόνδε μετ', εἰσενόησα βίην ἡρακληείην Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι. καὶ γὰρ ἐν ταύτοις πάλιν ἐδήλωσεν, ὅτι τὸ μὲν εἴδωλον, ὅπερ ἦν ἀποπετασμένον τοῦ σώματος, οὐκέτι τῆς ἐκείνου ὕλης ἐφελκόμενον ἐφαντάζετο· τὸ δὲ καθαρώτατον τῆς ψυχῆς ἀπελθὸν, αὐτὸς ἦν ὁ ἡρακλῆς.

Ὅθεν κἀκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ εἶναι τὸ σῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον. καὶ τοῦτο δὲ ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε. τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων, ἀεὶ δέμας προσαγορεύει, ὡς ἐν τούτοις, Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν. καὶ, —— δέμας δ' ἤικτο γυναικί. καὶ, Ἤτοι ἐμὴν ἀρετὴν, εἶδός τε δέμας τε. τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν, οὐδὲν ἄλλο ἢ σῶμα καλεῖ, ὡς ἐν τούτοις, Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν. καὶ Σώματ' ἀκηδέα κεῖται ἐνὶ μεγάροις ὀδυσῆος. καὶ, Σῶμα γὰρ ἐν κίρκης μεγάρῳ κατελείπομεν ἡμεῖς. τὸ γὰρ αὐτὸ, ζῶντος μὲν τοῦ ἀνθρώπου, δεσμὸς ἦν τῆς ψυχῆς· τελευτήσαντος δὲ, ὥσπερεὶ σῆμα καταλείπεται.

Τούτῳ δὲ ἕπεται καὶ ἕτερον δόγμα τοῦ πυθαγόρου, τὸ μεταβαίνειν τὰς ψυχὰς τῶν τελευτη-

ſiæ Thebani animus deîn venerat ad me, Aurea ſceptra tenens. De induſtria namque fœmininum animæ nomen, in maſculinum ἔχων, id eſt habens, commutavit, ut oſtenderet, quod Tireſias eſſet animus. Atque in ſequentibus rurſus, Poſt hunc Amphitryoniadæ adverti ſimulacrum, Ipſus enim ſuperis agitat convivia læta. Etenim in his rurſus declaravit, ſimulacrum quod è corpore evolaſſet, non amplius ex illius materia attrahere adparére; puriſſimamque animæ partem quæ exceſſiſſet, ipſum fuiſſe Herculem.

Unde & illud philoſophis videtur, quod corpus animæ quodammodo ergaſtulum ſit. Atque hoc Homerus primus explicuit. Siquidem corpus viventium ſubinde δέμας, (quod à vinciendo nomen habet) nuncupat. Ut in iſtis, Non vinculum, neque naturam. Et, Vinculum autem ſimile erat mulieri. Et, Virtutemque meam, ſpeciemque & vincula noſtra. Cæterum id, quod animam exuit, non aliter quàm σῶμα, id eſt corpus, appellat, ut in his, σῶμα meum Priamo reddas, Hecubæque parenti. Et, Inſepulta jacent σώματα in Ulyſſis ædibus. Ædibus in Circes nos σῶμα reliquimus omnes. Idem namque corpus, dum viveret homo, animæ vinculum erat, eo autem defuncto, perinde ut monumentum relinquitur.

Huic verò & aliud Pythagoræ dogma conſentaneum eſt,

quod ſcilicet defunctorum animæ in alias corporum ſpecies tranſeant. Id quod nec Homerum latuit. Dum enim Hectorem, Antilochum, & Achillem equis colloquentem (imò non tantum colloqui, ſed etiam auſcultare) denique Ulyſſem prius à cane, quàm ab hominibus, adeoque familiaribus agnitum finxit, quid aliud quàm rationis commercium, & animæ cognationem inter homines, ac reliqua animantia inſinuat? Ad hæc qui Solis vaccas devoraverant, & ſibi exitium accerſiverant, argumento ſunt, quod non tantum boves, verumetiam reliqua animantia (quippè eandem vivendi naturam habentia) à Diis in precio habeantur.

σάντων εἰς ἑτέρας σωμάτων εἴδη. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο τῆς ὁμήρου διανοίας ἐκτός ἐστιν. ὁ γὰρ ποιήσας τὸν ἕκτορα τοῖς ἵπποις διαλεγόμενον, καὶ τὸν ἀντίλοχον, καὶ αὐτὸν τὸν ἀχιλλέα, καὶ μὴ ὅτι διαλεγόμενον, ἀλλὰ καὶ ἀκούοντα, καὶ τὸν κύνα πρὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν οἰκείων ἐπιγινώσκοντα τὸν ὀδυσσέα, τί ἄλλο ἢ τὴν κοινωνίαν τοῦ λόγου, καὶ συγγένειαν τῆς ψυχῆς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων παρίστησι; καὶ οἱ τὰς βοῦς τοῦ ἡλίου καταφαγόντες, καὶ ἐκ τούτων ὀλέθρῳ περιπεσόντες, ἐλέγχουσιν ὅτι οὐ μόνον βόες, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἄλλα ζῶα, ὡς τῆς αὐτῆς φύσεως ζωτικῆς μετέχοντα, τιμᾶται ὑπὸ τῶν θεῶν.

Mutatio autem ſociorum Ulyſſis in ſues, & ejuſmodi animalia, ſub verborum involucro ſignificat, quod imprudentium hominum animæ, in belluinorum corporum ſpecies mutentur, quum in univerſi orbicularem circumferentiam (quam Circen appellat) inciderint. Unde & meritò filiam Solis in Æxa inſula habitantem ponit, atque hanc ex eo ſic nuncupat, quod homines mortis cauſa lamententur, ac lugeant. At ille ipſe prudens vir Ulyſſes, ejuſmodi mutationem non eſt paſſus, quod à Mercurio, id eſt ratione, immutabilitatem ſumpſiſſet. Is autem ipſe etiam ad

Καὶ τὸ μεταβάλλειν δὲ τοὺς ἑταίρους τοῦ ὀδυσσέως εἰς σύας, καὶ τοιαῦτα ζῶα, τοῦτο αἰνίττεται, ὅτι τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων αἱ ψυχαὶ μεταλλάττουσιν εἰς εἴδη σωμάτων θηριωδῶν, ἐμπεσοῦσαι εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἐγκύκλιον περιφορὰν, ἣν κίρκην προσαγορεύει. καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς ἡλίου παῖδα ὑποτίθεται, οἰκοῦσαν ἐν τῇ αἰαίῃ νήσῳ. ταύτην δὲ ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, καὶ ὀδύρεσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐπὶ τοῖς θανάτοις, κέκληκεν. Ὁ δὲ ἔμφρων ἀνὴρ αὐτὸς ὁ ὀδυσσεὺς οὐκ ἔπαθε τὴν τοιαύτην μεταβολὴν, παρὰ τοῦ ἑρμοῦ (τουτέστι τοῦ λόγου) τὸ ἀπαθὲς λαβών. αὐτὸς

δὲ οὗτος καὶ εἰς ᾅδου κάτεισιν, ὥσπερεὶ καὶ λέγων χωρίζειν τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ θεατὴς ψυχῶν τῶν τε ἀγαθῶν καὶ φαύλων γιγνόμενος.

Αὐτὴν δὲ τὴν ψυχὴν οἱ ςωϊκοὶ ὁρίζονται πνεῦμα συμφυὲς, καὶ ἀναθυμίασιν αἰσθητικὴν, ἀναπτομένην ἀπὸ τῶν ἐν σώματι ὑγρῶν, ὁμήρῳ ἀκολουθήσαντες, λέγοντι, --- εἰσόκ' ἀϋτμὴ Ἐν ςήθεσσι μένῃ. καὶ πάλιν, --- ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἠΰτε καπνός. ἐν οἷς τὸ μὲν ζωτικὸν πνεῦμα, ἅτε ἔνικμον, ἀντιδιδοῖ· τὸ δὲ κατασβεννύμενον ἤδη, καπνῷ ἀπεικάζει. καὶ αὐτῷ δὲ τῷ τοῦ πνεύματος ὀνόματι κέχρηται ἐπ' αὐτῆς, ὡς εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν. καὶ, Θυμὸν ἀποπνείων. καὶ, Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο. καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη· τουτέςι τὸ πνεῦμα διεσπαρμένον συνελέξατο. καὶ, Αὖθις δ' ἀμπνύνθη· παρὰ δὲ πνοιὴ Βορέαο, Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. τοῦ γὰρ λειποθυμοῦντος τὸ πνεῦμα ῥιπίσασα ἡ ἔξωθεν πνοὴ συμφυὴς οὖσα, ζῶντα αὐτὸν κατέςησε. συναίρεται δὲ τῷ λόγῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ἐκτὸς πνεύματος τῷ τῆς ψυχῆς ὀνόματι κέχρηται, εἰπὼν, Ἦ κα εἰπεῖν ἀντιπνεύσασα.

Πλάτων δὲ καὶ ἀριςοτέλης τὴν ψυχὴν ἀσώματον εἶναι ἐνό-

inferos commeat, ut eſſet qui diceret, animam à corpore ſeparari, ideoque animarum cum bonarum, tum pravarum ſpectator fit.

Cæterum Stoici ipſam animam definientes, eſſe ſpiritum cognatum, & ſenſibilem exhalationem, quæ ex humani corporis humiditate emergat, Homeri veſtigiis inſiſtunt, cum inquit, Donec halitus in pectore manſerit. Et rurſus, Aſt animus ſubter tellurem fumus erat ceu. In quibus vivacem ſpiritum veluti vigentem facit, eum autem qui jam extinguitur, fumo comparat. Atque illo ipſo ſpiritus nomine pro anima uſus eſt, Fatus ita, inſpirat vim paſtori populorum. Et, animam exſpirans. Et, Reſpirans igitur, mentem in præcordia legit. Hoc eſt, ſpiritum diſtractum collegit. Et, Reſpirabat, ubi Boreæ flatus veniebat, Reſtituens animum, malè qui diſceſſerat inde. Nam externus flatus affinis exiſtens, ſuſcitato ejus ſpiritu, qui animo defecerat, vitæ eum reſtituit. Nec ratione caret, quod etiam pro externo flatu, animæ nomenclatura uſus eſt, dicens, Tranquillè admodum quando refrigeraſſet, nam dicere vult, quum reſpirare feciſſet.

μάλα ψύξασα· βούλεται γὰρ

Cæterum Plato & Ariſtoteles animam incorpoream eſſe

μισαν›

putaverunt, ſemper autem circa corpus verſari, atque hoc tanquam vehiculo indigere, propterea quod etiam dum à corpore liberatur, ſæpenumero veluti imaginem ſpiritualem ejus formæ induit, quæ corpori fuerat. Sic & Homerus nuſquam in poëſi deprehendetur, animæ corpus tribuere, ſed hoc quod anima privatum eſt, ſemper iſto nomine appellare, ut & in ſuperioribus quibuſdam meminimus.

μισαν, ἀεὶ δὲ περὶ σῶμα εἶναι, καὶ τούτου ὥσπερ ὀχήματος δεῖσθαι· διὸ καὶ, ἀπαλλασσομένην τοῦ σώματος, τὸ πνευματικὸν ἐφέλκεσθαι πολλάκις καθάπερ ἐκμαγεῖον, ἣν ἔσχε τῷ σώματι μορφὴν διαφυλάσσουσαν. οὕτως οὖν καὶ ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως εὑρεθήσεται σῶμα τὴν ψυχὴν καλῶν, ἀλλὰ τὸ ἐστερημένον ψυχῆς ἀεὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύει, ὡς καὶ τινων ἐν τοῖς πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν.

Cum vero anima (ut & philoſophis placet) duas potiſſimum partes habeat, unam rationalem, quæ capiti inſidet, alteram irrationalem, cujus pars quidem animoſa, in corde, cupiditas vero in præcordiis ſedem habet: an non Homerus hujus rei diſcrimen videbat, quando in Achille rationem cum iracundia pugnantem finxit, ac in eodem momento deliberantem, num ſe de eo, qui ipſum triſtitia affecerat, ulciſceretur, an iram ſedaret? Hactenus hæc animo volvens, ac mente volutans. Hoc eſt prudentiam, & ei oppoſitam furibundam iram, quam à prudentia ſuperari finxit. hoc namque ei Minervæ apparitio vult. Præterea etiam in aliis iracundiam per rationem admoneri finxit, atque hanc ceu principem ſubditæ imperare. Suſtine, namque prius mala multa & ſæva

Τῆς δὲ ψυχῆς ἐχούσης, ὡς καὶ τοῖς φιλοσόφοις δοκεῖ, τὸ μὲν, λογικὸν, ἐνιδρυμένον τῇ κεφαλῇ, τὸ δὲ, ἄλογον. καὶ τούτου, τὸ μὲν, θυμικὸν, ἐνοικοῦν τῇ καρδίᾳ· τὸ δὲ, ἐπιθυμητικὸν, ἐν τοῖς περὶ τὴν γαστέρα· ἆρ' οὖν οὐ πρότερος ὅμηρος εἶδε τὴν τούτου διαφορὰν, ὃς ἐποίησεν, ἐπὶ μὲν τοῦ ἀχιλλέως, τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ μαχόμενον, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ῥοπῇ διανοούμενον ἢ ἀμύνεσθαι τὸν λελυπηκότα, ἢ παῦσαι τὸν χόλον; Ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν. τουτέστι τὴν φρόνησιν, καὶ τὴν ἀντικειμένην αὐτῷ θυμικὴν ὀργὴν, ἧς τὴν φρόνησιν ἐπικρατοῦσαν πεποίηκε. τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἡ ἐπιφάνεια τῆς ἀθηνᾶς βούλεται. καὶ ἐν ἄλλοις δὲ ποιεῖ τὸν λογισμὸν τῷ θυμῷ παραινοῦντα, καὶ ὥσπερ ἄρχοντα τῷ ὑποτεταγμένῳ κελεύοντα, Τέτλαθι δὴ

κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλό ποτ' ἔτλης. καὶ πολλάκις μὲν τῷ λογισμῷ πείθεται τὸ θυμούμενον, ὡς ἐν τούτοις, Ὣς ἔφατ', ἐν στήθεσσι καθαπτόμενος φίλον ἦτορ· Τῷ δ' αὖτ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληκυῖα. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λυπούμενον, Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι φίλον δαμάσαντες ἀνάγκῃ. ἐνίοτε δὲ περιγενόμενον τὸν θυμὸν τοῦ λογισμοῦ παρίστησιν. ὅπερ οὐκ ἐπαινῶν, ἀλλὰ ψέγων φανερός ἐστιν· ὡς ὁ νέστωρ τῷ ἀγαμέμνονι τὴν εἰς τὸν ἀχιλλέα ὕβριν ὀνειδίζων, φησὶν, Οὔτι καθ' ἡμέτερόν γε νόον· μάλα γάρ τοι ἔγωγε Πόλλ' ἀπεμυθεόμην· σὺ δὲ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ Εἴξας, ἄνδρα φέριστον, ὃν ἀθάνατοί περ ἔτισαν, Ἠτίμησας. ὅμοια δὲ τούτοις καὶ ὁ ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν αἴαντα λέγει, Πάντα τί μοι κατὰ θυμὸν ἐείσαο μυθήσασθαι· Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνου Μνήσομαι, ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν ἀργείοισιν ἔρεξεν. οὕτω δὲ καὶ ὑπὸ φόβου ἐστὶν ὅτε ὁ λογισμὸς ἐξίσταται· ὅπου ἕκτωρ μὲν διανοεῖται ὑποστῆναι τὴν πρὸς τὸν ἀχιλλέα μάχην, Βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν· ὅττι τάχιστα Εἴδομεν ὁπποτέρῳ κεν ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ. εἶτ' ἀναχωρεῖ πλησίον γενομένου τοῦ ἀχιλλέως, Ἕκτορα δ' ὡς ἐνόησεν, ἕλε τρόμος. οὐδὲ γὰρ ἔτλη Αὖθι μένειν· ὀπίσω δὲ πύλας λίπε, βῆ δὲ φοβηθείς.

tuliſti. Sæpe etiam iracundia rationi obſequitur, Fatus erat poſtquam, ſua corda in pectore frenat, Factus erat rurſus tolerans, & corde quietus. Similiter & ægritudo, Hæc mala mittamus, quanquam ſint triſtia valdè, Pectoribus læti ponamus mente dolorem. Nonnunquam vero rationem ab iracundia ſuperari oſtendit, id quod non laudare, ſed vituperare videtur, ut quum Neſtor Agamemnoni contumeliam, qua Achillem affecerat, exprobrans inquit, Conſilio noſtro nequaquam, namque ego multis Diſſuaſi, ſed tu genio indulgere ſuperbo Malebas, fortemque virum contemnere, magno Qui ſuperis pretio fuerat, ſummoque in honore. His autem ſimilia Achilles quoque Ajaci loquitur, Omnia vera quidem dixiſti, proque decoro, At cor bile tumet, quando hujus cunque recordor, Qui me præ cunctis nihili modo fecit Achivis. Sic etiam eſt, quando præ timore ratio obſtupefit, ut cum Hector ſecum deliberat, an cum Achille congreſſurus ſit, Eſt ſatius multò ut Pelidæ congrediamur, Et videamus utrum faciat victoria clarum. Deinde ſecedens, ubi Achilles propius acceſſerat, Hectora, cum ſenſit, rapuit metus, ut fugeret mox, Linqueret ut poſt ſe portas, & mœnia Troiæ.

Manifeſtum vero & illud eſt, quod animi perturbationes circa cor conſtituat, iram quidem ad hunc modum, Cor autem ei intus latrabat. Ægritudinem verò, Lugens, atque dolens, laceras cur pectora chara? Metum vero, Exciderat que mihi cor charo pectore lugens. Subtus namque tremunt mihi membra celebria quondam. Porrò qua ratione metum, eâdem & audaciam juxta cor eſſe declarat, Indeſinens cor habet, Martem decernere ferro. Cæterum quando inter prædicta, Stoicis videtur, rationem tanquam principem in corde, cupiditatem vero circa præcordia eſſe ſitam, Homerus id cum in aliis multis, tum in his perſpicuum facit, Sed me venter ſtimulat maleficus. Et, Nondum avidum ventrem licet occultare volenti.

Ἔςι δὲ κἀκεῖνο δῆλον, ὅτι τὰ πάθη περὶ τὴν καρδίαν συνίςησιν· ὀργὴν μὲν, οὕτως, — κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. λύπην δὲ, — τέο μέχρις ὀδυρόμενος, καὶ ἀχεύων Σὴν ἔδεαι κραδίην. τὸν δὲ φόβον, — κραδίη δέ μοι ἔξω Στηθέων ἐκθρώσκει· τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον, ὥς περ τὸν φόβον, οὕτω καὶ θάρσος περὶ καρδίαν ἀποφαίνει, — ἐν δὲ σθένος ὦρσεν ἑκάςου Καρδίῃ ἄληκτον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων ἔδοξε τοῖς ςωϊκοῖς τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι περὶ καρδίαν. τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ὅπως περὶ γαςέρα, ἐν πολλοῖς διασαφεῖ, καὶ ἐν τούτοις, — ἀλλά με γαςὴρ Ὀτρύνει κακοεργός. καὶ, Γαςέρα δ' οὔπως ἐςὶν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν.

Præterea & cauſas eorum, quæ penes animoſam animæ partem ſunt, & à natura contingunt, pervidit. Quippe iram ex ægritudine naſci, & ſanguinis ac ſpiritus (qui in eo eſt) fervorem quendam eſſe demonſtrat, ut, Ægre ferens adeò, ut præcordia ſanguine plena, Utque micent oculi ſubitò velut ignea lampas. Pro ſpiritu namque *μένος*, id eſt, iram ponere videtur, eumque in iraſcentibus naſci & incendi exiſtimat. Porrò quum is rurſus in metuentibus perturbatur ac refrigeratur, horrorem, tre-

Καὶ τὰς αἰτίας δὲ τῶν περὶ τὸ θυμικὸν μέρος τῆς ψυχῆς, φύσεις συμβαινούσας κατεῖδε. τὴν μὲν ὀργὴν, ὑπὸ λύπης ἐγγινομένην, ζέσιν δὲ τὴν τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος οὖσαν ἐμφαίνων, ὡς ἐν τούτοις, Ἀχνύμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι Πίμπλαντ'· ὄσσε δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. μένος γὰρ τὸ πνεῦμα προσαγορεύειν ἔοικε, τοῦτο δὲ ἐγγίγνεσθαι, καὶ φλέγεσθαι ἐπὶ τῶν θυμουμένων οἴεται. πάλιν δὲ αὖ τὸ τῶν φοβουμένων πνεῦμα συγχεόμενον καὶ καταψυχόμενον,

τὰς

τὰς φρίκας καὶ τοὺς τρόμους ποιεῖ, καὶ τὰς ὠχριάσεις ἐν τοῖς σώμασι. πάντα γὰρ ταῦτα συμβαίνει ὑπὸ ψύξεως· ἡ μὲν ὠχρότης, ὅτι τοῦ θερμοῦ συντρέχοντος εἰς τὰ μέσα, τὸ ἔρευθος ἀπολείπει τὴν ἐπιφάνειαν· ὁ δὲ τρόμος, ὅτι ἐντὸς συνειλούμενον τὸ πνεῦμα ἀράσσει τὸ σῶμα· ἡ δὲ φρίκη, ὅτι πηγνυμένου τοῦ ὑγροῦ, αἱ τρίχες πιεζόμεναι ἀνίςανται. πάντα οὖν ταῦτα σαφῶς σημαίνει ὅμηρος. φησὶ γὰρ τὸ, χλωροὶ ὑπαὶ δείους. καὶ, χλωρὸν δέος ᾕρει. καὶ, τρομέει ὑπὸ φαίδιμα γυῖα. καὶ, Ὣς φάτο. σὺν δὲ γέροντι νόος χύτο. δείδιε δ' αἰνῶς· Ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔςαν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι. κατὰ ταῦτα οὖν καὶ τὸ ἐφοβήθη, ῥίγησε λέγει, καὶ τὸν φόβον κρυόεντα προσαγορεύει· ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου, θαλπωρὴν τὸ θάρσος, καὶ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα. τὰ μὲν οὖν φαῦλα πάθη τοῦτον διαιρεῖται τὸν τρόπον. πάλιν δὲ τῶν περὶ Ἀριςοτέλην ἀςεῖα πάθη ἡγουμένων τὴν νέμεσιν, καὶ τὸν ἔλεον, (τὸ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς δάκνεσθαι ἐπὶ τοῖς πλησίον, εἰ παρ' ἀξίαν εὐτυχοῦσι, νέμεσις καλεῖται· τὸ δὲ λυπεῖσθαι, εἰ παρ' ἀξίαν δυστυχοῦσιν ἔλεος λέγεται) ταῦτα καὶ ὅμηρος προσήκειν τοῖς ἀγαθοῖς νομίζει, ὅπου καὶ τῷ διὶ ἀνατίθησιν αὐτά. ποιεῖ γὰρ ἄλλα τε καὶ ταῦτα, Αἴαντος δ' ἀλέει-

morem, & palliditatem in corporibus generat, ſiquidem omnia iſta ex frigore oriuntur. Ac pallor quidem, quando calor in media ſe confert, ac rubor ſuperficiem deſerit. Tremor verò, quia dum ſpiritus intus conſtringitur, corpus tremefacit. Horror, quia concreſcente humore, pili dum premuntur, rigeſcunt. Omnia igitur iſtæc Homerus clarè innuit, cum inquit, Pallidi præ metu. Et, Pallidus metus corripiebat. Et, Membra tremunt mihi, fortia, claraque quondam. Et, Sic fatus, ſimulatque ſeni mens fuſa timore Obſtupuit, ſteteruntque comæ, & vix membra levabat. Ad eum igitur modum & pro timuit, friguit ait, & metum gelidum appellat. Contra autem pro audacia, & bona ſpe, confidentiam, quæ Græcis à calefaciendo, ſeu fervendo dicitur, uſurpat. Atque ad hunc modum vitioſos affectus diſcernit. Cæterum quum Ariſtoteles poſtea indignationem, ac miſericordiam pro elegantibus affectibus habeat (dum namque boni viri uruntur, quando alios præter meritum feliciter agere vident, indignatio vocatur, dum autem illis dolet, ſi quis præter dignitatem infeliciter agat, miſericordia dicitur,) Homerus quoque iſtæc ex bonorum virorum officio eſſe putat, ubi cum hæc, tum alia fingens Jovi attribuit, At Te-

lamone ſato pugnam detrectat inire, Jupiter, hocque facit, ſuperetur quo minus iſte. Et in aliis, Hunc miſeratur item fugientem mœnia circum.

Porrò quidnam Poëta de animi virtute & vitio ſentiat, in multis oſtendit. Cum enim una illius pars intelligens, & rationalis ſit, altera verò rationis expers, & affectui obnoxia, atque ob id homo medium quiddam inter Deum & belluam natus ſit, ſummam quidem virtutem, divinam, ſummum autem vitium, belluinum (ut & Ariſtoteles poſt eum) exiſtimat, atque hæc per ſimilitudines declarat. Semper enim bonos viros diis ſimiles, & conſilium Jove non indignum appellat. Inter malos vero, timidos fugacibus cervis, ovibus cuſtode carentibus, & leporibus fugientibus comparat. De iis autem, qui proclivè & incogitanter ira afficiuntur, ait, Pardi tanta fuit nunquam, non ira leonis, Apri, nonque capri fuit unquam pernitioſi, Dum furit, oſtentatque ſuum per pectora robur, Quanta tenet pueros Panthi, quibus haſta decora. Impotenter autem triſtantium luctus, luſciniæ querelis comparat, Involucres adimit quum pullos providus auceps. Quum igitur Stoici virtutem animi in tranquillitate ponunt, ea ſectari videntur, in quibus Homerus omnem affe-

νε μάχην τελαμωνιάδαο. Ζεὺς γάρ οἱ νεμεσᾶθ᾽ ὅτ᾽ ἀμείνονι φωτὶ μάχοιτο. καὶ ἐν ἄλλοις πάλιν οἰκτείρει τὸν αὐτὸν τρόπον, διωκόμενον περὶ τεῖχος.

Περὶ δὲ ἀρετῆς καὶ κακίας ψυχῆς ἣν ἔχει δόξαν ὁ ποιητὴς, ἐν πολλοῖς παρίστησιν. ἐπεὶ γὰρ τὸ μέν τι τῆς ψυχῆς, νοερὸν καὶ λογικόν ἐστι, τὸ δὲ, ἄλογον καὶ ἐμπαθὲς, καὶ διὰ τοῦτο μέσος θεοῦ καὶ θηρίου γέγονεν ἄνθρωπος, τὴν μὲν ἄκραν ἀρετὴν, θείαν ἡγεῖται, τὴν δὲ ἄκραν κακίαν, θηριωδίαν· ὡς ὕστερον ἀριστοτέλης ἐνόμισε. καὶ ταῦτα ἐμφανίζει ἐν ταῖς ὁμοιώσεσιν. ἀεὶ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ὀνομάζει θεοειδεῖς, καὶ διὶ μῆτιν ἀτάλαντον. τῶν δὲ φαύλων τοὺς μὲν δειλοὺς, φυζακινοῖς ἐλάφοισιν εἰκάζει, καὶ προβάτοις ἀσημάντοις, καὶ λαγωοῖς διωκομένοις· ἐπὶ δὲ τῶν προπετῶς καὶ ἀνοήτως ὑπὸ ὀργῆς φερομένων φησὶν, Οὔτ᾽ οὖν παρδάλιος τόσσον μένος, οὔτε λέοντος, Οὔτε συὸς, κάπρου τ᾽ ὀλοόφρονος, (οὗτε μάλιστα θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι περὶ σθένεϊ βλεμεαίνει) Ὅσσον πάνθου υἷες ἐϋμμελίαι φρονέουσι. τοὺς δὲ λυπουμένων ἐμπαθέστερον ὀδυρμοὺς, ἀηδόνων φωναῖς ἀπεικάζει, --οἷσί τε τέκνα Ἀγρόται ἐξείλοντο, πάρος πετεηνὰ γενέσθαι. οἱ μὲν οὖν στωϊκοὶ τὴν ἀρετὴν τίθενται ἐν τῇ ἀπαθείᾳ, ἐκείνοις ἑπόμενοι, ἐν

οἷς

οἷς πᾶν πάθημα ἀναιρεῖ, λέγων, περὶ μὲν λύπης, Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι, Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας. καὶ, Τίπτε δεδάκρυσαι πατρόκλεις ἠΰτε κούρη. περὶ δὲ ὀργῆς, Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο. περὶ δὲ τοῦ φόβου, Μή τι φόβον δ' ἀγόρευ', ἐπεὶ οὐδέ σε πεισέμεν οἴω. καὶ, — ὅς δέ κεν ὑμέων Βλήμενος ἠὲ τυπεὶς θάνατον καὶ πότμον ἐπίσπῃ, Τεθνάτω. οὕτως καὶ προκαλούμενοι εἰς μονομαχίαν, ἀφόβως ὑπακούουσι, καὶ πλείους ἀνθ' ἑνὸς ἀνίςανται. καὶ ὁ τετρωμένος, οὐδὲν ἧσσον ἔχει τὸ θάρσος παραμένον, ὥς που φησὶ, Νῦν δέ μ' ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς, εὔχεαι αὔτως. καὶ πᾶς ὁ γενναῖος ἀπεικάζεται λέοντι, ἢ κάπρῳ, ἢ χειμάῤῥῳ, ἢ λαίλαπι.

Οἱ δ' ἐκ τοῦ περιπάτου τὴν ἀπάθειαν ἀνέφικτον ἀνθρώπῳ νομίζουσι, τὴν δὲ μετριοπάθειαν εἰσάγοντες, τῷ τὴν ὑπερβολὴν τῶν παθῶν ἀναιρεῖν, μεσότητι τὴν ἀρετὴν ὁρίζονται. καὶ ὅμηρος ἀεὶ παράγει τοὺς ἀρίςους οὔτε ἀγενεῖς, οὔτε μὴν ἀφόβους, ἢ ἀλύπους παντελῶς, ἐν τῷ μὴ ἄγαν δὲ τοῖς πάθεσι κρατεῖσθαι, τῶν φαύλων διαφέροντας. Φησὶ γὰρ, Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ, Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι, ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός· Ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα

ctum tollit, ut quum de ægritudine ait, Quin ſepelitis eum quem non revocare poteſtis Ex Erebo, quamvis lachrymas fundatis acerbas. Et, Cur lachrymare Patrocle miſer, ceu mœſta puella. De ira verò, Lis utinam ſublata foret nobis, ſuperiſque. De timore autem, Ne quid fare metu, ſi vis ſuadere potenter. Et, Ictus perculſuſque, videns fatumque necemque, Magnanime occumbat ferro. Ad hunc modum & ii, qui ad ſingulare certamen provocabantur, intrepidè morem gerunt, imo plures pro uno aſſurgunt. Atque vulneratus haud minorem perſeverandi confidentiam habet, ut alibi inquit, Quid jactas quum planta pedis perſtricta ſit à te. Denique omnis generoſus comparatur leoni, apro, torrenti, aut turbini.

Porrò quum Peripatetici exiſtiment, homini impoſſibile, ut perturbationibus vacet, medioque quodam invento, virtutem mediocritate finiant, quæ illarum exceſſum tollat. Homerus etiam optimos quoſque, nec prorſus impotentes, nec intrepidos, nec dolore vacantes inducit, ut in hoc à malis differant, quod affectibus non nimium tenentur. Ait enim, Mutatur color ignavi, mens atque movetur Sede ſua, nutat, nec perſtat in ordine certo, Intus cor crepitat mul-

tum, formidine mortis, Dentes atque crepant, ſtriduntque timore, metuque. Porrò boni color eſt idem, nec protinus ira Afficitur validè. Perſpicuum namque eſt, quod, quum vehementiorem iram bono viro adimat, mediocrem ei relinquat. Idem & de ſimilibus affectibus, dolore videlicet ac ira, ſentiendum, cujuſmodi illud eſt, Membra Phrygum ſubiit vehemens tremor, Hectoris atque Magnanimum quamvis crepitat cor, pectore læto. Alii namque vel videndo contremiſcebant, hic vero quamvis in periculo conſtitutus, tamen fortis erat, & pugnæ duntaxat initium extimeſcebat. Unde aliter quidem Dolonem ac Lycaonem ſibi timentes fingit, aliter verò Ajacem & Menelaum terga dare, ac ſe pedetentim ſubducere, perinde ut leones, qui à ſtabulo repulſi ſunt. Eodem modo & dolentium diſcrimina commonſtrat, & delectantium ſimiliter. Sic Ulyſſes commemorans, quo pacto Cyclopibus impoſuerit, ait, Corde, ſinuque meo riſi, dum talia dicunt. Proci vero conſpecto mendico humi proſtrato, Applaudunt manibus, riſuque ferè emoriuntur. Porrò & in inferioribus rebus mediocritatis differentia apparet, ut dum Ulyſſes, tametſi uxorem ſuam diligeret, atque eam propter ipſum plorantem videret, nihilominus tamen ſe continet, Lumina conſtiterant ceu cornea, ferrea ſive hæc. Pro-

μεγάλα ϛέρνοισι πατάσσει Κῆρας ὀϊομένῳ· πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων· Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτέ τι λίην Ταρβεῖ. ἔυδηλον γὰρ ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ λίαν φοβεῖσθαι ὑφελὼν, τὸ μέτριον κατέλιπε. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων, λύπης τε καὶ ὀργῆς, χρὴ νοεῖν. τοιοῦτόν ἐϛι κἀκεῖνο, Τρῶας μὲν τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαϛον, Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ ϛήθεσσι πάτασσεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καὶ ὁρῶντες ἔτρεμον· ὁ δ' ἐν τῷ κινδύνῳ καθεϛὼς ἀνδρεῖος ὢν, μόνον ἠγωνία. ὅθεν ἄλλως μὲν ποιεῖ τὸν δόλωνα, καὶ τὸν λυκάονα φοβουμένους, ἄλλως δὲ τὸν αἴαντα καὶ τὸν μενέλαον, ἐντροπαλιζομένους, καὶ βάδην ὑποχωροῦντας, ὥσπερ ἀπωσαμένους ϛαθμοῦ λέοντας. ὡσαύτως δὲ καὶ λυπουμένων διαφορὰς ἐπιδείκνυσι, καὶ ἡδομένων ὁμοίως. ὥς περ ὁ μὲν ὀδυσσεὺς, διηγούμενος ὃν τρόπον τοὺς κύκλωπας ἐξηπάτησεν, ἔφη, — ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ. οἱ δὲ μνηϛῆρες, πεσόντα τὸν πτωχὸν ἰδόντες, Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον. φαίνεται δὲ ἐν κατωτέροις ἡ τοῦ μετρίου διαφορά. καὶ ὁ μὲν ὀδυσσεὺς τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐρῶν, καὶ κλαίουσαν ἐπ' αὐτῷ ὁρῶν, φέρει, Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕϛασαν, ἠὲ σίδηρος. τῶν δὲ μνηϛήρων τῆς αὐ-

τῆς ἐρώντων, τῶν θεασαμένων αὐτὴν — λύτο γούνατ᾽, ἔρῳ δ᾽ ἄρα θυμὸν ἔθελχθεν. Πάντες δ᾽ ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι. τοιαῦτα μέν ἐςι τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ περὶ ψυχῆς δυνάμεων, καὶ παθῶν.

Περὶ δὲ ἀγαθῶν καὶ εὐδαιμονίας πολλῶν εἰρημένων παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, τὸ μὲν τὴν ἀρετὴν τῆς ψυχῆς, μέγιςον εἶναι τῶν ἀγαθῶν, κατὰ πάντα συνέςηκεν. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ςωϊκοὶ τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη ἡγοῦνται πρὸς εὐδαιμονίαν, λαβόντες τὸ ἐνδόσιμον ἐκ τῶν ὁμηρικῶν τούτων, ἐν οἷς τὸν σοφώτατον καὶ φρονιμώτατον πεποίηκεν, ὑπὲρ εὐκλείας πόνου καταφρονοῦντα, καὶ ἡδονῆς ὑπερορῶντα· τὸ μὲν πρότερον, οὕτως, Ἀλλ᾽ οἷον τόδ᾽ ἔρεξε, καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ. Αὐτὸν μὲν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας, Σπεῖρα κάκ᾽ ἀμφ᾽ ὤμοισι βαλὼν, οἰκῆϊ ἐοικὼς, Ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πτόλιν. τὸ δεύτερον δὲ οὕτως, Ἦ μέν μ᾽ αὐτόθ᾽ ἔρυκε καλυψὼ δῖα θεάων, Ὣς δ᾽ αὔτως κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι· Ἀλλ᾽ ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ ςήθεσσιν ἔπειθεν. μάλιςα δὲ ἐν τούτοις τὴν τῆς ἀρετῆς δόξαν συνίςησιν, ἐν οἷς τὸν μὲν ἀχιλλέα ποιεῖ οὐ μόνον ἀνδρεῖον, ἀλλὰ καὶ κάλλιςον τὸ εἶδος, καὶ ποδωκέςατον, καὶ εὐγενέςατον, καὶ πατρίδος

ἐπι-

corum autem, qui eandem amabant, & ſuſpiciebant, Genua labaſcunt, mulcenturque cupidine cæco. Conjuge Penelope cupit atque potirier omnis. Hujuſmodi quidem apud poëtam ſunt de animæ viribus, & affectibus.

Cæterum quamvis multa à philoſophis de bonorum finibus, & felicitate ſint dicta; Tamen de hoc inter illos per omnia convenit, quod animæ virtus bonorum ſit maximum. At Stoici virtutem per ſeſe ad felicitatem ſufficere putant, anſa nimirum ex Homericis illis ſumpta, in quibus ſapientiſſimum, & prudentiſſimum quemque, gloriæ cauſa laboris patientem, ac voluptatis continentem finxit. Ac de priori quidem ſic, Quàm bene ſe geſſit fortis vir, ſuſtinuitque, Ipſum verberibus domuit, plagiſque cruentis. Inque humeros vili injecta quum fortè lacerna, Urbem inimicorum ingreditur, ſervo aſſimulatus. De poſteriori autem ad hunc modum, Sic itidem Circæ retinebar in ædibus altis, Conjugii tædas cuperet dum, meque maritum. Aſt animum potuit nequaquam flectere noſtrum. Quid autem de virtute ſentiat, ex his intelligere poſſumus, in quibus Achillem non ſolum fortem facit, verumetiam pulcherrima forma, pedibus perniciofiſſimis, generoſiſſimum, ex illuſtri patria oriun-

dum, deniquecui deorum maximus opem ferret: Ulyſſem verò prudentem, ac animo tolerantem, at in reliquis non admodum fortunatum, propterea quod ipſius ſtatura & vultus, reliquis dotibus non reſponderet, & quod haud ex illuſtribus parentibus, & patria obſcura ortus eſſet, denique quod Deum poſt Jovem ſecundum, infenſum haberet. Quæ tamen omnia eum nihil prohibebant, quo minus propter animi virtutem, nominis celebritatem aſſequeretur.

Cæterum Peripatetici animæ bonis (ut ſunt prudentia, fortitudo, temperantia, juſtitia) primas tribuunt. Corporis autem bonis (ut eſt ſalubritas, robur, pulchritudo, celeritas) ſecundas. Externis autem (ut eſt bona exiſtimatio, nobilitas, & opulentia) tertias. Laude namque & admiratione dignum exiſtimant, ſi quis virtutis præſidio munitus, doloribus, morbis, egeſtati, perplexis calamitatibus, aliiſque malis reſiſtat; at nec optabile, neque beatum. Si quis autem bonis ſapienter fruatur, eum revera beatum exiſtimant. Neque enim ſolam virtutis poſſeſſionem, verumetiam uſum, & efficaciam eſſe bonum quiddam. Quæ ſanè & Homerus perſpicuè oſtendit. Subinde namque deos bonorum datores fingit, quæ & homines ſibi à diis præſtari (utpote ipſis haud inutilia, neque indifferentia,

ἐπιφανοῦς, καὶ ὑπὸ τοῦ μεγίϛου τῶν θεῶν βοηθούμενον· τὸν δὲ ὀδυσσέα, συνετὸν μὲν καὶ καρτερὸν τῇ ψυχῇ, τὰ δὲ ἄλλα οὐχ ὁμοίᾳ τύχῃ κεχρημένον· ἡλικίας τε καὶ ὄψεως ὀυκ ἴσης, καὶ γονέων οὐ πάντη ὀνομαϛῶν, καὶ πατρίδος ἀδόξου, καὶ ἀπεχθόμενον ἑτέρῳ θεῷ· ὧν οὐδὲν ἐκώλυεν αὐτὸν εἶναι εὐκλεᾶ, τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν κεκτημένον.

Οἱ δ' ἐκ τοῦ περιπάτου πρωτεύειν μὲν τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ νομίζουσιν, οἷον φρόνησιν, ἀνδρείαν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην· δεύτερα δὲ εἶναι τὰ τοῦ σώματος, οἷον, ὑγίειαν, ἰσχὺν, κάλλος, τάχος· τρίτα δὲ, τὰ ἐκτὸς, οἷον εὐδοξίαν, εὐγένειαν, πλοῦτον. ἐπαινετὸν μὲν γὰρ εἶναι καὶ θαυμαϛὸν τὸ ἐν ἀλγηδόσι, καὶ νόσῳ, καὶ ἀπορίᾳ, καὶ συμφοραῖς ἀβουλήτοις, χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ τῆς ψυχῆς ἀντεχούσης τοῖς κακοῖς, οὐ μέντοι αἱρετὸν, οὐδὲ μακάριον. τὸ δ' ἐν ἀγαθοῖς νοῦν ἔχειν, τῷ ὄντι εὐδαιμον. οὐδὲ γὰρ τὴν κτῆσιν μόνην τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν χρῆσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν εἶναι καλόν. ταῦτα δὴ καὶ ὅμηρος δείκνυσιν ἄντικρυς. τοὺς μὲν γὰρ θεοὺς ἀεὶ ποιεῖ δοτῆρας ἑάων, τουτέϛι τῶν ἀγαθῶν, ἃ καὶ εὔχονται οἱ ἄνθρωποι παρέχειν αὐτοῖς τοὺς θεούς· ὀυκ ἀνωφελῆ δηλονότι ὄντα αὐτοῖς, οὐδὲ ἀδιά-

φορα, ἀλλὰ πρὸς εὐδαιμονίαν χρήσιμα.

Τίνα οὖν ἐςι τὰ ἀγαθὰ ὧν ἐφίενται οἱ ἄνθρωποι, καὶ δι' ἃ μακαρίζονται, ἐν πολλοῖς διασαφεῖ, ἅμα μὲν πάντα ἐπὶ τοῦ ἑρμοῦ, — οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸς, Πέπνυσαι δὲ νόῳ, μακάρων δ' ἔξεσσι τοκήων. μαρτυρεῖ γὰρ αὐτῷ κάλλος σώματος, καὶ φρόνησιν, καὶ εὐγένειαν. τὰ δὲ κατὰ μέρος, Τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἠνορέην ἐρατεινὴν Ὤπασσαν, καὶ θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων. δῶρον γάρ ἐςι καὶ τοῦτο τοῦ θεοῦ. Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισι.

Ποτὲ δὲ καὶ τὴν τιμὴν ἡγεῖται καλὸν, Τιοίμην δ' ὡς τίετ' ἀθηναίη καὶ ἀπόλλων. πῶς δὲ τὴν εὐπαιδίαν, Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖδα καταφθιμένοιο λιπέσθαι. πῶς δὲ τὴν τῶν οἰκείων ἀπόλαυσιν, Πέμπετέ με σπείσαντες ἀπήμονα· χαίρετε δ' αὐτοί. Ἤδη γὰρ τετέλεςαι ἅ μοι φίλος ἤθελε θυμὸς, Πομπὴ καὶ φίλα δῶρα, τά μοι θεοὶ οὐρανίωνες Ὄλβια ποιήσειαν· ἀμύμονα δ' οἴκοι ἄκοιτιν Νοςήσας εὕροιμι σὺν ἀρτεμέεσσι φίλοισιν. Ὑμεῖς δ' αὖθι μένοντες εὐφραίνοιτε γυναῖκας Κουριδίας καὶ τέκνα· θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσειαν Παντοίην, καὶ μή τι κακὸν μεταδήμιον εἴη.

Ὅτι δὲ ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συγ-

ſed ad felicitatem utilia) exoptant.

Quænam ergò bona ab hominibus expetantur, & ob quæ beati vocentur, in multis declarat; ac in Mercurio quidem ſimul univerſa fuiſſe, Corporis admiranda tua eſt ſpecies, ſapis atque Mente ſimul, ſatus es majorum ſtemmate claro. Teſtimonium namque ei de corporis pulchritudine, prudentia, & generoſitate perhibet. Singulatim verò ea memorat, Huic ſuperi formam dederant, & fortis ut eſſet. Et, Magnificas & opes dederat Saturnius almus. Donum enim & hoc dei eſt, Jupiter aſt ipſus tribuit mortalibus illud.

Nonnunquam verò & honorem inter bona recenſet, O utinam colerer, colitur ceu Pallas, Apollo. Nonnunquam vero prolis felicitatem, Eſtque bonum pueros moriendo relinquere juſtos. Aliquando autem, ſi quis familiaribus ſuis fruatur, Vos libate diis, genio indulgete frequenter, Hoſpitem abire ſinatis, ob id quod cuncta ſuperſunt Quæ mens noſtra cupit, deductio, charaque dona, Quæ mihi fortunent ſuperi precor, obſecro cuncti. Utque domi inveniam ſalvos cum conjuge amicos. Vos itidem teneras uxores, atque puellos Delectate domi, precor autem dii ſuperi ut dent Vobis cuncta bona, ut mala nec vos publica vexent.

(Quod vero in bonorum com-

paratione, vires divitiis præſtent, in his declarat, Dives erat, ſed enim bellator ceu timibunda Virgo fuit, ſtultè his fidens, quæ cauſa necis ſunt. Et, Gaudia nulla ferunt mi quamvis prædia lata. Denique quod prudentia, egregiæ formæ antecellat, Inferior forma eſt alius vir, ſed Deus iſtam Eloquio ſuavi decorat.

Ex prædictis ergo apparet, quod Homerus & corporis & fortunæ dotes, inter bona recenſet. Quod autem abſque his virtus ipſa per ſe ad felicitatem non ſufficiat, in illis declarat, in quibus duos viros ad virtutis ſummum contendentes ponens, Neſtorem & Ulyſſem, ab aliis quidem hominibus differentes finxit, inter ſeſe autem (quantum ad prudentiam, fortitudinem, & dicendi facultatem attinet) ſimiles, in fortunæ autem dotibus non itidem, propterea quod dii Neſtorem abunde felicem reddiderant, ſive dum naſceretur, ſive in conjugio verſaretur, quodque illi dederant ſumma cum opulentia magnificis in ædibus ſeneſcere, denique, Quod juvenes illi ſapidos, belloque feroces. Ulyſſem vero (quanquam conſultus, ſolers, ac prudens eſſet) infelicem ſæpenumero appellat. Et hoc ideo, quod ille celeri & tuta navigatione, hic verò diuturnis erroribus, laboribus, & periculis innumeris exantlatis, in patriam redierit. Adeò optabile

κρίσει, τοῦ πλούτου κρεῖσσόν ἐστιν αὐτὸ τὸ δύνασθαι, δηλοῖ διὰ τούτων, Ὅς καὶ χρυσὸν ἔχων, πόλεμονδ' ἴεν ἠύτε κούρη, Νήπιος, οὐδέ τι οἱ τόδ' ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον. καὶ, Ὡς οὔ τοι χαίρων, τοῖσδε κτεάτεσσιν ἀνάσσω. καὶ ὅτι τὸ φρονεῖν, τοῦ καλοῦ εἴδους ἄμεινον. Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ· Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει.

Δῆλον μὲν οὖν ὅτι καὶ τὰ περὶ σῶμα καὶ τὰ ἐκτὸς εὐτυχούμενα, ἀγαθὸν νομίζει· ὅτι δὲ ἄνευ τούτων οὐκ ἔστιν αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ μόνη πρὸς εὐδαιμονίαν, ἐν ἐκείνοις παρίστησι· δύο γὰρ ἄνδρας εἰς τέλος ἀρετῆς ἥκοντας ὑποθέμενος, τὸν νέστορα καὶ τὸν ὀδυσσέα, καὶ τῶν μὲν ἄλλων διαφέροντας, ἀλλήλοις δὲ ὁμοίους φρονήσει καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ λόγων δυνάμει, οὐκέτι ὁμοίους ἐν ταῖς τύχαις πεποίηκεν, ἀλλὰ τῷ μὲν νέστορι τοὺς θεοὺς ὄλβον ἐπικλῶσαι, γαμέοντί τε, γεινομένῳ τε· αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηρασκέμεν ἐν μεγάροισιν, υἱέας αὖ πινυτούς τε καὶ ἔγχεσιν εἶναι ἀρίστους. τὸν δὲ ὀδυσσέα, καίπερ πολύμητιν ὄντα, καὶ ἀγχίνοον, καὶ ἐχέφρονα, ἀποκαλεῖ δύστηνον πολλάκις. καὶ γὰρ τὸν μὲν, ἐς τὴν ἀνακομιδὴν πλεῦσαι ταχέως καὶ ἀσφαλῶς· τὸν δὲ πλανηθῆναι χρόνῳ πολλῷ, καὶ πόνους, καὶ κινδύνους ὑπομένειν ἀεὶ μυρίους. οὕτως αἱρετὸν καὶ μακάριον

καίριόν ἐστιν, ὅταν τῇ ἀρετῇ συναιρομένη, καὶ μὴ ἀντιπράττουσα ἡ τύχη παρῇ.

Πῶς δὲ ἡ κτῆσις τῆς ἀρετῆς οὐδέν ἐς' ὄφελος ἂν μὴ καὶ ἐνεργῇ, φανερὸν ἐκ τούτων, ὅπου ὁ μὲν πάτροκλος ἐπιπλήσσων τῷ ἀχιλλεῖ, λέγει, Αἰναρέτη, τίς σευ ἄλλος ὀνήσεται ὀψίγονός περ, Αἴκε μὴ ἀργείοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς. οὕτω γὰρ προσεῖπε τὸν τῇ ἀπραξίᾳ ἀνωφελῆ ποιοῦντα τὴν ἀρετήν. ὁ δὲ ἀχιλλεὺς, τὴν ἀπραξίαν ταύτην ὀδυρόμενος, φησὶν, Ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, Τοῖος ἐὼν οἷος οὔτις ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων. ἄχθεται γὰρ ὅτι τὴν ἀρετὴν κεκτημένος, οὐ κέχρηται αὐτῇ, ἀλλὰ μηνίων τοῖς ἀχαιοῖς, Οὔτέ ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν, Οὔτέ ποτ' ἐς πόλεμόν γ', ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ, Αὖθι μένων· ποθέεσκε δ' ἀϋτήν τε πτόλεμόν τε. καὶ γὰρ οὕτως ὁ φοῖνιξ ἐπαίδευε, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων· ὅθεν καὶ τεθνεὼς ἄχθεται τῇ ἀπραξίᾳ, λέγων, Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. καὶ ἐπιφέρει τὴν αἰτίαν, Οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγὸς ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο, Τοῖος ἐὼν οἷος ποτ' ἐνὶ τροίῃ εὐρείῃ.

ac beatum eſt, ſi quando fortuna virtuti auxilio, non obſtaculo fuerit.

Cæterum quo pacto virtutis poſſeſſio nihil proſit, niſi & agendo efficax ſit, ex his patet, in quibus Patroclus Achillem objurgando, ait, eum virtute ſua aliis perniciem accerſere, Quem fructum ex virtute tua cœpiſſe minores Dicent, quum Danais non tanta pericula pulſes? Sic enim eum alloquitur, qui virtutem inertia ſua inutilem reddebat. Ipſe quoque Achilles hanc inertiam deplorans ait, Sed ſedeo ad naves, telluris inutile pondus, Militibus præſtem Danais quanquam, ducibuſque. Dolet enim quod virtute præditus, ea non eſſet uſus, ſed Græcis indignando, Concilium clarum nunquam decoraret Achivûm, Atque manens inibi, cor dilectum maceraret, Prælia iniqua precans Danais, ſævumque tumultum. Phœnix namque ad hunc modum illum erudierat, Ut bene dicendi gnarus fieret, bene agendi. Unde & vita functus inertia illa offenditur, dicens, Maluerim quamvis nihili ſervire colono, Cui tenuis victus, quàm manibus hiſce præeſſe. Et cauſam ſubjungit, Sole carens etenim nunc, non ſum talis, ut olim, Mœnia dum Phœbi vaſtaret Achiva juventus.

Ἔτι

Præterea Stoici dicentes, bonos viros diis amicos eſſe, ab Homero id mutuati ſunt, qui ſuper Amphiarao inquit, Jupiter ex animo hunc dilexit, Apolloque Phœbus. Et de Ulyſſe, Gaudebatque Minerva viro juſto, ſapienti. Eſt autem eorundem philoſophorum & hoc placitum, virtutem eſſe docibilem, quippe quæ pro initio generoſitatem habeat (quod & Homerus ſenſit, dum inquit, Eſt talis genitor tibi, nam prudentia dicis) & per diſciplinas ad ſummum deducatur.

Ἔτι τοίνυν οἱ ςωϊκοὶ φίλους θεῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀποφαίνοντες, παρ' ὁμήρου καὶ τοῦτο ἔλαβον, λέγοντος ἐπὶ τοῦ ἀμφιαράου, Ὃν περὶ κῆρι φίλει ζεὺς αἰγίοχος καὶ ἀπόλλων. καὶ ἐπὶ τοῦ ὀδυσσέως, Χαῖρε δ' ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ. ἔςι δὲ τῶν αὐτῶν φιλοσόφων δόγμα, καὶ τὸ διδακτὴν εἶναι τὴν ἀρετὴν, ἔχουσαν μὲν ἀρχὴν τὴν εὐγένειαν· (ὃ καὶ ὅμηρός φησι, Τοίου γὰρ καὶ πατρὸς, ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις) ὑπὸ δὲ παιδείας εἰς τὸ τέλειον προαγομένην.

Recta namque vita virtutis ſcientia eſt, hoc eſt, ea facere quæ rectè victuros decent. Hæc igitur apud Homerum quoque ſunt; dicit enim, Dum puer ignarus linguæ, belli que cruenti. Et in aliis, Non animus juſſit, quia fortis, ſtrenuus atque. Et Phœnix de Achille inquit, Idcirco præmiſſus eram, hæc ut cuncta docerem, Ut bene dicendi gnarus fieres, bene agendi. Nam quum vita & ex dictis, & factis conſtet, ideo ſe præceptorem adoleſcentis in illis fuiſſe ait. Atque ita ex jam dictis nimirum patet, quod quamlibet virtutem doceri poſſe oſtendat. Ad hunc igitur modum Homerus cum in moralibus, tum naturalibus, philoſophatur.

Ἔςι γὰρ ἀρετῆς ἐπιςήμη τὸ ὀρθῶς βιοῦν· τουτέςιν, ὧν τοὺς εὖ βιωσομένους πράσσειν προσήκει. καὶ ταῦτα οὖν ἔςι παρ' ὁμήρῳ. λέγει γὰρ, Νήπιον, οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο, Οὐδ' ἀγορέων. καὶ ἐν ἄλλοις, Οὐδέ με θυμὸς ἄνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλός· καὶ ὁ φοῖνιξ φησὶν ἐπὶ τοῦ ἀχιλλέως, Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα, Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων. ἐπεὶ γὰρ ὁ βίος ἐκ πράξεων καὶ λόγων συνέςηκε, τούτων φησὶ διδάσκαλον ἑαυτὸν τοῦ νεανίσκου γεγονέναι. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων δῆλον ὅτι πᾶσαν ἀρετὴν ἀποφαίνει διδακτήν. οὕτω μὲν οὖν πρῶτος ὅμηρος ἔν τε ἠθικοῖς καὶ φυσικοῖς φιλοσοφεῖ.

Cæterum eidem contempla-

Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς θεωρίας

καὶ ἀριθμητικὴ, καὶ μουσικὴ, ἃς καὶ πυθαγόρας διαφερόντως ἐτίμησεν. ἴδωμεν οὖν εἰ καὶ τούτων ἐςὶ παρὰ τῷ ποιητῇ λόγος. ἀλλὰ μὴν πλεῖςος· ὀλίγα δὲ ἐκ πολλῶν παρατεθέντα ἐξαρκέσει. ὁ γὰρ πυθαγόρας τοὺς ἀριθμοὺς μεγίςην δύναμιν ἔχειν ἡγούμενος, καὶ πάντα εἰς ἀριθμοὺς ἀναφέρων, τῶν τε ἄςρων τὰς περιόδους, καὶ τῶν ζώων τὰς γενέσεις, δύο τὰς ἀνωτάτω ἀρχὰς ἐλάμβανε, τὴν μὲν ὡρισμένην, μονάδα, τὴν δὲ ἀόριςον, δυάδα καλῶν· τὴν μὲν, ἀγαθῶν, τὴν δὲ, κακῶν οὖσαν ἀρχήν. ἡ μὲν γὰρ τῆς μονάδος φύσις ἐγγενομένη, τῷ μὲν περιέχοντι εὐκρασίαν, ψυχαῖς δὲ ἀρετὴν, σώματι δὲ ὑγείαν, πόλεσι δὲ καὶ οἴκοις, εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν παρέσχε. πᾶν γὰρ ἀγαθὸν, συμφωνίας οἰκεῖον ἐςιν. ἡ δὲ τῆς δυάδος, πᾶν τοὐναντίον, ἀέρι χειμῶνα, ψυχαῖς κακίαν, σώμασι νόσους, πόλεσι δὲ καὶ οἰκίαις ςάσεις καὶ ἔχθρας ἐγέννησε. πᾶν γὰρ κακὸν ἐκ διαςάσεως καὶ διαφορᾶς γίνεται. ὅθεν καὶ τῶν ἐφεξῆς ἀριθμῶν τὸν μὲν ἄρτιον, ἐνδεᾶ καὶ ἀτελῆ· τὸν δὲ περισσὸν, πλήρη τε καὶ τέλειον ἀπέφηνεν, ὅτι μιγνύμενός τε πρὸς τὸν ἄρτιον, ἀεὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν διασώζει, τοῦ περισσοῦ καὶ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦντος. ἑαυτῷ τε συντιθέμενος γεν-

tioni proximæ ſunt Arithmetica & Muſica, quas & Pythagoras præ aliis coluit. Videamus ergò num & harum mentio apud poëtam ſit; imò vero plurima eſt. Pauca autem ex multis exemplis adducta ſufficient. Quum itaque Pythagoras exiſtimaret, numeros maximam vim obtinere, omniaque ad numeros referret, cum ſiderum meatus, tum animantium generationes; duo ſuprema principia ponebat, unum finitum, quod unitatem, alterum infinitum, quod dualitatem appellabat, ita ut illa bonorum, hæc autem malorum initium eſſet. Unitatis enim natura cœlo (quod omnia complectitur) inſita, temperiem, animis virtutem, corpori ſanitatem, urbibus & ædibus pacem & concordiam ſuppeditat. Quicquid enim bonum eſt, cum concordia familiaritatem habet. Dualitatis omnia contraria ſunt. Aëri namque tempeſtatem, animabus vitioſitatem, corporibus morbos, urbibus & domibus ſeditiones ac inimicitias procreat. Omne namque malum ex diſcordia & diſſidio naſcitur. Unde & quemvis parium numerorum inopem ac imperfectum, imparem verò & plenum & abſolutum demonſtrat, propterea quod dum pari miſcetur, ſubindè vim ſuam obtinet. Neque in hac ſolum parte ſuperior eſt impar, verumetiam ſibi additus, parem nu-

merum generat. Fœcundus namque eſt, originis ſuæ vim retinet, ac diviſionem non recipit, unitate ſemper in ipſo excellente. Par autem ſibi additus, imparem nec producit, nec indiviſibilis eſt. Ergo & Homerus unitatis naturam in boni conditione, ac dualitatis in mali, ponere videtur, quando ſæpe bonum virum ἐνηέα, *manſuetum*, & manſuetudinem ita ab unitate appellat, afflictionem verò à dualitate, cum inquit, Convenit haud multos regnare, ſed unus erit rex. Et, Bifariam bello, nec pace loquantur Achivi, Una ſed his ſit mens, ac conſultent ſapienter. Subinde autem impari numero, tanquam præſtantiore utitur. Etenim totum mundum quinque partibus conſtare fingens, tres harum in medio exiſtentes dividit, Tripliciter ſunt ſecta, data & ſua portio cuique. Eam ob cauſam Ariſtoteles quinque elementa poſuit, utpote impari ac perfecto numero ubique dominante. Præterea & Diis cœleſtibus imparia diſtribuit. Neſtor enim Neptuno novies novem tauros ſacrificat. Et Tireſias Ulyſſem immolare jubet arietem, porcorum cuſtodem. At Achilles in Patrocli exequiis non niſi paria immolabat, nempe quatuor equos, duodecim ſtrenuos magnanimorum Trojanorum filios, ac novem ca-

νᾷ τὸν ἄρτιον. γόνιμος γάρ ἐςι, καὶ ἔχει δύναμιν ἀρχῆς, καὶ διαίρεσιν οὐκ ἐπιδέχεται, ἀεὶ τῆς μονάδος ἐν αὐτῷ περιούσης. ὁ δὲ ἄρτιος οὔτε γεννᾷ ποτε τὸν περισσὸν, συντιθέμενος ἑαυτῷ, οὔτέ ἐςιν ἀδιαίρετος. καὶ ὅμηρος τοίνυν τήν τε τοῦ ἑνὸς φύσιν ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ, καὶ τὴν τῆς δυάδος ἐν τῇ τοῦ κακοῦ τιθεὶς φαίνεται πολλάκις, ἐνηέα τὸν ἀγαθὸν λέγων πολλάκις, καὶ ἐνηείην τὴν τοιαύτην διάθεσιν· δύην δὲ, τὴν κάκωσιν. καὶ ὅτι, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔςω. καὶ, Μήτε ἐν πολέμοις δίχα βάζειν, μηδ᾽ ἐνὶ βουλῇ. Ἀλλ᾽ ἕνα ἔχοντες νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν. ἀεὶ δὲ τῷ περισσῷ ἀριθμῷ χρῆται ὡς κρείσσονι. καὶ γὰρ τὸν σύμπαντα κόσμον πέντε μοίρας ἔχοντα ποιῶν, τὰς τρεῖς τούτων οὔσας μέσας διαιρεῖ, Τριχθὰ δὲ πάντα δέδαςαι, ἕκαςος δ᾽ ἔμμορε τιμῆς. διὸ καὶ ἀριςοτέλης, πέντε εἶναι τὰ ςοιχεῖα ἐνόμισεν, ὡς τοῦ περισσοῦ καὶ τελείου ἐν παντὶ τὸ κράτος ἔχοντος. καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις δαίμοσι τὰ περισσὰ ἀπονέμει. Ὅ,τε γὰρ νέςωρ ποσειδῶνι θύει ἐννεάκις ἐννέα ταύρους. καὶ τὸν ὀδυσσέα θύειν κελεύει ὁ τειρεσίας Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ᾽ ἐπιβήτορα κάπρον. ὁ δὲ ἀχιλλεὺς τῷ πατρόκλῳ ἐναγίζει πάντα ἄρτια, ἵππους μὲν τέσσαρας, δώδεκα δὲ τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς· καὶ ἐννέα κυ-

νῶν ὄντων, τοὺς δύο ἐμβάλλει τῇ πυρᾷ, ἵνα τοὺς ἑπτὰ ἑαυτῷ ἀπολίπηται. καὶ ἐν πολλοῖς, τῷ τῶν τριῶν, καὶ πέντε, καὶ ἑπτὰ ἀριθμῷ χρῆται. μάλιςα δὲ τῷ τῶν ἐννέα, Ὧς νείκεσσ᾽ ὁ γέρων· τοὶ δ᾽ ἐννέα πάντες ἀνέςαν. καὶ, Ἐννέωροι γάρ τοί γε, καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν Εὖρος· ἀτὰρ μῆκός τε γενέσθην ἐννεόργυιοι. καὶ, Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ ςρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο. καὶ, Ἐννῆμαρ ξείνισσε, καὶ ἐννέα βοῦς ἱέρευσε. τί δή ποτ᾽ οὖν ἐςὶν ὁ τῶν ἐννέα ἀριθμὸς τελειότατος; ὅτι ἐςὶν ἀπὸ τοῦ πρώτου περισσοῦ τετράγωνος, καὶ περισσάκις περισσὸς, εἰς τρεῖς διαιρούμενος τριάδας· ὧν ἑκάςη πάλιν εἰς τρεῖς μονάδας διαιρεῖται.

nes, quorum duos in pyram injicit, ut ſeptem ſibi relinqueret. Ad hæc in multis ternario, quinario, & ſeptenario utitur, præcipue autem novenario, Sic jurgans ſenior, ſurguntque viri inde noveni. Et, Novenales enim hi. Et, Novem cubitorum latitudo erat, longitudoque novem ulnarum. Et, Perque novem ſoles graſſatur peſtis iniqua. Et, Novem diebus hoſpitaliter tractavit, novemque boves ſacrificavit. Cur nam igitur novenarius numerus perfectiſſimus eſt? quia à primo impari quadratus eſt, & impariter impar, dum in tres terniones dividitur, quorum ſinguli rurſus in tres unitates ſecantur.

Οὐ μόνον δὲ τὴν δύναμιν τῶν ἀριθμῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν λογιςικὴν μέθοδον ὑπέδειξεν, ἐν μὲν τῷ καταλόγῳ ποιήσας, Τῶν μὲν πεντήκοντα νέες κίον· ἐν δὲ ἑκάςῃ Κοῦροι Βοιωτῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι βαῖνον. καὶ πάλιν, Πεντήκοντ᾽ ἔσαν ἄνδρες. ἐξ ὧν λογίζεσθαι πάρεςιν, ὅτι τῶν νεῶν πασῶν οὐσῶν ἐγγὺς χιλίων διακοσίων, καὶ ἐχουσῶν ἐξ ἑκατὸν ἀνδρῶν, ὁ σύμπας ἀριθμὸς, δώδεκά που μυριάδων γίνεται· πάλιν δὲ ἐπὶ τῶν Τρώων φήσας, Χίλι᾽ ἄρ᾽ ἐν πεδίῳ πυρὰ καίετο· πὰρ δὲ ἑκάςῳ εἵατο πεντήκοντα, παρέχει λογίζεσθαι, ὅτι ἦσαν πεντα-

Non ſolum autem numerorum vim, ſed & compendiariam computandi viam demonſtravit. Ut quum in navium catalogo inquit, Harum quidem urbium quinquaginta naves ibant, in quarum ſingulis, ſinguli centeni & vigeni Bœotii erant. Et rurſus, quinquaginta erant viri. Unde ratiocinandi occaſionem præbet, quod cum omnes naves fermè mille ducentæ forent, ac centeni ſinguli ſingulis præeſſent, univerſus numerus centum viginti millium ſurgat. Rurſus autem dum de Trojanis locutus, inquit, Mille autem pyræ in campo ardebant, ac juxta ſingulas quinquageni erant viri calculandi occaſionem dat,

κις

quod quinquies decem millia abſque ſociis fuerint.

Cæterum Muſicam animæ familiariſſimam (eo quod harmonia ex diverſis initiis temperata eſt) & quod cantibus ac rhythmis animos ipſorum diſſolutos intenderet, eorundemque vehementiam remitteret, Pythagorici ſtudioſè coluerunt, ac Homerus ante ipſos. Laudibus namque eam (ubi de Sirenibus agit) proſequitur, quibus & hoc epilogi vice addit, Delectatus abit, multa atque celebria noſcens. Alibi verò in conviviis citharam recipit, ut apud Procos, Nam ſuperi cœnis citharam fecere ſodalem. Et apud Alcinoum citharœdus egregium carmen meditabatur. Præterea in nuptiis tibiæ, citharæque ſonabant. Ac inter vindemiæ opera puer ſonora cithara, jucundum quiddam citharizabat, & ad chordam ſuaviter ſuccinebat. Inſuper in bello, tibiarum, fiſtularumque ſonum audiri narrat. Nihilo tamen ſecius & ad luctus Muſicam recipit, ubi lamentationum præludentes cantores fingit, utpote quod modorum facilitate, animi difficultatem provocet.

κις μύριοι, ἄνευ τῶν συμμάχων.

1 Nullus hîc ſenſus, niſi pro *ὕδραν* legas *ἀϊδρείαν*, aut alterius vitii nomen. Geſn.

2 Vide verſum 368. Il. Θ.

σοφίαν ὑπαινίττεται. τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς λογικὸν, τὸ δὲ φυσικὸν, τὸ δὲ ἠθικὸν ὀνομάζεται. ταῦτα δ' ὥςπερ [1] ἀφ' ἑνὸς ἐκπεφυκότα τριχῇ κατὰ τὴν κεφαλὴν μερίζεται.

Περὶ μὲν δὴ τῶν ἄλλων, ὥς περ εἶπον, ἄθλων ἐν συντόμῳ δεδήλωται. [2] τετρωμένην δ' ὅμηρος ὑπεςήσατο τὴν ἥραν, τοῦτο ἀκριβῶς παραςῆσαι βουλόμενος, ὅτι τὸν θολερὸν ἀέρα καὶ πρὸ τῆς ἑκάςου διανοίας ἐπαχλύοντα πρῶτος ἡρακλῆς, θείῳ χρησάμενος λόγῳ διήρθρωσε, τὴν ἑκάςου τῶν ἀνθρώπων ἀμαθίαν, πολλαῖς νουθεσίαις κατατρώσας. ὅθεν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀφίησι τὰ τόξα. πᾶς γὰρ ἀνὴρ φιλόσοφος ἐν θνητῷ καὶ ἐπιγείῳ τῷ σώματι, πτηνὸν ὥςπέρ τι βέλος, τὸν νοῦν εἰς τὰ μετάρσια διαπέμπεται. τεχνικῶς δὲ προσέθηκεν εἰπὼν, [3] ἰῷ τριγλώχινι βαλών. ἵνα διὰ συντόμου τὴν τριμερῆ φιλοσοφίαν, ὑπὸ τοῦ τριγλώχινος ὑποσημήνῃ βέλους. [4] μεθ' ἡμέραν δὲ τετόξευκε καὶ τὸν ᾅδην. οὐδεὶς γὰρ ἄβατος φιλοσοφίᾳ χῶρος. ἀλλὰ μετ' οὐρανὸν, ἐζήτησε τὴν κατωτάτω φύσιν, ἵνα μηδὲ τῶν νέρθεν ἀμύητος ῇ. τὸν οὖν ἀλαμπῆ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἄβατον ᾅδην,

tripartitam philoſophiam innuit. Sunt enim philoſophiæ partes, rationalis, naturalis, moralis: quæ tanquam ex una cervice prognatæ, tripliciter deinde juxta caput dividuntur.

Verum de cæteris quidem certaminibus hæc breviter dicta ſufficiunt. Junonem verò ab Hercule vulneratam meminit Homerus, hoc planè nos docere volens, quod aërem turbulentum, & ſingulorum mentes ſua caligine offuſcantem, primus Hercules divina ratione uſus diſcuſſit, uniuſcujuſque hominis ignorantiam multis admonitionibus vulnerans. Quocirca ex terra in cœlum ſagittas emittit. Quivis enim ſapientiæ ſtudioſus in mortali & terreno corpore, mentem inſtar ſagittæ alatam ad ſublimia dirigit. Artificiosè autem hæc verba adjacent, Trigemino feriens telo, Ut breviter omnem philoſophiam in tres partes diſtinctam per triquetrum telum denotaret. Poſtridie autem Plutonem quoque jaculatus eſt. Nullus enim locus invius eſt philoſophiæ: ſed poſt cœlum inveſtigavit infimam naturam, ut ima quoque cognoſceret. Itaque obſcurum & cunctis hominibus

1 ἀφ' ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυκότα MS. Angl.

2 Verſu nimirum 392. Il. ε.

3 Locus eſt Iliad. ε. v. 393. qui ſic legitur

— οἰςῷ τριγλώχινι βεβλήκει.

4 Alludit ad verſum 395. Il. ε. & ſeq.

1 Lo-

invium Orcum, ſapientiæ telum prudenter emiſſum perſpicuè diſcrevit. Puræ ſunt igitur Herculeæ manus, omnis adverſum Deos ſceleris: & Homerus omnis ſapientiæ princeps allegoricè poſteris ſingulatim haurienda reliquit omnia, quæ primus ipſe philoſophatus eſt.

Porrò ſunt qui ne Dionyſium quidem apud Homerum eſſe Deum arbitrentur, ut qui à Lycurgo in fugam converſus, vix tandem auxilio Thetidis ſervatus ſit. Sed hæc allegoria ad agricolas pertinet, de vindemiis tractans, his verſibus:

Qui quondam Bacchi nutrices mente furentes,
Per montem pepulit Nyſejon; at hæ ſimul omnes
In terram thyrſos jaciebant. quippe Lycurgus
Crudelis miſeras ictu cruciando flagelli
Inſtabat; metuens autem ſibi Bacchus in undas
Se maris immerſit, timidum Thetis alma recepit
Diffuſo gremio. -

Dionyſium furentem nominans, vinum intelligit. Pleri que enim nimio vini uſu rationem amittunt. Itidem verbi gratia timorem vocat pallidum, & triſte bellum. Nam effectiones quæ res comitan-

ᾅδην, ὁ τῆς σοφίας οἰςὸς εὐςόχως βληθεὶς διευκρίνησεν. ὥςθ' ἡρακλέους χεῖρες ἁγνεύουσι παντὸς ὀλυμπίου μύσους. ἀρχηγὸς δὲ πάσης σοφίας γενόμενος, ἀλληγορικῶς παρέδωκε τοῖς μετ' αὐτὸν ἀρύσασθαι κατὰ μέρη πάνθ' ὅσα πρῶτος πεφιλοσόφηκε.

Νομίζουσι τοίνυν ἔνιοι μηδὲ διόνυσον εἶναι παρ' ὁμήρῳ θεόν· ἐπειδήπερ ὑπὸ λυκούργου διώκεται, καὶ μόλις δοκεῖ σωτηρίας τυχεῖν, θέτιδος αὐτῷ παραςάσης. τὸ δ' ἐςὶν οἴνου συγκομιδῆς γεωργοῖς ἀλληγορία, δι' ὧν φησιν,

[1] Ὅς ποτε μαινομένοιο διωνύσοιο τιθήνας
Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσσήϊον· αἱ δ' ἅμα πᾶσαι
Θύσθλα χαμαὶ κατέχευον ὑπ' ἀνδροφόνοιο λυκούργου,
Θεινόμεναι βουπλῆγι. διώνυσος δὲ φοβηθεὶς,
[2] Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα· θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Δειδιότα,

μαινόμενον μὲν εἴρηκεν ἀντὶ διονύσου τὸν οἶνον, ἐπειδήπερ οἱ πλείονες τῷ ποτῷ χρώμενοι, τοῦ λογισμοῦ διασφάλλονται. [3] ὥσπερ τὸ δέος εἰ τύχοι χλωρὸν λέγει, [4] καὶ πευκεδανὸν πόλεμον. ἃ γὰρ ἀπ' αὐτῶν συμβαίνει,

1 Locus eſt Il. ζ. v. 132. In 3. verſu ſcribitur κατέχευον, alias κατέχευαν.
2 Il. ζ. v. 136.
3 Il. η. in fine — τὺς δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει. & alibi paſſim.
4 Il. κ. v. 8.
Ἠέ ποθι πτολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο.

1 Il.

νει, ταῦτα ἐκείνοις περιῆψεν, ἔθεν ἄρχεται τὰ πάθη. λυκοῦργος δὲ ἀνὴρ εὐαμπέλου λήξεως δεσπότης. μετὰ τὴν ὀπωρινὴν ὥραν, ὅτε συγκομιδὴ τῶν διονυσιακῶν καρπῶν ἐςιν, ἐπὶ τὴν εὐφορωτάτην ἐξεληλύθει νύσαν. τιθήνας δὲ νομίζειν δεῖ τὰς ἀμπέλους. καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι δρεπομένων τῶν βοτρύων, φησὶ, διόνυσος δὲ φοβηθείς. ἐπειδήπερ ὁ μὲν φόβος εἴωθε τρέπειν τὴν διάνοιαν, ὁ δὲ τῆς ςαφυλῆς καρπὸς τρέπεται θλιβόμενος εἰς οἶνον. ἔθος γε μὴν τοῖς πολλοῖς ἐπὶ φυλακῇ, τοῦ διαμένειν ἀκλινῆ τὸν καρπὸν, ἐπικιρνάναι θαλαττίῳ ὕδατι. παρὰ τοῦτο ὁ διόνυσος

[1] Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα,
θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ.

tur, & inde contingunt, rebus ipſis attribuit. Lycurgus autem cum rura vitibus conſita poſſideret, vindemiarum tempore, quo Dionyſiaci fructus colliguntur, ad fertiliſſimam Nyſam egreſſus eſt. Nutrices verò Bacchi exiſtimandæ ſunt vites. deinde cum racemi adhuc amputarentur, inquit; Metuens autem ſibi Bacchus. Metus enim pervertere ſolet mentem: uvæ autem preſſæ in vinum vertuntur. Ad hæc multis conſuetudo eſt conſervandi gratia vinum in ſua integritate, admiſcere marinam aquam: proinde

— Bacchus in undas
Se maris immerſit, timidum
Thetis alma recepit.

Ἡ τελευταία μετὰ τὴν ἀπόθλιψιν τοῦ καρποῦ θέσις. αὕτη γὰρ ἐσχάτη δέχεται τὸν οἶνον. δειδιότα τὸν ἐν ἀρχῇ τοῦ νεοθλιβοῦς γλεύκους παλμὸν, καὶ τὴν μεθαρμόζουσαν ὁρμὴν, δέος εἶπε γὰρ τὸν τρόμον. οὕτως ὅμηρος οὐ φιλοσοφεῖν μόνον ἀλληγορικῶς, ἀλλὰ καὶ γεωργεῖν θεωρητικῶς ἐπίςαται.

Φυσικῆς δὲ ἅπτεται θεωρίας καὶ ὅταν ὁ ζεὺς εἰς τὸ αὐτὸ συναθροίσας ἅπαντας, ἄρχεται τῶν μεγάλων ἀπειλῶν,

[2] Ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος οὐλύμποιο.

Nimirum poſtrema θέσις, id eſt, repoſitio, expreſſis jam acinis: hæc enim ultima vinum recondit, & accipit timidum adhuc, propter motum ac ebullitionem ab initio recens expreſſi muſti; metum enim pro tremore dixit. Ita Homerus non philoſophiam ſolum allegoricè, ſed agriculturam quoque occulta ſpeculatione profiteri novit.

Porrò naturalem ſapientiam attingit cum alibi, tum ubi Jupiter Diis omnibus unà congregatis, minas ingentes minari incipit,

In ſummo celſi conſiſtens vertice Olympi.

Πρῶτος

1 Il. ζ. v. 136.

2 Verſus 3. Il. θ.

1 Il.

Primum enim locum occupat, quoniam ut antea diximus, ſupremam ſedem ætherea natura tenet. Catenam verò ab æthere ſuper univerſa ſuſpendit auream. Nam philoſophi, qui harum rerum cognitione præcellunt, ſtellarum circuitus eſſe putant ignis incendia. Cæterum ſphæricam mundi figuram uno verſu nobis menſuratam propoſuit:

Tantum infra terram, quantum polus inde ſuperne eſt.

Cum enim planè media univerſi quædam ſedes ſit, centrique vim obtineat, firmiter tota terra collocata eſt. Supra autem illam circulariter irrequietis gyris cœlum volvitur ab ortu in occaſum, perpetuumque curſum agitat; unáque trahitur immobilium ſphæra. Ceterum omnes quæ ab ſupremo illo, omnia comprehendente in gyrum moventur ad centrum, cum rectæ lineæ ſunt, tum per comparationes inter ſe æquales. Quare Geometrica contemplatione Sphæricam figuram dimenſus eſt cum dixit,

Tantum infra terram, quantum polus inde ſupernè eſt.

Præterea ſunt aliqui tam imperiti, ut Homerum accuſent, ut qui Litas Jovis filias impiè deformi & inconcinno corpore deſcripſerit, hiſce carminibus:

Πρῶτος ἕστηκεν αὐτὸς, ἐπειδὴ τὴν ἀνωτάτω τάξιν ὥσπερ ἐδηλοῦμεν ἡ αἰθριώδης ἐπέχει φύσις. σειρὰν δ' ἀπήρτησεν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἐπὶ πάντα χρυσῆν. οἱ γὰρ δεινοὶ τῶν φιλοσόφων περὶ ταῦτα, ἀνάμματα πυρὸς εἶναι τὰς τῶν ἀστέρων περιόδους νομίζουσι. τὸ δὲ σφαιρικὸν ἡμῖν τοῦ κόσμου σχῆμα, δι' ἑνὸς ἐμέτρησε στίχου,

[1] Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανὸς ἐστ' ἀπὸ γαίης.

μεσαιτάτη γὰρ ἁπάντων ἑστία τις οὖσα, καὶ δύναμιν κέντρου ἐπέχουσα, [2] καθίδρυται βεβαίως ἡ γῆ πᾶσα. κύκλῳ δ' ὑπὲρ αὐτὴν οὐρανὸς ἀπαύστοις περιφοραῖς εἰλούμενος ἀπ' ἀνατολῆς εἰς δύσιν, τὸν ἀεὶ δρόμον ἐλαύνει. συγκαθέλκεται δ' ἡ τῶν ἀπλανῶν σφαῖρα· πᾶσαί γε μὴν αἱ ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀνωτάτω κυκλοφορούμεναι πρὸς τὸ κέντρον εὐθεῖαι, καὶ κατ' ἀναγωγὰς εἰσὶν ἀλλήλαις ἴσαι. διὰ τοῦτο γεωμετρικῇ θεωρίᾳ τὸ σφαιρικὸν σχῆμα διεμέτρησεν εἰπών.

Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανὸς ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Ἔνιοι δ' εἰσὶν οὕτως ἀμαθεῖς, ὥστ' αἰτιᾶσθαι τὸν ὅμηρον καὶ περὶ τῶν λιτῶν, [3] εἰς τὰς διὸς γονὰς οὕτως ὕβρισε, διάστροφον αὐταῖς περιθεὶς ἀμορφίας χαρακτῆρα.

[1] Καὶ

1 Il. Θ. v. 16.
2 καθίδρυται καὶ βεβαίως MS. Angl.
3 εἰ τὰς διὸς MS. Angl.

1 Il.

[1] Καὶ γάρ τε λιταί εἰσι διὸς κοῦραι μεγάλοιο.
Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπες τ' ὀφθαλμώ.

ἐν δὲ τούτοις τοῖς ἔπεσι, τὸ τῶν ἱκετευόντων σχῆμα διαπέπλαϛαι. πᾶσα γὰρ οὖν συνείδησις ἁμαρτόντος ἀνθρώπου, βραδεῖα, καὶ μόλις οἱ δεόμενοι τοῖς ἱκετευομένοις πρσσέρχονται, τὴν αἰδῶ κατὰ ῥῆμα μετροῦντες. οὔτε μὴν ἀτρεμὲς δεδόρκασιν, ἀλλ' ὀπίσω τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς ἀποϛρέφουσι. καὶ μὴν ἔν γε τοῖς πρώτοις οὐδὲν γεγηθὸς τῶν ἱκετευόντων ἡ διάνοια περιτίθησιν ἔρευθος, ἀλλ' ὠχρὰ καὶ κατηφὴς, διὰ τῆς πρώτης ὄψεως ἐκκαλουμένη τὸν ἔλεον. ὅθεν εὐλόγως, οὐ τὰς διὸς θυγατέρας, ἀλλὰ τοὺς

Χωλούς τε, ῥυσούς τε, παραβλῶπάς τ' ὀφθαλμώ.

[2] τοὔμπαλιν δὲ τὴν ἄτην, σθεναράν τε καὶ ἀρτίπουν· κρατερὸν γὰρ αὐτῆς τὸ ἄφρον. ἀλογίϛου γὰρ ὁρμῆς ὑπόπλεως, δρομὰς ὡς, ἐπὶ πᾶσαν ἀδικίαν ἵεται. παθῶν οὖν ἀνθρωπίνων ὥσπερεὶ ζωγράφος ὅμηρός ἐϛιν ἀλληγορικῶς τὸ συμβαῖνον ἡμῖν θεῶν περιθεὶς ὀνόμασιν. οἶμαι δ' ἔγωγε [3] καὶ τὸ ἑλληνικὸν τεῖχος, ὃ πρὸς καιρὸν ἔρυμα τῆς ἰδίας ἀσφαλείας ἐπύργωσαν,

Magni namque Litæ natæ Jovis eſſe feruntur,
Claudæ, rugoſæ, perverſis luminibúſque.

At Homerus his verbis ſupplicantium figuram propoſuit. Siquidem omnis conſcientia hominis, qui peccavit, tarda eſt: & obſecrantes vix audent accedere illos, quibus ſupplices futuri ſunt, pudorem ſingulis verbis præ ſe ferentes. Sed neque conſtanter intuentur, retrorſum avertentes oculorum aciem. Et à principio ſupplicantium animus nullum admittit lætum ruborem, ſed pallidi, vultúque demiſſo, prima fronte miſericordiam eliciunt. Proinde Litas meritò non Jovis filias, ſed ſupplices appellavit,

ἱκετεύοντας ἀπεφήνατο,

Claudos, rugoſos, perverſos luminibuſque.

Atem verò contrà validam & pedibus rectam fecit. Vehemens enim ejus eſt ſtultitia. Nam impetu ſine ratione plena, veluti canclus dromas ad omne ſcelus fertur. Eſt igitur Homerus veluti pictor affectuum humanorum, id quod nobis contingit, allegoricè Deorum nominibus aſcribens. Cæterum ut mihi videtur, murus etiam Græcorum, quem ſibi pro munimento &

1 Il. ι. v. 493. Male autem legitur, πλιταὶ uno verbo, pro τε Λιταί.

2 Verſu 501. Iliad. ι.
3 Iliad. μ. v. 4. & ſeq.

1 Neptu-

cuſtodia ſui erexerant, non à ſocio Neptuno deſtructus eſt: verum ingentis pluviæ vi, & fluminum ab Ida alluvione, ipſum proſterni evénit. Quocirca Neptuno, utpote humidæ naturæ præſidi, aſcriptum eſt negotium. Fieri etiam poteſt terræ motu concuſſum ædificium ſubſediſſe, ita ut Neptunus ἐννοσίγαιος & σεισίχθων, à terra quaſſanda denominatus, iſtorum effectuum author eſſe videatur: ſic enim ait Poëta:

Dux illis Neptunus erat, quatiénſque tridentem
Omnia fundamenta procellis movit ab imo,
Et ſaxis truncíſque labore locata Pelaſgûm.

Cum terræmotus agitatione muri fundamenta penitus concuſſiſſet. Subit autem mihi minima quæque conſideranti, philoſophica ratione ne tridentem carere quidem, quo lapides muri commotos eſſe loco ſcribit. Terræmotus namque effectibus differre phyſici docent, & peculiares quoſdam nominum characteres eis imponunt: alium βρασματίαν, qui terram ſurſum deorſumque ſuccutit: alium κληματίαν, qui more tremoris in latum vibrat, appellantes. Trigeminis autem

γωσαν, [1] οὐχ᾽ ὑπὸ τοῦ συμμάχου καθῃρῆσθαι ποσειδῶνος, ἀλλ᾽ ὡς ὑετοῦ δαψιλοῦς γενομένου, καὶ τῶν ἀπ᾽ ἴδης ποταμῶν πλημμυράντων, συνέβη καταῤῥιφῆναι. ὅθεν ἐπώνυμος τοῦ πάθους γέγονεν ὁ τῆς ὑγρᾶς φύσεως προστάτης ποσειδῶν. εἰκὸς δὲ καὶ σεισμοῖς διατιναχθὲν ὑπονοστῆσαι τὸ κατασκεύασμα. δοκεῖ δὲ ὁ ποσειδῶν ἐννοσίγαιος, καὶ σεισίχθων εἶναι τοῖς τοιούτοις τῶν παθημάτων ἐπιγραψάμενος. ἀμέλει φησὶν,

[2] Αὐτὸς δ᾽ ἐννοσίγαιος ἔχων χείρεσσι τρίαιναν
Ἡγεῖτ᾽. ἐκ δ᾽ ἄρα πάντα θεμείλια κύμασι πέμπε.
Φιτρῶν καὶ λάων, τὰ θέσαν μογέοντες ἀχαιοί.

σεισμοῦ τινος φορᾷ διαδονήσας ἐκ βάθρων τὰ τοῦ τείχους θεμέλια. δοκεῖ δέ μοι λεπτῶς ἐξετάζοντι τὰ τοιαῦτα, μηδὲ τὸ κατὰ τὴν τρίαιναν ἀφιλόσοφητον εἶναι, δι᾽ ἧς ὑφίσαται τοὺς λίθους ἀναμεμοχλεῦσθαι τοῦ τείχους. τὰ γάρ τοι σεισμῶν διαφέροντα τοῖς παθήμασιν, οἱ φυσικοὶ λέγουσιν εἶναι, ὅσον καί τινας ἰδίους χαρακτῆρας ὀνομάτων ἐπιγράφουσιν αὐτοῖς, βρασματίαν τινὰ καὶ κληματίαν προσαγορεύοντες. τριπλαῖς οὖν καθώπλισεν

1 Neptunum Græcorum σύμμαχον vocat author noſter, alludens ad Homerum eum talem ubique introducentem, ac præcipuè Il. ν, ξ, ο, υ, & φ.

2 Il. μ. v. 27.

1 Il.

σεν ἀκμαῖς τὸν τῶν σεισμῶν αἴτιον θεόν. ἀμέλει πρὸς βραχὺ κινηθέντος αὐτοῦ.

[1] Τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ
καὶ ὕλη,

τὸ τῶν σεισμῶν ἰδίωμα τοῦ ποιητοῦ διασημήναντος ἡμῖν.

Ἔτι τοίνυν πολλήν τινα χλεύην, καὶ μακρὸν ἡγοῦνται καταγέλωτα [2] τοὺς ἀκαίρους διὸς ὕπνους ἐν Ἴδῃ, καὶ τὴν ὄρειον ὥσπερ ἀλόγοις ζώοις ὑπεστρωμένην εὐνήν· ἐν ᾗ δυσὶ τοῖς ἀφρονεστάτοις πάθεσι δεδούλωται Ζεὺς, ἔρωτι καὶ ὕπνῳ. νομίζω τοίνυν ἔγωγε αὐτὰ ταῦτα δι' ἀλληγορίας ἐαρινὴν ὥραν ἔτους εἶναι, καθ' ἣν ἅπαντα φυτὰ καὶ πᾶσα ἐκ γῆς ἀνίεται χλόη, τοῦ παγετώδους ἡσυχῇ δυομένου κρύους. ὑφίσταται δὲ τὴν ἥραν, τουτέστι, τὸν ἀέρα στυγνὸν ἀπὸ τοῦ χειμῶνος ἔτι καὶ κατηφῆ, διὰ τοῦτο οἶμαι πιθανῶς αὐτῆς στυγερὸς ἔπλετο θυμός· μετὰ μικρὸν δὲ ἀποκρουσαμένη τὸ συννεφὲς τῆς ἀηδίας,

[3] Λύματα πάντα κάθηρεν. ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ,
Ἀμβροσίῳ, ἑανῷ, τό ῥα οἱ τεθυωμένον ἦεν.

ἡ λιπαρὰ καὶ γόνιμος ὥρα, μετὰ τῆς τῶν ἀνθέων εὐωδίας, ὑποσημαί-

ſpiculis terræmotus authorem Deum armavit, ut qui repente tellurem commoverit,

Montes ſylvæque tremebant.

His verbis peculiarem terræmotuum proprietatem Poëta notavit.

Præterea plurimum ſubſannant, & prorſus irrident intempeſtivos Jovis in Ida ſomnos, & montanum cubile veluti brutis animalibus ſubſtratum, in quo duobus ſtultiſſimis affectibus Jupiter captus fuit, amore ſimul ac ſomno. Cæterum ego per hanc allegoriam vernum tempus repræſentari opinor, quo omnes plantæ & omnis ex tellure enaſcitur herba, glaciali frigore paulatim retrocedente. Fingit autem Junonem, id eſt, aërem, triſtem & ex hyemis confinio nebuloſum adhuc. Quare probabiliter opinor, injucundus erat animus Junonis: paulo pòſt verò cum nubilam triſtitiam diſcuſſiſſet,

Omnes abſterſit ſordes, & corpus olivo
Undique odorato, ſuavi, fragrante perunxit.

Per Junonem hujuſmodi unguento delibutam, pingue ac

1 Il. ν. v. 18.
2 Il. ξ. v. 352.
3 Verſus duo ex Iliad ξ. 171. In poſteriori excuſa exemplaria ἑδανῷ habent. Quod & Geſnerus monuit. Heſych. Ἑανῷ, εὐώδει, ἢ λεπτῷ ἱματίῳ. Idem, Ἑδανόν, εὐῶδες, ἡδύ, λιπόν.

1 Il.

fœcundum anni tempus cum fragrantia florum innuitur. Quin & capillos ipſam complicuiſſe ait,

Pulchros, ambroſios, naſcentes vertice dio:

Plantarum incrementum inſinuans. Nam omnis arbor comas habet, & folia ceu capilli ramis dependent. Tribuit etiam Veneri ceſtum cingulum, quo ſinum ſuccingunt mulieres.

Huic amor atque cupido inerant, ſuaviſque loquela.

Siquidem hoc anni tempus in primis jucundiſſimam voluptatum portionem implet. Nec enim nimium frigore conſtringimur, neque nimis caleſcimus: ſed confinium quoddam temperamenti utrinque ſitorum temporum leniter in corporibus ſentitur. Hunc igitur aërem Homerus paulo pòſt ætheri commiſcuit. Proinde in altiſſimo jugo reperitur Jupiter, ubi ſummo

Æthera contingebat in aëre. --

Ibi miſcetur in unum redactus aër cum æthere. Homerus autem illuſtria nomina poſuit:

Amplexúſque ulnis Junonem comprimit ardens
Jupiter uxorem.—

Complectitur enim undique ambiens æther ſubſtratum ei aërem. Terminum verò con-

σημαίνεται τοιούτῳ χρίσματι τῆς ἥρας ἀλειψαμένης· τούς τε πλοκαμούς φησιν αὐτὴν ἀναπλέξασθαι,

[1] Καλοὺς, ἀμβροσίους, ἐκ κράατος ἀθανάτοιο,

τὴν τῶν φυτῶν αἰνιττόμενος αὔξησιν. ἐπειδὴ δένδρον ἅπαν κομᾷ, καὶ θριξὶν ὁμοίως ἀπὸ τῶν κλάδων ἀπαρτᾶται τὰ φύλλα. δίδωσι δὲ ἐγκόλπιον τῷ ἔαρι, καὶ τὸν κεστὸν ἱμάντα.

[2] Ἔνθ᾽ ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ᾽ ἵμερος, ἐν δ᾽ ὀαριστύς.

ἐπειδήπερ αὕτη μάλιστα τοῦ ἔτους ἡ ὥρα τὸ τερπνότατον ἐπλήρωσε τῶν ἡδονῶν μέρος. οὔτε γὰρ λίαν ὑπὸ τοῦ κρύους πεπήγαμεν, οὔτε ἄγαν θαλπόμεθα. μεταίχμιον δέ τι τῆς ἑκατέρωθεν εὐκρασίας ἐν τοῖς σώμασιν ἀνεῖται. τοῦτον τοίνυν τὸν ἀέρα συνέμιξεν ὅμηρος μετὰ μικρὸν τῷ αἰθέρι. διὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς ὑψηλοτάτης ἀκρωρείας καταλαμβάνεται ζεὺς, ἐν ᾗ

[3] δι᾽ ἠέρος αἰθέρ᾽ ἵκανεν.

ἐνθάδε κιρνᾶται, καθ᾽ ἓν ἀναμιχθεὶς ὁ ἀὴρ τῷ αἰθέρι. ἐμφαντικῶς οὖν τοῖς ὀνόμασιν εἶπεν,

[4] Ἥραν τ᾽ ἀγκὰς ἔμαρπτε κρόνου παῖς, ἣν παράκοιτιν.

ἐναγκαλίζεται γὰρ ἐν κύκλῳ περιέχων ὁ αἰθὴρ ὑφηπλωμένον αὐτῷ τὸν ἀέρα. τῆς δὲ συνόδου καὶ κρά-

1 Il. ξ. v. 177.
2 Ibid. v. 216.
3 Il. ξ. v. 288.
4 Il. ξ. v. 346. qui ſic vulgo legitur, Ἦ ῥα ϗ ἀγκὰς &c.

1 Ibid.

κράσεως αὐτῶν τὸ πέρας, ἐδήλωσε τὴν ἐαρινὴν ὥραν.

[1] Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην.
Λωτόν θ' ἐρσήεντα, ἰδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον
Πυκνὸν καὶ μαλακὸν, ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἔεργεν·

ἴδια σέφη ταῦτα τῆς [2] ἀμφιθαλοῦς ὥρας. ἐπειδὰν ἐκ τῶν χειμερίων παγετῶν ἡ σερίφη καὶ μεμυκυῖα πηγὰς, ὡς κυοφορουμένας ἔνδον ὠδῖνας, ἐκφήνῃ. προςεπισφραγιζόμενος δὲ τοῦτο, τὸν λωτὸν εἶπεν ἐρσήεντα, τὸ δροσερὸν τῆς ἐαρινῆς καταςάσεως ποιῶν τὸν καιρόν.

[3] ἐπὶ δὲ νεφέλην ἕσσαντο
Καλὴν, χρυσείην· σιλπναὶ δ' ἀπέπιπτον ἔερσαι.

τίς ἀγνοεῖ τοῦθ' ὅτι χειμῶνος μὲν ἐπάλληλα πυκνώματα τῶν νεφῶν ἐκμελαίνεται, καὶ μετὰ θολερᾶς ἀχλύος κατηφὴς ἅπας ὁ οὐρανὸς ἀμαυροῦται. τοῦ δὲ ἀέρος ὑποσχίζοντος, ἀργὰ τὰ νέφη μαλακῶς ὑποσπείρεται ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ἐναγκαλιζόμενα, καὶ παραπλήσιόν τι χρυσαῖς μαρμαρυγαῖς ἀποςίλβει. τοῦτο δὴ τὸ περὶ τὴν ἴδην κορυφαῖον ἡμῖν νέφος, ὁ τῆς ἐαρινῆς ὥρας δημιουργὸς ὅμηρος ἐδήλωσεν. ἀλλ' ἐφεξῆς ἡ τῶν ἐπιφυομένων αὐτῷ τόλμα, τοὺς ἥρας δεσμοὺς

greſſus & mixtionis ipſorum vernum tempus propoſuit.

At quæ ſubtus erat produxit gramina tellus
Florida, odoriferúmque crocum, lotumque madentem
Rore levi, mollem, denſúmque tapetis ad inſtar.

Hæc propria ſunt floridæ telluris coronamenta, cum poſt hibernam ſterilitatem, & aſtrictionem à gelu, fontes quos in ſe gravida parturiebat, emittit. Quin ad majorem confirmationem, lotum nominavit rore madentem. Denique ut vernam conſtitutionem planè ob oculos poneret, his verbis utitur,

— Circundabat ipſos
Pulchra, aurique colore nitens, & roſcida nubes.

Quis eſt qui neſciat, quod hieme frequentes nubium conglobationes nigreſcant, & turbulenta caligine cœlum undique nubilum obducatur? Cum verò aër jam diſcernitur, tum ſplendidæ nubes leniter Solis radiorum amplexibus ſubſternuntur, & ſimile quiddam auri ſplendoribus refulget. Ita nobis Homerus verni temporis opifex nubem in ſublimi ſitam ſuper cacumen Idæ deſcripſit. Hinc ad Junonis vincula calumniatorum Homeri audacia

1 Ibid. v. 347.
2 ἀρτιθαλὲς MS. Angl.

3 Il. ξ. v. 350.

1 Tran-

tranſit, & ampliſſimam ſibi occaſionem eſſe putant impiam adverſus ipſum exercendi rabiem.

Neſcis quas olim dederis pro crimine pœnas?
Cum te ſuſpendi ſuprà geminámque ligavi
Incudem à pedibus, palmas aurique catenis
Fortibus aſtrinxi, quas nemo ſolvere poſſet.
Tu nubes inter glaucas, & ab æthere ſummo
Pendebas. —

Ignorant autem quod ſub his carminibus univerſi generatio Theologicè explicata lateat: & quæ ſubinde commemoramus, elementorum quatuor ordo hic contineatur. Primus æther, ut ſuprà docuimus: ſecundus aër, dein aqua, & terra ultima, rerum conſtitutiva elementa. Hæc invicem temperata, & vitam ſuſcipiunt, & inanimata corpora primitus efficiunt. Supremus itaque Jupiter aërem à ſe ſuſpendit: ſolidæ autem incudes ad imam aëris baſim, ceu pedes, aqua & terra ſubduntur. Et quod ita ſe res habeat, ſi quis inſpicere voluerit penitius, vel in ſingulis verbis verum eſſe deprehendet.

Cum te ſuſpendi ſuprà. —

A ſummo enim & ſublimi loco pependiſſe dicit,

— *palmas aurique catenis*
Fortibus aſtrinxi.

Quidnam iſtud adulatoriæ poe-

δεσμοὺς αἰτιᾶται, καὶ νομίζουσιν ὕλην τινὰ δαψιλῆ, τῆς ἀθέου πρὸς ὅμηρον ἔχειν μανίας.

[1] Ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ᾽ ἐκρέμω ὑψόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν
Ἄκμονας ἧκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα
Χρύσεον, ἄῤῥηκτον· σὺ δ᾽ ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
Ἐκρέμω.

λέληθε δ᾽ αὐτοὺς ὅτι τούτοις τοῖς ἔπεσιν ἡ τοῦ παντὸς ἐκτεθεολόγηται γένεσις, καὶ τὰ συνεχῶς ᾀδόμενα τέτταρα ςοιχεῖα τούτων τῶν ςίχων ἐςὶ τάξις, καθάπερ ἤδη μοι λέλεκται. πρῶτος αἰθὴρ, καὶ μετὰ τοῦτον ἀὴρ, εἶθ᾽ ὕδωρ τε, καὶ γῆ τελευταία, πάντων δημιουργὰ ςοιχεῖα. ταῦτα δ᾽ ἀλλήλοις ἐπικιρνόμενα ζωογονεῖται, καὶ τῶν ἀψύχων ἀρχέγονα καθίςαται. ζεὺς τοίνυν ὁ πρῶτος τὸν ἑαυτοῦ ἀέρα κατήρτηκε. ςερεοὶ δ᾽ ἄκμονες ὑπὸ ταῖς ἐσχάταις ἀέρος βάσεσιν, ὕδωρ τε καὶ γῆ. καὶ τοῦθ᾽ ὅτι τοιοῦτόν ἐςιν, ἐφ᾽ ἑκάςης λέξεως εἴ τις ἀκριβῶς ἐθέλει σκοπεῖν, τἀληθὲς εὑρήσει. Ἦ οὐ μέμνῃ ὅτ᾽ ἐκρέμω ὑψόθεν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἀνωτάτω καὶ μετεώρων τόπων φησὶν αὐτὴν ἀπηρτῆσθαι. περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα χρύσεον, ἄῤῥηκτον. τί τοῦτο καινὸν αἴνιγμα τῆς κολακευού-

1 Tranſit author ab Il. ξ. ad v. 18. lib. ſequentis o.

1 Il.

λακευούσης τιμωρίας; πῶς ὀργιζόμενος Ζεὺς πολυτελεῖ δεσμῷ τὴν κολαζομένην ἠμύνατο, χρυσοῦν ἀντὶ τοῦ κραταιοτάτου σιδήρου τὸν δεσμὸν ἐπινοήσας; ἀλλ' ἔοικε τὸ μεταίχμιον αἰθέρος τε καὶ ἀέρος χρυσῷ μάλιςα τὴν χρόαν ἐμφερὲς εἶναι· πάνυ δὴ πιθανῶς καθ' ὃ μέρος ἀλλήλοις ἐπισυνάπτουσι, λήγων μὲν ὁ αἰθὴρ, ἀρχόμενος δὲ μετ' ἐκεῖνον ὁ ἀὴρ, χρυσοῦν ὑπεςήσατο δεσμόν. ἐπιφέρει γοῦν, Σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν ἐκρέμω, τὸν ἄχρι νεφῶν τόπον ὁρίσας μέτρον ἀέρος. ἐκ δὲ τῶν τελευταίων μερῶν τοῦ ἀέρος, ἃ καλεῖται πόδας, ἀπήρτησε ςιβαρὰ βρίθη, γῆν τε καὶ ὕδωρ, ἐκ δὲ ποδοῖιν ἄκμονας ἧκα δύω· πῶς οὖν εἶπε δεσμὸν ἄῤῥηκτον αὐτίκα τῆς ἥρας λυθείσης, εἴγε τῷ μύθῳ προσεκτέον; ἀλλ' ἐπειδήπερ ἡ τῶν ὅλων ἁρμονία δεσμοῖς ἀῤῥαγέσι συνωχύρωται, καὶ δυσχερὴς ἡ τοῦ παντὸς εἰς τἀναντία μεταβολὴ, τὸ μὴ δυνηθὲν ἂν διαζευχθῆναί ποτε, κυρίως ὠνόμασεν ἄῤῥηκτον. ταύτην δὲ τὴν τετράδα τῶν ςοιχείων καὶ μετὰ μικρὸν ἐν τοῖς ὅρκοις διεσάφησεν ἥρα.

[1] Ἴςω νῦν τόδε γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Καὶ τὸ κατειβόμενον ςυγὸς ὕδωρ.

τρισὶ γὰρ ὅρκοις τὴν ὁμόφυλον [2] αὐτῆς καὶ συγγενῆ φύσιν ὠνόμασιν,

næ novum ænigma ſibi vult? Quomodo Jupiter iratus tam precioſo vinculo pœnas ab ea ſumpſit, auro validiſſimi ferri vice uſus? Certè ætheris & aëris interſtitium auri colorem proximè imitatur. quare bono jure vinculum aureum confinxit ea parte, qua mutuo ſe tangunt æther deſinens, & poſt ipſum incipiens aër. Subdit igitur,

Tu nubes inter glaucas & ab æthere ſummo
Pendebas.

Locum aëris illum definiens, qui nubibus occupatur. A poſtremis verò partibus aëris, quæ pedes nominantur, ponderoſas moles, nempe terram & aquam appendit. Sed quomodo vinculum inſolubile vocat cum Juno paulo pòſt ſoluta fuerit, ſi fabulæ habenda fides? Quandoquidem harmonia mundi vinculis nectitur firmiſſimis, & univerſitas rerum ægrè mutatur in contrarium, id quod nunquam disjungi poteſt, meritò inſolubile vocavit. Hunc elementorum quaternionem etiam Juno paulo pòſt juramento ſuo declaravit:

Per tibi tellurem juro, per ſidera cœli,
Per Stygiæque paludis aquam.

Nam triplici jurejurando naturam ſibi cognatam & finiti-

1 Il. o. v. 36.

2 ſ. MS. Angl. Editum erat, αὐτῆς συγγενῆ.

1 Iliad.

mam nominavit, ſcilicet aquam, terram, cœlúmque ſupernum, id eſt, ætherem. Ipſa enim quæ jurabat, quartum elementum erat. Multis igitur & illuſtribus locis hanc elementorum allegoriam poëta proponens, inferius paulo Neptuni ad Iridem hujuſmodi verba ſcribit:

Sorte mihi obvenit cani maris eſſe potentem.
Plutoni datus eſt orcus, ſed in æthere cœlum
Nubibus atque altis ceſſit Jovis in regionem.
Communis verò tellus, ac pulcher Olympus
Omnibus eſt nobis.—

Hæc per Jovem, non ſors fuit in Sicyone, ſecundum fabulam: neque diviſio fratrum tam inæqualis, ut cœlum mari & tartaro conferri potuerit. Verum univerſa fabula de primigeniis elementis allegoriam continet. Per κρόνον enim, quem Latini Saturnum vocant, χρόνον, id eſt, tempus, una litera immutata intelligi vult. Eſt autem rerum omnium parens tempus, neque ſine tempore quicquam *fieri* poteſt: proinde ceu radix eſt quatuor elementorum. Rheam verò matrem eis aſſignavit, quoniam univerſa ῥέει, id eſt, fluunt, & motu perpetuo gubernantur. Facit itaque poëta temporis & fluxionis ſobolem, terram,

μασεν, ὕδωρ τε καὶ γῆν, τὸν ὕπερθεν οὐρανὸν, τουτέϛι, τὸν αἰθέρα. τέταρτον γὰρ ϛοιχεῖον ἦν ἡ ὀμνύουσα. διευπορῶν γέ τοι καὶ ἐπὶ καλοῖς ἀλληγορικῶς παριϛάναι βουλόμενος ταυτὶ ϛοιχεῖα, καὶ μετ' ὀλίγον ἐν τοῖς ποσειδῶνος πρὸς ἶριν λόγοις αὐτὰ ταῦθ' ὑφίϛαται λέγειν,

[1] Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
Παλλομένων. αἴδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα.
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι.
Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς ὄλυμπος.

οὐ μὰ δί' οὐ κλῆρος ὁ μυθευόμενος ἐν σικυῶνι ταῦτα, καὶ διαίρεσις ἀδελφῶν οὕτως ἀνώμαλος, ὥστ' οὐρανὸν ἀντιθεῖναι θαλάττῃ, καὶ ταρτάρῳ. πᾶς γὰρ ὁ μῦθος ἠλληγόρηται περὶ τῶν ἐπ' ἀρχαῖς τεττάρων ϛοιχείων. [2] κρόνον μὲν γὰρ ὀνομάζει τὸν χρόνον κατὰ μετάληψιν ἑνὸς ϛοιχείου. πατὴρ δὲ τῶν ὅλων ὁ χρόνος, καὶ τελέως ἀμήχανόν τι γενέσθαι τῶν ὄντων δίχα χρόνου, διὸ δὴ ῥίζα τῶν τεττάρων ϛοιχείων οὗτός ἐϛι. μητέρα δ' αὐτῆς ἔνειμεν εἶναι ῥέαν, ἐπειδὴ ῥύσει τινὶ, καὶ ἀεννάῳ κινήσει τὸ πᾶν οἰκονομεῖται. χρόνου δὲ καὶ ῥύσεως τέκνα, γῆν τε καὶ ὕδωρ,

1 Iliad. ο. v. 190.

2 Allegoricè exponit v. hunc 187. Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνε εἰμὲν ἀδελφεοὶ οὓς τέκε Ῥείη.

ὕδωρ, αἰθέρα τε καὶ ἀέρα σὺν αὐτῷ ὑπεστήσατο καὶ τῇ μὲν πυρώδει φύσει, τόπον ἔνειμεν οὐρανόν· τὴν δ' ὑγρὰν οὐσίαν ποσειδῶνι προσέθηκε. τρίτον δὲ ἀίδην, τὸν ἀφώτιστον ἀέρα δηλοῖ. κοινὸν δὲ πάντων καὶ ἑδραιότατον ἀπεφήνατο στοιχεῖον εἶναι τὴν γῆν, ὥσπερ ἑστίαν τινὰ τῆς τῶν ὅλων δημιουργόν.

Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς ὄλυμπος.

Διὰ τοῦτο δέ μοι δοκεῖ συνεχῶς ἀλληγορεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, ἵν' ἡ δοκοῦσα τοῖς ἔπεσιν ἐφεδρεύειν ἀσάφεια, τῷ διηνεκεῖ τῆς παραδόσεως ᾖ γνωριμωτέρα.

[1] Τάγε μὴν ἐπὶ σαρπηδόνι δάκρυα, λύπην μὲν οὐ καταψεύδεται θεοῦ, ὃ καὶ παρ' ἀνθρώποις νόσημα· αὐτῷ δὲ βουλομένῳ τἀκριβὲς ἐρευνᾷν, ἐπινοεῖται τρόπος ἀλληγορουμένης ἀληθείας. πολλάκις γὰρ ἐν ταῖς μεταβολαῖς τῶν μεγάλων πραγμάτων, ἱστοροῦσι τεράστια τῷ βίῳ συμφέρεσθαι σημεῖα, ποταμῶν τε καὶ πηγῶν ναμάτων αἱμοφρύκτοις ῥεύμασιν ἐκμιαινομένων. ὡς ἐπ' ἀσωποῦ τε καὶ δίρκης παραδιδόασιν οἱ παλαιοὶ μῦθοι. λόγος δ' ἔχει καὶ κατὰ νεφῶν ψεκάδας ὕεσθαι, φόνου τισὶ κηλῖσιν ἐπικεχρωσμένας. ἐπεὶ τοίνυν ἡ μεταβολὴ τῆς μάχης ἀθρόαν φυγὴν ἐμποιήσειν ἔμελλε τοῖς βαρβάροις,

aquam, ætherem, & aërem cum ipſo æthere. Igneæ naturæ ſedem tribuit cœlum: ſubſtantiam humidam Neptuno aſcribit: tertio autem nomine Plutonis, obſcurum aëra deſignat. Poſtremo terram omnibus communem, & ſtabiliſſimum elementum eſſe dicit, ac veluti fundamentum quoddam rerum conſtitutivum.

Communis verò tellus ac pulcher Olympus
Omnibus eſt nobis. —

Idcirco autem ſubinde allegoricam ipſorum mentionem mihi facere videtur, ut obſcuritas quæ carminibus ineſſe apparet, frequenti commemoratione dilucidior fiat. Porrò lachrymæ ob Sarpedonis mortem effuſæ, non quidem triſtitiam Dei mentiuntur, quæ vel inter homines vitio datur: ſed ei qui mentis aciem intenderit, occultæ veritatis rationem offerunt. Non rarò enim in magnis rerum mutationibus prodigioſa ſigna apparuiſſe traduntur, ut fluvii, & fontes aliquando ſanguine inquinati: quod in Aſopo & Dirce quondam viſum eſſe antiqua fama perhibet. Quinetiam fertur, ex nubibus guttas deſtillaſſe cruentis infectas maculis. Quoniam igitur immutatio pugnæ ſubitam Barbaris fugam exci-

1 Tranſit ad Ili. π. ad v. 459. Αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε.

1 Nimi-

tatura erat, & Sarpedonis fortiſſimi viri mors inſtabat, prodigia quædam calamitatem tantam prænunciarunt, & ſanguineæ guttæ in terram fluxerunt. Iſtum itaque imbrem cruentum allegoricè lachrymas ætheris nuncupavit: non quidem à Jove, qui luctu nullo afficitur: ſed ſupernè lachrymoſa pluvia effuſa.

βάροις, ἐγγὺς δ' ἦν ὁ τοῦ κατ' ἀλκὴν ἀρίστου σαρπηδόνος ὄλεθρος, ὥσπερεὶ τεράσια προὔφάνη ταύτης τῆς συμφορᾶς ἀγγελτικὰ, αἱματοέσσας δὲ ψεκάδας κατέχευεν ἔραζε. τοῦτον δὴ τὸν φονέα ὄμβρον, ἀλληγορικῶς εἴρηκεν αἰθέρος δάκρυα. διὸς μὲν οὔ, ἄκλαυστος γὰρ, ἐκ δὲ τῶν ὑπεράνω τόπων, ὥσπερεὶ θρήνοις μεμιγμένου καταῤῥαγέντος ὑετοῦ.

Verum quæ hucuſque diximus, minora videri poſſunt alicui rerum allegoriis ſignificatarum argumenta. Locus autem ille qui armorum Achillis apparatum deſcribit, univerſitatis generationem ardua & principali de mundi ortu ſpeculatione comprehendit. Nam unde prima univerſi principia nata ſint, quis illorum architectus, & quomodo ſingula perfecta diſcretáque fuerint, manifeſtis indiciis explanat, Achillis ſcutum mundani orbis imaginem fingens. Primum itaque totius opificii tempus noctem facit. Hæc enim honorarium munus paternas alas temporis ſortita eſt. Et priuſquam diſtincta eſſent illa quæ nunc videntur, univerſa nox erant, id quod poetæ chaos appellant. Enimvero haud quaquam adeò miſerum & infelicem Vulcanum Deum facit, ut ne noctu quidem ab opere

Ταυτὶ μὲν ἴσως ἐλάττω τεκμήρια περὶ τῶν ἠλληγορημένων. [1] ἐπὶ μέντοι τῆς ὁπλοποιΐας, μεγάλῃ καὶ κοσμοτόκῳ διανοίᾳ, τὴν τῶν ὅλων περιήθροισε γένεσιν. ὅθεν γὰρ αἱ πρῶται τοῦ παντὸς ἔφυσαν ἀρχαὶ, καὶ τίς ὁ τούτων δημιουργὸς, καὶ πῶς ἕκαστα πληρωθέντα διεκρίθη, σαφέσι τεκμηρίοις παρέστησε, τὴν ἀχιλλέως ἀσπίδα τῆς κοσμικῆς περιόδου χαλκευσάμενος εἰκόνα, καὶ [2] τὸν πρῶτον ὑπεστήσατο τῆς παντελοῦς δημιουργίας νύκτα καιρόν. ἐπειδήπερ αὕτη χρόνου πτερὰ πάτρια πρεσβεῖα κεκλήρωται. καὶ πρὶν ἢ διακριθῆναι τὰ νῦν βλεπόμενα, νὺξ ἦν τὸ σύμπαν, ὃ δὴ χάος ποιητῶν ὀνομάζουσι παῖδες. οὐ γὰρ οὕτως ἄθλιόν τινα καὶ κακοδαίμονα παρεισάγει τὸν ἥφαιστον, ὡς μηδὲ νυκτὸς ἀνάπαυσιν ἔχειν,

Ἠέλιον δ' ἀκάμαντα βοῶπις πότνια ἥρη
Πέμψεν ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοὰς ἀέκοντα νέεσθαι.

1 Nimirum Iliad. σ, à v. 468. uſque ad finem libri.

2 τὸ πρῶτον MS. Angl. Rectè Heraclides ſiquidem prius

1 Hæc

ἔχειν, τῆς χειρωνακτικῆς ἐργασίας. [1] ὅπου γε καὶ παρ' ἀνθρώποις ἀθλίοις ἄτοπον εἶναι δοκεῖ, τὸ μηδὲ νύκτα τῶν πόνων ἐκεχειρίαν ἄγειν. ἀλλ' οὐκ ἐςὶ ταῦτα, χαλκεύων ἀχιλλεῖ πανοπλίαν ἥφαιςος, οὐδ' ἐν οὐρανῷ βουνοὶ χαλκοῦ καὶ κασσιτέρου, ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ εἰσιν. ἀμήχανον γὰρ τὰς ἀηδεῖς καὶ φιλαργύρους γῆς νόσους, ἐπ' οὐρανὸν ἀναβῆναι. φυσικῶς δὲ τῆς ἀμόρφου τε καὶ μὴ διακεκριμένης ὕλης τὸν καιρὸν ἀποφηνάμενος εἶναι νύκτα δημιουργὸν, ἡνίκα ἔμελλε πάντα μορφοῦσθαι, τὸν ἥφαιςον ἐπέςησε, τουτέςι, τὴν θερμὴν οὐσίαν. [2] πυρὸς γὰρ δὴ, κατὰ τὸν φυσικὸν ἡράκλειτον, ἀμοιβῇ τὰ πάντα γίνεται. [3] ὅθεν συνοικοῦσαν οὐκ ἀπιθάνως τῷ τῶν ὅλων ἀρχιτέκτονι πεποίηκε τὴν χάριν. ἔμελλε γὰρ ἤδη τῷ κόσμῳ χαριεῖσθαι τὸν ἴδιον κόσμον. [4] ὕλαι δὲ τίνες αὐτοῦ τῆς κατασκευῆς;

mechanico quieverit. Cum etiam præter rationem fieri putent miſeri operarii, ne noctu quidem à laborando ceſſare velle. Verum non ita ſe res habet, neque panopliam fabricat Achilli Vulcanus: neque colles in cœlo æris, ſtanni, argentíque & auri ſunt. Nam fieri nequit ut ingrata & avara terrarum vitia cœlum conſcendant. Sed cum naturali ratione nocturno tempori informis ac indiſcretæ materiæ opificium attribuiſſet, Vulcanum ei tum præfecit cum omnia formanda eſſent: nimirum calidam eſſentiam. Ignis enim opera, Heraclito phyſico teſte, omnia fiunt. Propterea non immeritò Gratiam conjugem mundi architecto adjunxit, ut qui jam univerſitati ſuum mundum, id eſt, ornatum gratificaturus eſſet. Sed quænam hujus operis materia fuit?

[5] Χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα, κασσίτερόν τε.

Æs durum, ſtannúmque nitens mollivit in igne.

εἰ μὲν ἀχιλλεῖ κατεσκεύασε πανοπλίαν, πάντα ἔδει χρυσὸν εἶναι· [6] καὶ γὰρ οἶμαι σχέτλιον ἀχιλλέα, μηδὲ γλαύκῳ κατὰ τὴν

Quod ſi panopliam Achilli fabricaſſet, omnia ex auro fieri oportuiſſet, indignum enim foret, Achillem ne Glauco qui-

1 Hæc clauſula eſt ab interprete omiſſa.

2 Vide Diogenem Laërtium in Heracliti vita.

3 Vide Homerum Il. σ. v. 382. ad quem alludit

Τὴν δὲ ἴδε προμολοῦσα Χάρις λιπαροκρήδεμνος·
Καλὴ, τὴν ὤπυιε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις.

4 Legenda hæc ſunt per interrogationem, ut rectè legit eruditus interpres.

5 Il. σ. v. 474.

6 Alludit eleganter Heraclides ad illud Il. ζ. v. 236. Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

1 Sic

dem magnificentia parem eſſe. Nunc autem elementa quatuor permiſcentur. & aurum quidem æthercam naturam vocavit, argentum verò ſimilem ei colore aërem. Cæterum æs & ſtannum nominantur aqua & terra, propter molis ſuæ pondus. Formatur autem primò ſcutum ab eo ex iſtis elementis figura rotundum, per quod mundum nobis evidenter ſignificavit. At non hinc ſolum ex armorum apparatu, ſed aliis permultis argumentis conſtat, ſphæricam mundi figuram Homero perſpectam fuiſſe.

τὴν πολυτέλειαν ἴσον εἶναι. νῦν δὲ τὰ τέτταρα ϛοιχεῖα κίρναται. καὶ χρυσὸν μὲν ὠνόμασε τὴν αἰθερώδη φύσιν, ἄργυρον δὲ τὸν αὐτῇ τῇ χρόᾳ συνομοιούμενον ἀέρα· χαλκὸς δὲ καὶ κασσίτερος, ὕδωρ τε καὶ γῆ προσαγορεύεται, διὰ τὴν ἐν ἀμφοτέροις βαρύτητα. [1] πρώτη δὲ ἀπὸ τούτων τῶν ϛοιχείων ἀσπὶς ὑπ' αὐτοῦ χαλκεύεται, σφαιροειδὲς ἔχουσα τὸ σχῆμα. δι οὗ τὸν κόσμον ἡμῖν ἐμφανῶς ἐσήμηνεν. ὃν ὀυκ ἀπὸ τῆς ὁπλοποιίας μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλων τεκμηρίων ἐπίϛαται κυκλοειδῆ.

Afferemus autem aliquas breviter hujus rei demonſtrationes, paululum ab inſtituto digreſſi. Ergo ſubinde Homerus Solem vocat indefeſſum, Electorem, & Hyperionem, nihil aliud per hujuſmodi epitheta quàm talem mundi figuram innuens. Nam quod *ἀκάμας*, id eſt, indefeſſus cognominatur, id probare videtur, cum perpetua neceſſitate circa mundum ferri, non autem fines habere ſui curſus ortum & occaſum. Elector verò dici videtur, vel quia lecto & quiete nunquam fruatur: vel potius tanquam *ἐπιλέκτωρ*, ut qui circulari mo-

Συντόμως δὲ ἐν παρεκβάσει τὰς ὑπὲρ τούτων φιλοτεχνοῦντες ἀποδείξεις δηλώσομεν. [2] συνεχῶς τοίνυν τὸν ἥλιον ἀκάμαντα, [3] καὶ ἠλέκτορα, [4] καὶ ὑπερίονα προσαγορεύει διὰ τῶν ἐπιθέτων, ὀυκ ἄλλο τι πλὴν τοῦτο τὸ σχῆμα σημαίνων. ὅτι γὰρ ἀκάμας ὁ μὴ κάμνων, ἔοικεν ὅρους ἔχειν ὀυκ ἀνατολὴν καὶ δύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀεὶ περίδρομον ἀνάγκην. ἠλέκτωρ δὲ δυοῖν θάτερον, ἢ ἤλεκτρος ὁ θεὸς ὀνομάζεται μηδέποτε κοίτης ἐπιλαχὼν, ἢ τάχα πιθανώτερον ἐπιελέκτωρ τὶς ὢν, καὶ κυκλοτε-

[1] Sic Homerus Il. σ. verſ. 478. ad cujus verba reſpicit

Ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Πάντοσε δαιδάλλων, περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινήν.

2 Ut Ili. σ. verſ. 239. & 484.
3 Il. ζ. ver. 513.
——— ὥς τ' ἠλέκτωρ ἐβεβήκει.
4 Od. μ. ver. 133. & eodem lib. ſæpe.

κλοτερεῖ φορᾷ [1] δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀναμετρούμενος τὸν κόσμον. ὑπερίονα δὲ νομιστέον αὐτὸν τὸν ὑπεριέμενον ἀεὶ τῆς γῆς, ὥσπερ οἶμαι, καὶ ξενοφάνης ὁ κολοφώνιός φησιν,

Ἠέλιός θ' ὑπεριέμενος, γαῖάν τ' ἐπιθάλπων.

εἰ γὰρ πατρωνυμικῶς αὐτὸν ἠθέλησεν ὀνομάζειν, εἶπεν ἂν ὑπεριονίδην, ὡς ἀτρείδην, εἰ τύχοι, τὸν ἀγαμέμνονα, καὶ πηλείδην τὸν ἀχιλλέα. [2] ἥτε θοὴ νὺξ οὐκ ἄλλό τι σημαίνει, πλὴν τὸ σφαιροειδὲς ὅλου τοῦ κόσμου σχῆμα. τὸν γὰρ αὐτὸν ἡλίῳ δρόμον ἡ νὺξ ἀνύει. καὶ πᾶς ὁ καταλειφθεὶς ὑπ' ἐκείνου τόπος, εὐθὺς ὑπὸ ταύτης ἐκμελαίνεται. σαφῶς γοῦν ἑτέρωθί που τοῦτο μηνύων, φησί.

[3] Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

ὥσπερ γὰρ ἀπηρτημένην ἑαυτοῦ τὴν νύκτα κατόπιν ἐφέλκεται, συγχρονοῦσαν τοῖς ἡλίου τάχεσιν. εἰκότως οὖν αὐτὴν ὅμηρος εἴρηκε θοήν. δύναταί γε μὴν πιθανώτερόν τις ἐπιχειρῶν, θοὴν ὀνομάζειν μεταληπτικῶς, οὐ τὴν κατὰ κίνησιν ὀξεῖαν, ἀλλὰ τὴν

tu ſuo noctu diuque mundum legat & metiatur. Hyperiona verò nominatum conjectura eſt, utpote ὑπεριέμενον ἀεὶ τῆς γῆς, quoniam perpetuo ſupra terram fertur: quod & Xenophanes Colophonius approbare videtur hoc verſu.

Ἠέλιος θ' ὑπεριέμενος γαῖάν τ' ἐπιθάλπων.

Sólque ſupergrediens, terram vegetánſque calore.

Si namque patronymicè ipſum nominare voluiſſet, Hyperionidem dixiſſet, ita ut Agamemnonem Atridam, & Peliden Achillem. Ad hæc θοὴ νὺξ (id eſt, nox celeris, aut acuta, per metalepſin Græcæ dictionis) ab Homero nuncupata, nihil aliud ſignificat quàm ſphæricam totius mundi figuram. Peragit enim nox eundem curſum, quem & Sol: & omnis relictus à Sole locus continuo ab illa obumbratur, quod alibi clarius oſtendens, ait:

Oceano merſa eſt clari lux candida Solis,
Quam nox à tergo ſequitur caligine denſa.

Etenim poſt ſe noctem Sol attrahit veluti annexam, æquali temporis menſura ipſius curſum æquantem. Probabili ratione igitur Homerus noctem θοὴν vocavit. Sed forte probabilius aliquis ipſam contenderit θοὴν appellatam metalepticè, loco adjectivi ὀξεῖαν, id eſt.

καὶ

1 δι' ἡμέρας MS. Angl.

2 Il. ω. 366. & alibi ſæpe.

3 Il. θ. ver. 485. Locus inſignis & qui ab Ennio & Virgilio traductus fuit. A Strabone non ſemel in medium adductus, itémque à Plutarcho in lib. de Homero.

1 Od.

acutam: non quod curſu acuta ſeu velox ſit, ſed quia figura ejus in acutam lineam terminatur. Nam & alibi ait:

Appulit inde θοαῖς *navis mihi per mare* νήσους.

Non celeritatem ſtabilium inſularum ſtultè ſignificaturus, ſed figuram exeuntem in acutam lineam. Quare merito noctem θοὴν vocavit, id eſt, acutam, utpote cujus umbra extremitate mucronetur. Hinc autem naturali ratione demonſtratur globoſum eſſe mundum. Siquidem mathematici tribus modis umbrarum figuras reddi dicunt. Nam ſi corpus illuſtrans illuſtrato minus fuerit, extrema baſis umbræ in calathi formam dilatari ſolet, ab exili principio juxta verticem incipiens. Contrà ſi major fuerit lux illuſtrans illuſtrato loco, umbra conformis redditur, ex lato principio in anguſtum redacta. At ſi fuerint æqualia tum illuſtrans tum illuſtratum, umbra inſtar cylindri æqualiter lineis utrinque ſitis ſe habet. Itaque Homerus ſolem terra majorem, juxta plurimorum philoſophorum aſſertionem demonſtraturus, decenter noctem θοὴν nuncupavit, hoc eſt in acutam figuram exeuntem in extremitate, cum

κατὰ σχῆμα. καὶ γὰρ ἑτέρωθί που φησίν·

[1] Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσιν.

οὐ τὸ τάχος τῶν ἐῤῥιζωμένων νήσων ἠλιθίως δηλώσειν ἐσπουδακὼς, ἀλλὰ τὸ σχῆμα πρὸς ὀξεῖαν ἀπολήγουσαν ἀποτελοῦν γραμμήν. εἰκότως οὖν νύκτα θοὴν ὠνόμασε, τὴν ἐπ' ὀξὺ τέλος τῆς ἐσχάτης σκιᾶς ἀποτερματίζουσαν. φυσικῶς δὲ περὶ τούτου ὁ λόγος ἀποδείκνυσιν, ὅτι σφαιροειδής ἐστιν ὁ κόσμος. τριχῇ δὲ οἱ μαθηματικοὶ τὰ σχήματα τῶν σκιῶν φασιν ἀποπίπτειν. ἐπειδὰν γὰρ ἔλαττον ᾖ τὸ περιλάμπον τοῦ καταλαμπομένου, τὴν σκιὰν συμβέβηκε καλαθοειδῶς ἐπὶ τὴν ὑστάτην πλατύνεσθαι βάσιν, ἀπὸ λεπτῆς ἀνισαμένην τῆς κατὰ κορυφὴν ἀρχῆς. ὅταν δὲ μεῖζον ᾖ τὸ καταλάμπον φῶς τοῦ καταλαμπομένου τόπου, κωνοειδῆ συμβέβηκε τὴν σκιὰν ἀπὸ πλατείας τῆς ἀρχῆς εἰς λεπτὸν ἀποστενοῦσθαι πέρας. ἐπειδάν γε μὴν ἴσον ᾖ τῷ καταλαμπομένῳ τὸ καταλάμπον, κυλίνδρου δίκην ἡ σκιὰ πρὸς ἴσον ἐν ταῖς ἑκατέρωθεν ἔχει γραμμαῖς. βουλόμενος οὖν ὅμηρος τὸν ἥλιον ἄλλως μείζονα τῆς γῆς κατὰ τὴν τῶν πλείστων φιλοσόφων ἔννοιαν ἀποδεῖξαι, [2] εὐλόγως τὴν νύκτα προσηγόρευσεν,

1 Od. ο. ver. 298. Locus celebris, & qui propterea à multis, utpote Strabone lib. 8. & 10. Ariſtotele lib. 3. Rhetor. & Plutarcho lib. de Homer. tractatus fuit, quos ſi libet conſule.

2 MS. Angl. voce θοὴν additâ legit, εὐλόγως θοὴν τὴν νύκτα.

γόρευσεν, εἰς ὀξὺ τὸ πρὸς τῷ πέρατι σχῆμα λήγουσαν. ὥστε οἶμαι μήτε κυλινδροειδῶς, μήτε καλαθοειδῶς τῆς σκιᾶς πίπτειν δυναμένης, ἀλλὰ τὸν λεγόμενον κῶνον ἀποτελούσης. ὃ δὴ πρῶτος ὅμηρος ἐκ μιᾶς λέξεως ὑπαινιξάμενος, τὰς μυρίας τῶν φιλοσόφων ἁμίλλας ἐπιτέτμηται. καὶ μὴν αἱ φοραὶ τῶν ἐναντίων ἀνέμων, δηλοῦσι τὸ τοῦ [1] σεισμοῦ σφαιροειδές. βορέας μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἄρκτου πνέων μετέωρος, [2] μέγα κῦμα κυλίνδει. τὴν γὰρ ἀπὸ τοῦ μεταρσίου φορὰν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον, ἐκ μιᾶς λέξεως κατεκύλησεν ὁ στίχος. τοὔμπαλιν δὲ ἐπὶ τοῦ νότου πνέοντος ἀπὸ τῶν κάτω τόπων ἱστόρησεν,

videlicet neque inſtar cylindri, neque calathi forma umbra cadere poſſit, ſed conum appellatum efficiat: quod primum ab Homero unica dictione inſinuatum, innumeras philoſophorum contentiones redarguit. Præterea contrarii ventorum motus mundi rotunditatem indicant. Boreas enim à ſeptentrione ſublimis ſpirans,

— *Volvitur ingenti cum turbine.*

Motum enim ex alto loco ad humiliorem, una dictione carmen hoc devolvit. Contrario modo de auſtro ab infernis locis flante, prodidit:

[3] Ἔνθα νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν ῥίον ὠθεῖ,

Ad lævum montem vehemens impellitur auſter.

τὴν ἀπὸ τοῦ ταπεινοτέρου κίνησιν εἰς τὸ μετέωρον ἀνακυλίει. [4] ἔτι γε μὴν μετὰ τῶν ἄλλων ἀπείρονα γαῖαν ὀνομάζει· καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς ἥρας,

Hic ab humiliori regione motum verſus altiorem agit. Item præter cætera terram infinitam appellat. Et rurſus de Junone:

[5] Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης.

— *Nam vado, ut videam fines telluris opacæ.*

Οὐ δή που μαχομέναις δόξαις πρὸς αὑτὴν στασιάζων, ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶν σφαιροειδὲς σχῆμα καὶ ἄπειρόν ἐστι, καὶ πεπερασμένον· τῷ μὲν γὰρ, ὅρον τινὰ καὶ περι-

Non quidem pugnantibus ſententiis à ſeipſo diffidens: ſed quoniam omnis figura ſphærica & infinita & finita eſt. Quatenus enim terminum quendam & circumſcriptionem ha-

γραφὴν

1 τοῦ κόσμου MS. Angl.

2 Hemiſtichium Homeri Od. ε. ver. 296. Sed apud Homerum pro κυλίνδει legitur κυλίνδων. Vide Plut. in lib. de Hom.

3 Exſtat hic verſus Odyſſ. γ. v. 295.

4 Ut Od. ε. verſ. 46.
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.

5 Il. ξ. v. 200.

1 Ita

bet, jure finita cenſetur: & rurſus meritò infinitus circulus appellabitur, quia nullus in ipſo finis monſtrari poteſt. omnis enim exiſtimatus finis non minus principium quoque fuerit. His igitur argumentis omnibus ſphæricum eſſe mundum apud Homerum colligitur. manifeſtiſſimum verò ſignum ex Achillis ſcuti confectione habetur. Fecit enim ipſum figura rotundum Vulcanus, tanquam orbis mundani imaginem. Itaque ſcutum fabricari Achilli conveniens, fabuloſè fingendo, ſuam de univerſo mundo ſcientiam in eo ſculpſit. Sed quænam illa fuit?

γραφὴν ἔχειν, εὐλόγως αὐτὸ πεπειρᾶσθαι νομιςέον. ἄπειρον δ' ἂν ὁ κύκλος ὀνομάζοιτο δικαίως, ἐπειδήπερ ἀμήχανόν ἐςι δεῖξαι πέρας ἐν αὐτῷ τι. τὸ γὰρ νομισθὲν εἶναι τέλος, ἐξ ἴσου γένοιτ' ἂν ἀρχή. ταυτὶ μὲν οὖν ἀθρόα τεκμήρια τοῦ σφαιροειδῆ τὸν κόσμον εἶναι παρ' ὁμήρῳ, τὸ δ' ἐναργέςατόν ἐςι σύμβολον [1] τῆς ἀχιλλέως ἀσπίδος κατασκευῆς· [2] κυκλοτερὲς γὰρ τῷ σχήματι κεχάλκευεν ὅπλον ἥφαιςος, ὥςπερ εἰκόνα τῆς κοσμικῆς περιόδου. μυθικῶς μὲν οὖν ἀσπίδα χαλκευομένην ὑποςησάμενος ἁρμόζουσαν ἀχιλλεῖ, τὴν διὰ πάντων ἐνεχάραξε πορείαν. τίς δὲ ἦν αὐτη,

Aſtantes pugnant ad ripam fluminis alti,
Torquentes ultro citróque haſtilia ferri.
Certantes aderant inter lis atque tumultus,
Sórſque nocens fati: videas ſine vulnere quoſdam,
Aſt alios nuper confectos vulnere: ſunt qui
Poſt mortem miſere pedibus per caſtra trahuntur.

[3] Στησάμενοι δ' ἐμάχοντο μάχην ποταμοῖο παρ' ὄχθας.
Βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.
Ἐν δ' ἔρις, ἐν δὲ κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὴ κὴρ,
Ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον·
Ἄλλον τεθνειῶτα κατὰ χθονὸς ἕλκε ποδοῖϊν.

Nam in iſtis rebus tota Achillis vita verſabatur. Nunc autem Homerus peculiari philoſophia mundum conſtituens, maxima ſtatim providentiæ opera poſt indiſcretam & con-

Ταῦτα γὰρ ἦν ὁ διηνεκὴς ἀχιλλέως βίος. νῦν δὲ ὅμηρος [4] ἰδίᾳ φιλοσοφίᾳ δημιουργῶν τὸν κόσμον, εὐθὺς τὰ μέγιςα τῆς προνοίας ἔργα μετὰ τὴν ἀδιευκρίνητον

1 Ita MS. Angl. Edebatur τῇ Ἀχιλλέως ἀσπίδος κατασκευῇ.

2 Ut patet ex ver. 479. Iliad. σ. & ſequent.

3 Locus eſt Ili. σ. v. 533. ſed in ultimo verſu legitur hic κατὰ χθονὸς, apud Hom. κατὰ μόθον.

4 ἰδίᾳ τινὶ φιλοσοφίᾳ MS. Angl.

τον καὶ κεχυμένην ὕλην ἐχάλκευσεν.

fuſam materiem fabricari deſcripſit.

Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ᾽, ἐν δ᾽ οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλατταν,
Ἠέλιόν τ᾽ ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν.

In clypeo terram ſculpſit, pelagúſque, polúmque,
Atque indefeſſum Solem, Lunámque globoſam.

ἡ τῆς κοσμικῆς γενέσεως εἱμαρμένη, πρῶτον θεμελιοῦχον ἐκρότησε τὴν γῆν. εἶτα ἐπὶ ταύτῃ, καθάπερ τινὰ θείαν στέγην τὸν οὐρανὸν ἐπωρόφωσε, καὶ κατὰ τῶν ἀναπεπταμένων αὐτῆς κόλπων, ἀθρόαν ἔχεε τὴν θάλατταν, εὐθύς τε ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ, τὰ διακριθέντα τῶν στοιχείων ἀπὸ τοῦ πάλαι χάους ἐφώτισεν.

Mundanæ generationis providentia primo loco terram ceu fundamentum produxit: deinde ſupra illam veluti tectum quoddam divinum, cœlum extruxit: & per ſinus terræ patentes mare copioſum effudit; deinde Solis ac Lunæ radiis elementa ab antiqua confuſione diſcreta illuminavit.

[1] Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα τά τ᾽ οὐρανὸς ἐστεφάνωται,

Et quotquot cœlum ſplendoribus aſtra coronant.

δι᾽ οὗ μάλιστα σφαιροειδῆ παραδέδωκεν ἡμῖν τὸν κόσμον. ὥσπερ γὰρ ὁ στέφανος κυκλοτερὴς τῆς κεφαλῆς κόσμος ἐστιν, οὕτω τὰ διεζωκότα τὴν οὐράνιον ἁψῖδα κατὰ σφαιροειδοῦς ἐσπαρμένα σχήματος, εἰκότως οὐρανοῦ στέφανος ὠνόμασαι· διακριβολογησάμενος δ᾽ ὑπὲρ τῶν [2] ὁλοσχερῶν, καὶ κατὰ μέρος ἐπιφανέστατα δεδήλωκεν. οὐ γὰρ ἠδύνατο πάντα θεολογεῖν ὥσπερ εὔδοξος, ἢ ἄρατος, ἰλιάδα [3] γράφειν, ἀντὶ τῶν φαινομένων ὑποστησάμενος ἑαυτῷ. μεταβέβηκεν οὖν ἀλληγωρικῶς ἐπὶ τὰς δύο πόλεις.

Hoc verſu maximè globoſum eſſe mundum docuit. Nam uti corona circularis ornatus eſt capitis: ſic aſtra, quæ cœleſtem apſidem cingunt, per orbicularem figuram diſperſa, meritò cœli corona vocantur. Poſtquam igitur de ſtellis univerſis tam accuratè loquutus eſt, ſingularum ſtatim clariſſimas indicat. Nec enim omnes commemorare potuit, ut Eudoxus & Aratus fecerunt, cum Iliadem ſcribere ſtatuiſſet, non Phænomena, id eſt, ſtellarum apparentium deſcriptionem. Tranſivit itaque ad binas civitates allegoricè, alte-

τὴν

1 Verſus 485. Iliad. σ.
2 ὁλοσχερῶν ἀστέρων MS. Angl.
3 γράφων perperam MS. Angl.

1 Ita

ram pacis, alteram belli introducens: ita ut ne Agrigentinus quidem Empedocles aliunde quàm ab Homero dogma Siculum hauſerit. Nam hic unà cum quatuor elementis in ſpeculatione de natura litem & amicitiam primordia rerum tradidit: quorum & Homerus utrunque inſinuans civitates in ſcuto cælavit, alteram pacis, id eſt, amicitiæ, alteram belli, hoc eſt litis. Porrò quinque plicis reduplicatum ſcutum compoſuit, nimirum haud aliud quàm zonas mundum diſtinguentes repræſentaturus. Siquidem ſuprema zona borealem polum ambit, arcticam ab urſæ aſtro vocant: altera poſt illam, temperata eſt: tertia vocatur torrida: quarta nomen idem cum ſecunda ſervat: quinta à vento proximo nominatur auſtralis, & antarctios, id eſt, oppoſita ſeptentrioni. Ex illis binæ propter frigus omnino non habitantur, nempe aquilonia & auſtrina. Torrida quoque ob vehementiam æſtus nulli hominum pervia

τὴν μὲν εἰρήνης, τὴν δὲ πολέμου [1] παρεισάγων, [2] ἵνα μηδ᾽ ἐμπεδοκλῆς ὁ ἀκραγαντῖνος ἀπ᾽ ἄλλου τινὸς, ἢ παρ᾽ ὁμήρου τὴν σικελικὴν ἀρύσηται δόξαν. ἅμα γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις κατὰ τὴν φυσικὴν θεωρίαν παραδέδωκε τὸ νεῖκος καὶ τὴν φιλίαν. τούτων δ᾽ ἑκάτερον ὅμηρος ὑποσημαίνων, πόλεις ἐνεχάλκευσε τῇ ἀσπίδι. τὴν μὲν εἰρήνης, τουτέστι, τῆς φιλίας. τὴν δὲ πολέμου, τουτέστι νείκους. [3] πτύχας δ᾽ ὑπεστήσατο τῆς ἀσπίδος πέντε. σχεδὸν οὐκ ἄλλό τι [4] πλὴν τὰς ἐμπεποικιλμένας τῷ κόσμῳ ζώνας ὑπαινιξάμενος. ἡ μὲν γὰρ ἀνωτάτω περὶ τὸν βόρειον εἰλεῖται πόλον, ἀρκτικὴν δὲ αὐτὴν ὀνομάζουσιν. ἡ δ᾽ ἐφεξῆς εὔκρατός ἐστιν· εἶτα τὴν τρίτην διακεκαυμένην καλοῦσιν. ἡ δὲ τετάρτη ὁμωνύμως τῇ δευτέρᾳ πρότερον εὔκρατος ὀνομάζεται. πέμπτη δ᾽ ἐπωνύμως τοῦ νοτίου μέρους, ἡ νότιός τε καὶ ἀντάρκτιος καλουμένη. τούτων αἱ μὲν δύο τελέως ἀοίκητοι διὰ τὸ κρύος, ἥ τε τὸν βόρειον εἰληχυῖα πόλον, καὶ τὸν ἀπαντικρὺ νότιον. ὁμοίως δ᾽ ἐν αὐταῖς ἡ διακεκαυμένη καθ᾽ ὑπερβολὴν τῆς πυρώδους οὐσίας, οὐδενὶ βατὴ ζώῳ.

1 Ita MS. Angl. Male edebatur, περιεισάγων.

2 Idem ac iiſdem pene verbis refert In ejus vita Laërtius his verbis: Στοιχεῖα μὲν εἶναι τέτταρα πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα. φιλίαν τε ᾗ συγκρίνεται καὶ νεῖκος ᾧ διακρίνεται: quod jam ſupra obſervatum fuerat.

3 Reſpicit Heraclides ad Homeri verba quæ continentur Iliad. σ. verſ. 481.

Πέντε δ᾽ ἄρ᾽ αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες.

4 Ita Geſnerus legendum monuit, pro eo quod in ſuo codice invenerat, πλὴν οὐκ ἐμπεποικ.

1 Hos

ζώῳ. δύο δὲ τὰς εὐκράτους φασὶν οἰκεῖσθαι, τὴν μέσην ἀφ' ἑκατέρας ζώνης κρᾶσιν ἐπιδεχομένας. ὁ γοῦν ἐρατοσθένης, καὶ σφοδρότερον ἐν τῷ ἑρμῇ ταύτας διηκρίβωσεν εἰπών·

[1] Πέντε δὲ οἱ ζῶναι περιηγέες ἐσπείρηνται,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο.
Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἔκπυρος, οἷον ἐρυθρή.
Τυπτομένη φλογμοῖσιν ἐπεί ῥά ἑ μοῖραν ἐπ' αὐτὴν
Κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοιο περιπεπηγυῖαι,
Αἰεὶ κρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι.

ταύτας οὖν ὅμηρος πτύχας ὠνόμασεν, ἐξ ὧν φησιν

-- [2] Ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε κυλλοποδίων,

est. Duas autem temperatas inhabitari ajunt, utpote mediocritatem temperamenti utrinque nactas ab extremis. Hæc omnia accuratius ab Eratoſthene in Mercurio deſcribuntur his carminibus:

Quinæ ſunt, mundum quæ cingunt undique, zonæ.
Ex illis geminas cyani color implet opacus.
Una eſt, quæ nimio ſemper torretur ab æſtu.
Phœbus enim radiis nunquam non urit acutis,
Hanc ſibi ſubjectam directo tramite partem.
Aſt utrinque ſitas extremo cardine cœli
Semper habet gelidum frigus, replentur & undis.

Has igitur zonas Homerus plicas nominavit, ubi dicit:

Poſtquam quinque plicas clypei perfecerat arte

Τὰς

1 Hos Eratoſthenis verſus ita leges diſtinctos & emendatos in commentariis ſummi viri Joſephi Scaligeri in Manilium.

Πέντε δέ οἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρωντο,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο,
Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
Ἡ μὲν ἔην μεσάτη. ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα περὶ πρό,
Τυπτομένη φλογμοῖσιν, ἐπεί ῥα ἑ μοῖραν ὑπ' αὐτὴν
κεκλιμένην ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύω ἑκάτερθε πόλοις περιπεπηνυῖαι
αἰεὶ φρικαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσι.
οὐ μὲν ὕδωρ, ἀλλ' αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν κρύσταλλος
καὶ γαῖαν ἀμπέχει περίψυχος δὲ τέτυκτο.
ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα, καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι.
δοιαὶ δ' ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλῃσι
μεσσηγὺς θέρεός τε καὶ ὑετίου κρυστάλλου,
ἄμφω εὔκρητοί τε καὶ ὄμνιον ἀλδήσκουσαι
καρπὸν ἐλευσίνης δημήτερος· ἐν δέ μιν ἄνδρες
ἀντίποδες ναίουσι.

2 Hi omnes verſus leguntur Il. υ. v. 270.

1 τὰς

Mulciber, ære duas, totidem ſtannóque nitente,
Aſt unam ex auro. –

Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
Τὴν δὲ μίαν, χρυσῆν.

Extremas quidem in obſcuro mundi receſſu poſitas zonas æri comparavit. Eſt enim ejus materia gelida, & frigore plena. unde Poëta alio quodam in loco ſcribit,

Mordicus arripuit gelidum æs —

Unam verò, nempe torridam, ex auro fecit: quoniam ignis colore ſuo in primis aurum refert. Interiores autem duas ex ſtanno, temperatas innuens. Nam humida planéque tractabilis eſt materia ſtanni, qua blandum & facilem hujus zonæ nobis uſum propoſuit. Hoc ſanè modo in cœleſti & reverenda Vulcanus officina, ſacroſanctam naturam fabricavit.

τὰς μὲν ἀνωτάτω κατὰ [1] τὸν ἀλαμπῆ μυχὸν τοῦ κόσμου κειμένας δύο ζώνας χαλκῷ προσεικάσας. ψυχρὰ γὰρ ἡ ὕλη, καὶ κρύους μεστή. λέγει γοῦν ἑτέρωθί που, — [2] ψυχρὸν δ' ἕλε χαλκὸν ὀδοῦσι. τὴν δὲ μίαν χρυσῆν τὴν διακεκαυμένην, ἐπειδήπερ ἡ πυρώδης οὐσία κατὰ τὴν χρόαν ἐμφερεστάτη χρυσῷ. δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο, τὰς εὐκράτους ὑποσημαίνων. ὑγρὰ γὰρ ἡ ὕλη, καὶ τελέως εὔθικτος ἡ τοῦ κασσιτέρου, δι' ἧς τὸ περὶ τὰς ζώνας εὐαφὲς ἡμῖν καὶ μαλθακὸν δεδήλωκεν. τὸ μὲν οὖν ἐν οὐρανῷ σεμνὸν ἐργαστήριον ἡφαίστου, τὴν ἱερὰν φύσιν οὕτως ἐδημιούργησεν.

Sed jam ſubitò dira calumniatorum Homeri & gravis invidia, adverſus Deorum pugnam ab ipſo confictam inſurgit. Non enim hîc

Trojugenûmque & Achivorum contentio ſæva

apud Homerum committitur: ſed perturbationes ac ſeditiones cœli divinitatem imminuunt.

Ἀνίσταται δ' εὐθὺς ὁ φρικώδης καὶ χαλεπὸς ἐφ' ὁμήρῳ τῶν συκοφαντούντων φθόνος ὑπὲρ τῆς θεομαχίας. [3] οὐ γὰρ ἔτι τρώων καὶ ἀχαιῶν φύλοπις αἰνὴ παρ' αὐτῷ συνέῤῥωσεν, ἀλλ' οὐράνιαι ταραχαὶ καὶ στάσεις τὸ θεῖον ἀπονέμονται.

Contra Neptunum ſtabat formoſus Apollo
Arcitenens, fretus pharetra, diriſque ſagittis.

[4] Ἤτοι μὲν γὰρ ἔναντα ποσειδάωνος ἄνακτος,
Ἵστατ' ἀπόλλων φοῖβος ἔχων ἰὰ πτερόεντα.

Ἄντα

1 τὰς ἀλαμπεῖς MS. Angl. mendoſe.
2 Hemiſtichium ex Il. ε. v. 75.
3 Sic in principio Ilia. ζ.
Τρώων δ' οἰώθη καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή.
4 Ilia. υ. verſ. 67. & ſeq.

1 Mo-

Ἄντα δ' ἐνυαλίοιο θεὰ γλαυκῶπις ἀθήνη.
Ἥρῃ δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος κελαδεινὴ,
Ἄρτεμις ἰοχέαιρα, κασιγνήτη ἑκάτοιο.
Λητοῖ δ' ἀντέστη σῶκος ἐριούνιος ἑρμῆς.
Ἄντα δ' ἄρ' ἡφαίστοιο, μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.

Adverſus Martem ſe opponit cæſia Pallas.
Junoni verò divæ Latonia proles,
Phœbi pulchra ſoror, armis accincta reſiſtit.
Latonam genitus Maja prohibere parabat.
Hoſtis Mulcibero pugnat rapidiſſimus amnis.

[1] οὐκέτι ταῦθ' ἕκτωρ πρὸς αἴαντα μαχόμενος, [2] οὐδ' ἀχιλλεὺς πρὸς ἕκτορα, καὶ μετὰ πατρόκλου σαρπηδών. [3] ἀλλὰ τὸν μέγαν οὐρανοῦ πόλεμον ἀγωνοθετήσας ὅμηρος, [4] οὐδ' ἄχρι μελλήσεως τὸ κακὸν ὥπλισεν. ἀλλ' ὁμόσε τοὺς θεοὺς συνέῤῥαξεν ἀλλήλοις. [5] ἑπτὰ μὲν γὰρ ἄρης

— Ἐπέσχε πέλεθρα πεσὼν, ἐκόνισσε δὲ χαίτας.

μετὰ ταῦτα δὲ ἀφροδίτης

[6] Λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ.

[7] ἄρτεμις δὲ καὶ προσεξύβρισαι

Hic non amplius Hector Ajaci, nec Achilles Hectori pugnat, aut cum Patroclo Sarpedon: verum ingens certamen cœli poëta proponit, neque Deos armis ſolum induit, ſed abſque ulla cunctatione pugnantes invicem committit.

Collapſus Mavors per ſeptem jugera corpus
Extendit. —

Deinde Veneri,

Priſtina vis genuumque & mentis deficiebat.

Diana verò inſuper & contumeliam eſt paſſa, arcu proprio,

τοῖς

1 Monomachiam Hectoris & Ajacis vide ſi cupias Iliad. η. deſcriptam.

2 Quod certamen deſcribitur pene toto libro Iliad. χ.

3 Alludere videtur Heraclides ad verba Homeri quæ habentur Iliad. φ. v. 388.

Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, &c.

4 Quæ antea paſſim, ut Ili. ε. Minerva, & Mars, υ Neptunus, ο Apollo, & omnes ſimul Ilia. υ. ſed ad hunc librum φ tranſitum facit, in quo unico, aperto Marte invicem pugnant Dii: At dicat aliquis Ili. ε. Mars eſt vulneratus non tam à Diomede, quàm à Minerva. ejus enim haſtam. ἐπέρεισε παλλὰς Ἀθηνὴ Νείατον ἐς κενεῶνα. Quod quamvis verum ſit

— αὐτὰρ Ἀθήνη
Δῦν' ἄϊδος κυνέην, μή μιν ἴδοι ὄβριμος ἄρης. Ili. ε. 845.

5 Verſus 407. Il. φ. quamvis (μὲν γὰρ Ἄρης) Heraclidis, non Homeri verba ſunt. Homerus.

Ἑπτὰ δ' ἐπέσχε πέλεθρα &c.

6 Finis verſus 425. Iliad. φ. & alibi.

7 Elegans Heraclidis alluſio ad hæc verba

tanquam teneræ ætatis virgo, caſtigata. Xanthus autem impediente Vulcano, propemodum fluvius eſſe deſiit. Verum tota hæc hiſtoria ne vulgo quidem prima fronte probabilis videri poteſt: at ſi quis penitus Homerica myſteria contempletur, & occultam ejus ſapientiam exploret, is demum cognoſcet quantum philoſophiæ in hac deſcriptione lateat, quam prius impietatis damnaverat. Sunt igitur quibus arrideat, ſeptem errantium ſtellarum in uno zodiaci ſigno conjunctionem ab Homero hac fabula notatam fuiſſe: quod cum acciderit, interitus univerſitati rerum imminet. Confuſionem igitur univerſalem innuit, in unum locum Apollinem, id eſt, Solem, & Dianam, quam Lunam eſſe dicimus, & Veneris, Martis, Mercurii, Jovíſque ſtellam congregans. Sed hanc interpretationem probabilem potius quàm veram, ne prorſus nobis ignota videretur, commemorare voluimus. Nunc verò clariorem, & Homeri ſapientiæ magis convenientem ſenſum conſideremus. Virtutibus igitur vitia, & pugnantes naturas ſuis contrariis oppoſuit. Nam

τοῖς ἰδίοις τόξοις, ὡς νηπία κόρη σωφρονισθεῖσα· [1] ξάνθος δὲ παρ' ὀλίγον οὐδὲ ποταμὸς ἐρρύη διὰ ἥφαιστον. ὅμως δ' οὖν πάντα ταῦτα κατ' ἀρχὰς μὲν, οὐδ' ὅλως σφόδρα πείθειν δύναται τοὺς πολλούς. εἰ δ' ἐθελήσει τὶς ἐνδοτέρω καταβὰς τῶν ὁμηρικῶν ὀργίων, ἐποπτεῦσαι τὴν μυστικὴν αὐτοῦ σοφίαν, ἐπιγνώσεται τὸ δοκοῦν αὐτῷ ἀσέβημα πηλίκης μεστόν ἐστι φιλοσοφίας. ἐνίοις μὲν οὖν ἀρέσκει τὴν τῶν ἑπτὰ πλανήτων ἀστέρων ἐν ἑνὶ ζωδίῳ σύνοδον ὑφ' ὁμήρου διὰ τούτων δὴ λεχθεῖσαν. φθορὰ δὲ παντελὴς, ὅταν τοῦτο γένηται. σύγχυσιν οὖν τοῦ παντὸς ἐπαινίττεται, συνάγων εἰς ἓν ἀπόλλωνα, τουτέστιν ἥλιον, καὶ ἄρτεμιν, ἣν φαμὲν εἶναι σελήνην, τόν τε τῆς ἀφροδίτης καὶ ἄρεως, ἔτι δὲ καὶ ἑρμοῦ καὶ διὸς ἀστέρα. ταύτην μὲν οὖν πιθανότητος μᾶλλον ἢ ἀληθείας ἐχομένην τὴν ἀλληγορίαν, ἄχρι τοῦ μὴ δοκεῖν ἀγνοεῖν παρειλήφαμεν. ἃ δ' ἐστιν ἐναργέστερα, καὶ τῆς ὁμήρου σοφίας ἐχόμενα, ταύτῃ δὴ σκοπεῖν ἀναγκαῖον. ἀντέταξε γοῦν κακίαις μὲν ἀρετάς· ταῖς δὲ μαχομέναις φύσεσι, τὰς ἀντιπάλους. αὐτίκα, τῶν θεῶν ἡ ζεῦ-

verba Homeri Iliad. φ. v. 489.

Ἦ ῥα καὶ ἀμφοτέρας ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔμαρπτε
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ἀπ' ὤμων αἴνυτο τόξα
Αὐτοῖσιν δ' ἄρ' ἔθεινε παρ' οὔατα μειδιόωσα
Ἐντροπαλιζομένην, &c.

1 Siquidem ut hoc noſtro libro φ. habetur v. 366.

Οὐδ' ἔθελε προρέειν ἀλλ' ἴσχετο, τεῖρε δ' ἀϋτμὴ
Ἡφαίστοιο βίηφι πολύφρονος.

1 Ver-

ἡ ζεῦξις, οὕτω πεφιλοσόφηται τῆς μάχης, ἀθηνᾶ καὶ ἄρης, τουτέςιν ἀφροσύνη καὶ φρόνησις. ὁ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἔφην, Μαινόμενος ἐςὶ τυκτὸν κακὸν, ἀλλοπρόσαλλον. [2] ἡ δ' ἐν πᾶσι θεοῖσι

Μήτί τε κλέεται καὶ κέρδεσιν.

ἀδιάλλακτός γε μὴν ἔχθρα τοῖς τὰ βέλτιςα διευκρίνουσι λογισμοῖς πρὸς τὴν οὐδὲν ὁρῶσαν ἀφροσύνην. ὡς δὲ μάλιςα τὸν βίον ὀνήσειν ἔμελλεν, οὕτω τὰ τῆς μάχης διευκρίνησεν. οὐ γὰρ ἡ μεμηνυῖα, καὶ παραπλὴξ ἀναισθησία, τῆς συνέσεως γέγονε κρείσσων. ἐνίκησε δὲ ἀθηνᾶ τὸν ἄρην, καὶ κατὰ γῆς ἐξέτεινεν. ἐπειδήπερ ἅπασα κακία χαμαιπετὴς ἐν τοῖς ταπεινοτάτοις ἔῤῥιπται βαράθροις, πατούμενον νόσημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ὕβριν ὑποκείμενον. ἀμέλει συνεξέτεινεν αὐτῷ τὴν ἀφροδίτην, τουτέςι τὴν ἀκολασίαν.

[3] Τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,

συγγενῆ, καὶ τοῖς πάθεσι γειτνιῶντα τὰ νοσήματα. λητοῖ δ' ἀνθέςηκεν ἑρμῆς. ἐπειδήπερ ὁ μὲν οὐδὲν ἄλλο πλὴν λόγος ἐςὶ τῶν ἔνδον ἐν ἡμῖν

ut rem aggrediamur, pugnantia Deorum paria ſapienter tradita hæc ſunt: Minerva, & Mars mutuò contendunt, hoc eſt, prudentia & ſtultitia. Mars enim, ut ſuprà dixi,

Inſanum præſénſque malum, nunc partibus illis:
Nunc aliis ſocium. —

Minerva autem inter omnes Deos,

Mente & conſiliis præſtat.

Atqui nullo pacto conciliari poteſt inimicitia rationis optima quæque diſcernentis, & cæcæ imprudentiæ. Cæterum talem pugnæ eventum diffinivit, qualis utiliſſimus erat humanæ vitæ futurus. Non enim amens & attonita ſtoliditas prudentia ſuperior evaſit: ſed Minerva Martem devicit, ac in terram ſtravit. Siquidem omnis malitia humi jacet in imis barathris abjecta, & vitium pedibus calcandum, omníque contumeliæ obnoxium, ſubjectum eſt. Quin & Venerem, id eſt, intemperantiam, ſimul cum ipſo proſtravit,

Omniparente jacent terra proſtratus uterque.

Utpote cognata & vicina affectuum vitia. Latonæ Mercurius obſiſtit. Nihil enim aliud eſt quàm ratio & moderatio

1 Verſus eſt Il. ε. v. 831. legitur autem
Τοῦτον, μαινόμενον, τυκτὸν &c.
2 Verba ſunt Minervæ Ulyſſem ob ſui diſſimulationem increpantis Od. ν. v. 298. perſona tantum immutata
— ἐγὼ ἐν πᾶσι θεοῖσι
Μήτι τε κλέομαι καὶ κέρδεσιν. Legebatur autem vitioſe apud Heraclid. μή τι pro μήτι.
3 Verſus 426. Il. φ. qui in noſtris exemplaribus ſic legitur
Τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ποτὶ &c.

1 At

inſitorum nobis affectuum. Omni autem rationi λητὼ (Latonam dicunt Latini) tanquam ληθὼ quædam (unius literæ mutatione) id eſt, oblivio adverſatur. Nam id amplius enunciari non poteſt, cujus memoria deleta fuerit. Proinde Muſarum matrem Mnemoſynem ferunt, rationi & doctrinæ præſides Deas, ex memoria natas inquientes. Ergo jure oblivio contrariam pugnæ partem defendit. Merito autem ceſſit Mercurio, utpote deterior. eſt enim oblivio diſciplinæ perditio, & quod manifeſtum erat, ſurdo ſilentio victum, memoria ejus omni abolita involvit. Reliquorum autem deorum pugna magis ad naturam eſt referenda. dicens enim,

Contra Neptunum ſtabat formoſus Apollo,

aquæ ignem opponit. Nam Solem vocat Apollinem, humidam verò naturam, Neptunum: quæ quidem inter ſe pugnare, probatione non eget. Conſtat enim alterum ab altero, cui vis major fuerit, corrumpi. Subtili autem verita-

ἡμῖν παθῶν. λόγῳ δὲ παντὶ μάχεται λητὼ, οἱονεὶ ληθώ τις οὖσα, καθ' ἑνὸς στοιχείου μετάθεσιν· τὸ γὰρ ἀμνημονούμενον οὐκ ἔτι ἀγγελθῆναι δύναται. διὸ δὴ καὶ μητέρα μουσῶν μνημοσύνην ἱστοροῦσι, τὰς προστάτιδας τοῦ λόγου θεὰς ὑπὸ μνήμην γεγενῆσθαι λέγοντες. εἰκὸς οὖν τὴν λήθην πρὸς ἀντίπαλον ἅμιλλαν ἐξωρμηκέναι. [1] δικαίως δ' ὑπεῖξεν αὐτή. λόγου γὰρ ἧττω λήθη, καὶ τὸ φανερὸν ὑπ' ἀμνηστίας ἐν κωφῇ [2] νενίκηται σιωπῇ. τῶν γε μὴν ὑπολειπομένων θεῶν ἡ μάχη φυσικωτέρα.

[3] Ἤτοι μὲν γὰρ ἔναντα ποσειδάωνος ἄνακτος,
Ἵστατ' ἀπόλλων φοῖβος.

ὕδατι πῦρ ἀντέθηκε. τὸν μὲν ἥλιον, ἀπόλλωνα προσαγορεύσας, τὴν δ' ὑγρὰν φύσιν ποσειδῶνα. τούτων δὲ ἑκάτερον ὡς ἐναντίαν ἔχει δύναμιν, τί δεῖ καὶ λέγειν; φθαρτικὸν ἀεὶ κατ' ἐπικράτειαν θατέρου θάτερον. καὶ μὴν ὑπὸ λεπτῆς

1 At videtur potius Mercurius Latonæ ceſſiſſe, ſiquidem negat ſe cum ea pugnaturum quod arduum ac difficile ſit, Πληκτίζεσθ' ἀλόχοισι Διὸς νεφεληγερέταο, Iliad. φ. v. 499. ideo libenter ei victoriæ gloriam concedit. Nihilominus tamen ea victa eſſe videtur, quæ ſequutam eſſe filiam fugientem dicitur: quod teſtantur & hæc Neptuni verba Iliad. υ. v. 141.

—μάλα δ' ὦκα διακρινθέντας ὀΐω
Ἄψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων
Ἡμετέρης ὑπὸ χερσὶν ἀνάγκῃ ἶφι δαμέντας.

Vide eadem apud Plutarchum in lib. de Homero, cujus hæc ſunt verba, τὸν δὲ ἑρμῆν τῇ λητοῖ ἀντιτάσσει, ὅτι ὁ μὲν λόγος ἀεὶ ζητεῖ καὶ μέμνηται, ἡ δὲ λήθη τούτῳ ἐστὶν ἐναντίον.

2 MS. Angl. Editus perperam νενίκηκε.

3 Verſus 67. Il. υ. Hujus rei rationem vide etiam apud Plut. in lib. de Homero, καὶ τὸν μὲν Φοῖβον τῷ Ποσειδῶνι ἀντιτάσσει, τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, τῷ ὑγρῷ καὶ ψυχρῷ.

πτῆς τῆς περὶ τὴν ἀλήθειαν θεωρίας, διαλύει ἀμφοῖν τὴν μάχην· ἐπειδήπερ ἡλίου τροφὴν ἀπεφηνάμεθα τὴν ἔνυγρον οὐσίαν, καὶ μάλιςα τὴν ἁλμυράν. λεληθότως γὰρ [1] ἀπὸ γῆς τὸ δίυγρον ἀνασπῶν τῆς ἀτμίδος, τούτῳ μάλιςα τὴν πυρώδη φύσιν αὔξει. χαλεπὸν δ' ἦν τῷ τρέφοντι, τὸ τρεφόμενον ἀνθιςάμενον, διὰ τοῦθ' ὑπεῖξαν ἀλλήλοις.

[2] Ἥρῃ δ' ἀντέςη χρυσηλάκατος κελαδεινὴ,
([3] Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.

οὐδὲ τοῦτ' ἀλόγως εἰσήγαγεν ὅμηρος. ἀλλ' ὥσπερ ἔφην, ἥρα μὲν ἐςιν ἀὴρ· τὴν δὲ σελήνην ἄρτεμιν ὀνομάζει. πᾶν δὲ τὸ τεμνόμενον, ἀεὶ πολέμιόν ἐςι τῷ τέμνοντι καὶ διὰ τοῦτο ἐχθρὰν ἀέρι τὴν σελήνην ὑπεςήσατο, τὴν ἐν ἀέρι αὐτῆς φορὰν, καὶ τοὺς δρόμους ὑποσημαίνων. εἰκὸς δὲ ταχέως νενικῆσθαι τὴν σελήνην, ἐπειδήπερ ὁ μὲν ἀὴρ πολὺς καὶ [4] πάντῃ κεχυμένος. ἡ δ' ἐλάττων καὶ συνεχῶς ὑπὸ τῶν ἀερίων παθημάτων ἀμαυρουμένη, τοῦτο μὲν ἐκλείψεσι, τοῦτο δ' ἀχλύϊ, καὶ ταῖς ὑποτρεχούσαις νεφέλαις. διὰ τοῦτο τῆς νίκης τὰ βραβεῖα τῷ μείζονι καὶ συνεχῶς βλάπτοντι προσέθηκεν.

tis ſpeculatione contentionem amborum diſſolvit. Quandoquidem Solis alimentum eſſe humidam eſſentiam aſſerimus, & maximè ſalſam. (latenter enim à terra vaporem humidum trahens, præcipuè igneam naturam inde fovet.) non decebat autem nutriendum illi reſiſtere à quo nutritur; probabili cauſa ſibi mutuò ceſſerunt,

Junoni verò divæ Latonia proles,
Phœbi pulchra ſoror armis accincta reſiſtit.

Ne iſtud quidem ab Homero temere introductum eſt: verum, ut dixi, Juno quidem aër eſt, Lunam verò Dianam appellat. Omne autem ſciſſum inimicum eſt ſcindenti. Quapropter adverſam aëri Lunam fecit, motum ejus atque curſus in aëre ſignificans. Conſentaneum verò eſt, Lunam ſtatim ſuperari. Siquidem aër multus eſt, & undique circumfuſus: at Luna minor, & aëriis affectionibus frequenter obſcuratur, partim deliquiis, partim caligine, ac ſubeuntibus nubibus. Proinde victoriæ præmia majori, & ſubinde lædenti contribuit.

Ἄντω

1 Ita MS. Angl. Editus perperam habebat ὑπὸ.

2 Verſus 70. Iliad. *υ*. Plutarchus loco citato ſic allegoricè exponit. τὴν δὲ ἥραν τῇ ἀρτέμιδι, τὸν ἀέρα τῇ σελήνῃ· καὶ ὅτι ὁ μὲν, ςαθερὸς, ἡ δὲ, πολυκίνητος. ſupple ex præced. ἀντιτάσσει.

3 Hæ duæ voces, ἄρτεμις ἰοχέαιρα, deſunt in MS. Angl.

4 πάνυ MS. Angl.

1 Il.

Hoſtis Mulcibero pugnat rapidiſſimus amnis.

Cum de Apolline ac Neptuno verba faceret, cœleſtem nobis ætherem, & immortalem Solis flammam deſignavit: nunc verò ad mortalem ignem tranſiit, quem adverſus fluvium armat, hoſtilem utriuſque naturam pugna committens. Et cum prius Solem Neptuno concedere finxit, jam contrà humidam eſſentiam ab ignea ſuperari facit. Hoc enim elementum illo validius eſt. Quis igitur tam inſanus fuerit, ut ipſos inter ſe pugnantes Deos exiſtimet introduci, cum Homerus in iſtis ad naturam occultè reſpexerit? Porrò Mercurium propè finem Iliadis manifeſtiſſimè comitari Priamum, allegorico ſenſu confinxit. Nihil enim tam gratum eſt, aptúmque ad perſuadendum homines iratos, non argentum, non aurum, neque munerum magnificentia, quàm orationis ſuadela, blandum & gratioſum planè ſupplicantium inſtrumentum. Euripides igitur veriſſimè dixit,

Non eſt aliud quàm ſermo Suadelæ templum.

Hoc etiam Priamus ceu fortiſſima panoplia ſe armavit, ejuſque opera in primis iram Achillis infregit. Haud enim

[1] Ἄντα δ' ἄρ' ἡφαίςοιο μέγας ποταμὸς βαθυδίνης.

ἐν τοῖς ὑπὲρ ἀπόλλωνος, καὶ ποσειδῶνος λόγοις τὸν οὐράνιον ἡμῖν αἰθέρα, καὶ τὴν ἀκήρατον ἡλίου φλόγα δηλώσας, νῦν μεταβέβηκεν ἐπὶ τὸ θνητὸν πῦρ καὶ τοῦτο ἀνθώπλισε ποταμῷ, τὴν διάφορον ἑκατέρου φύσιν εἰς μάχην παροξύνας. πρότερον μὲν οὖν εἴκοντα τὸν ἥλιον ποσειδῶνι παρεισάγει. νῦν δὲ, τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ὑπὸ τῆς πυρώδους ἡττωμένην. δυνατώτερον γὰρ τόδε τὸ ςοιχεῖον θατέρου. τίς οὖν οὕτω μέμηνεν, ὡς θεοὺς μαχομένους ἀλλήλοις παρεισάγειν, ὁμήρου φυσικῶς ταῦτα δι' ἀλληγορίας θεολογήσαντος; [2] ἐπὶ τέλει οὖν τῆς ἰλιάδος, καὶ σφόδρα τὸν ἑρμῆν ἐναργῶς ἀκολουθοῦντα πριάμῳ δεδήλωκεν ἀλληγορήσας. οὐδὲν γὰρ ἔοικεν οὕτω πειθήνιον ἀνδράσιν ὀργιζομένοις, οὐκ ἄργυρος, οὐ χρυσὸς, οὐδὲ ἡ διὰ δώρων πολυτέλεια· μειλίχιον δὲ καὶ προσηνὲς ἱκεσίας ὅπλον ἐςὶν, ἡ διὰ τοῦ λόγου πειθώ. πάνυ γοῦν ἀληθῶς εὐριπίδης, Οὐκ ἔςι πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο πλὴν λόγος· τούτῳ τε πρίαμος ὥςπερ ὀχυρᾷ πανοπλίᾳ καθώπλιςαι. ᾧ καὶ μάλιςα τὴν ἀχιλλέως ἐπήλασεν ὀργήν,

1 Il. υ. verſ. 73. Plutarchus in lib. de Hom. hunc verſum ſic allegoricè exponit. Τὸν δὲ Ἥφαιςον τῷ ποταμῷ (ἀντιτάσσει) κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, καθ' ὃν τὸν ἥλιον τῇ θαλάσσῃ.

2 Verſu nimirum 360. & ſequentibus Iliad. ω.

γὴν, οὐκ ἐν ἀρχῇ δείξας [1] δώδεκα πέπλους, δώδεκα διπλοΐδας χλαίνας, τάτε λοιπὰ τῶν κομισθέντων δώρων, ἀλλ᾽ αἱ πρῶται τῆς ἱκεσίας φωναὶ τοὺς ἄρσενας αὐτοῦ θυμοὺς ἐξεθήλυναν.

[2] Μνῆσαι πατρὸς σοῖο θεοῖς ἐπιείκελ᾽ ἀχιλλεῦ,
Τηλίκου οἷος ἐγὼν ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ.

δι᾽ ὀλίγου προοιμίου τῶν λόγων συνήρπασεν ἀχιλλέα, καὶ σχεδὸν ἀντὶ πριάμου γέγονε πηλεύς. διὰ τοῦτο [3] ἠλέηται μὲν ἄχρι τραπέζης. [4] λουτροῖς δὲ κοσμηθὲν ἀποδίδοται τὸ ἕκτορος σῶμα. τοσοῦτον ἴσχυσεν ὁ τῶν παθῶν [5] ἑρμηνεὺς λόγος, ὃν ἀπέστειλεν ὅμηρος αὐτῷ τῆς ἱκεσίας παράκλητον. ἆρ᾽ οὐκ ἀπόχρη δι᾽ ὅλης τῆς ἰλιάδος συνᾴδουσα καὶ διηνεκὴς ἡ ὁμήρου φιλοσοφία, ἐν ᾗ τὰ περὶ θεῶν ἠλληγόρησε; ζητοῦμεν δὲ τούτων τὶ περιττότερον, καὶ μετὰ τοσαύτας ἀποδείξεις ἐνδεῖν ἔτι τὰ

ſtatim ab initio duodecim peplos, & totidem lænas duplices obtulit, & reliqua ſecum advecta munera: ſed prima ſupplicationis ejus verba maſculum Achillis animum effœminârunt.

Sis memor ô divine tui genitoris Achilles,
Qui mihi nunc ſimilis miſeræque in fine ſenectæ
Æacides Peleus mecum verſatur eodem.

Hiſce verbis prooemii tam brevis adeò affecit Achillem, ut ei tantum non Peleus ex Priamo factus fuerit. Quocirca tantam eſt miſericordiæ gratiam aſſecutus, ut menſâ quoque exciperetur, & Hectoris filii corpus lavacris purificatum ei reſtitueretur. Tantum effecit affectuum interpres oratio, quam Homerus Priamo, veluti ſupplicationis patronum attribuit. An verò non ſufficit concors atque perpetua per Iliadem univerſam Homeri philoſophia, qua de diis allegoricè diſſeruit: ſed quiddam iſtis amplius deſideramus, & poſt tot demonſtrationes adhuc illa quæ

κατὰ

1 Alludit author ad verſ. 229. & 230. Il. ω. Ubi notandum hîc legi διπλοΐδας, cum in probatis Homeri exemplaribus δ᾽ ἁπλοΐδας legatur. Ego διπλοΐδας præfero.

2 Locus eſt Il. ω. verſ. 486. Laudat hunc locum Quintil. lib. 10. inſtit. his verbis. Nam epilogo quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillem precibus æquari. Hic verò in primo verſu σοῖο. in probatis Homeri exempl. σεῖο, in ſecundo hic, οἷος, ibi, ὥσπερ.

3 Ut eſt Il. ω. v. 601.
—νῦν δὲ μνησώμεθα δόρπου. & ibid. v. 626.
—αὐτὰρ κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεύς.
Οἱ δ᾽ ἐπ᾽ ὀνείαθ᾽ ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρας ἴαλλον.

4 Ut eſt Il. ω. v. 582.
Δμωὰς δ᾽ ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ᾽, ἀμφί τ᾽ ἀλεῖψαι.

5 Elegans alluſio ad nomen Mercurii ut jam recte obſervatum fuerat.

1 αὐτοῦ.

in Odyſſea ſcribuntur, nobis deeſſe putamus?

Quandoquidem igitur nulla rerum pulchrarum ſatietas contingit, à militari & bellicoſa Iliade, ad moralem Odyſſéam tranſeamus. Nam ne hæc quidem omnino philoſophiæ expers eſt. Sed in utroque poëmate ſimilem ſibi Homerum invenimus, qui nihil indecori de numinibus ſcribat, verum abſque omni abſurditate ænigmata proponat. Statim igitur ab initio Minervam à Jove ad Telemachum miſſam legimus, ídque probabili ratione. Siquidem teneram ætatem ſuperans, jámque vigeſimum annum excedens, inter viros cenſeri incipiebat: & cogitatio quædam rerum, quæ fiebant, animum ejus ſubibat, nempe quod non amplius tolerabilis eſſet procorum luxuria, quæ ultra quatuor annos jam extendebatur. Hanc igitur in Telemacho obortam rationem, per allegoriam Minervæ adventum nuncupavit. Venit enim illa ſimilis ſeni. Nam Menten antiquum Ulyſſis hoſpitem ſe eſſe fatetur. Canities autem & ſenectus veluti ſacri quidam ætatis ultimæ portus exiſtunt, ac inviolabile receptaculum homi-

κατὰ τὴν ὀδύσσειαν ἡγούμεθα;

Πλὴν ὅμως ἀκόρεστον ἅπαντὸ καλόν. ἀπὸ τῆς ἐναγωνίου καὶ πολεμικῆς ἰλιάδος ἐπὶ τὴν ἠθικὴν μεταβῶμεν ὀδύσσειαν. οὐδὲ γὰρ αὕτη τελέως ἀφιλοσόφητος, ἀλλ᾽ ἐν ἑκατέροις τοῖς σωματίοις ὅμοιον εὑρίσκομεν ὅμηρον, μηδὲν περὶ θεῶν ἀπρεπὲς ἱστοροῦντα, δίχα δὲ τῆς τοιαύτης [1] ἐμπειρίας αἰνιττόμενον. [2] αὐτίκα τοίνυν ἐν ἀρχῇ [3] τὴν ἀθηνᾶν ὑπὸ διὸς ἀποστελλομένην πρὸς τηλέμαχον εὑρίσκομεν, εὐλόγως. [4] ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἄγαν νεότητος ἤδη τὴν εἰκοσαετῆ ἡλικίαν ὑπερκύπτων μετέβαινεν [5] ἐπὶ τὸν ἄνδρα. καί τις αὐτὸν ὑπέδραμε τῶν γιγνομένων λογισμὸς, ὡς οὐκ ἔτι χρὴ [6] διαμαρτυρεῖν ἐπὶ τῇ τετραετεῖ τῶν μνηστήρων ἀσωτίᾳ. τοῦτον οὖν τὸν ἀθροιζόμενον ἐν τηλεμάχῳ λογισμὸν, ἀθηνᾶς ἐπιφάνειαν ἠλληγόρησεν. ὁμοιωθεῖσα γὰρ γέροντι ἥκει. [7] παλαιὸς γοῦν ὁμολογεῖται ξένος ὀδυσσέως, ὁ μέντης εἶναι. πολιὰ δὲ καὶ γῆρας ἱεροὶ τῶν τελευταίων χρόνων λιμένες, ἀσφαλὲς ἀνθρώποις ὅρμισμα, καὶ ὅσον ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ὑποφθίνει, τοσοῦ-

τον

1 ἀπειρείας legendum putavit Geſnerus.

2 Verſu nimirum 88. Od. α.

3 At loco citato non à Jove miſſa, ſed ſponte profecta dicitur Minerva,

Αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκην δ' ἐσελεύσομαι, &c.

Imo etiam cum de Mercurio mittendo loquitur, ait ὀτρύνομεν. Verum forte fuit Heraclidis σφάλμα μνημονικόν.

4 Alluſit ad verba Palladis Od. α. v. 296. & ſeq.

5 εἰς τὸν ἄνδρα MS. Angl.

6 Διακαρτερεῖν legendum conjiciebat Geſnerus.

7 Od. α. verſ. 187.

τον ἡ τῆς διανοίας αὔξεται ῥῶσις. τίνα τοίνυν παρεισελθὼν ὁ νοῦς ἐξεπαίδευσε τὸν τηλέμαχον; οὐ θεᾶς παρακαθημένης, καὶ ταῦθ' ἃ λέγει παραινούσης ([1] διὰ πεττεύοντος)· ἄγε δή φησιν ὦ τηλέμαχε. μειρακίου γὰρ ἤδη τὶ φρονεῖς πλέον.

[3] Νῆ' ἄρσας ἐρέτῃσιν ἐείκοσιν ἥ τις ἀρίςη,
Ἔρχεο πευσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο

πρῶτος εὐσεβὴς καὶ δίκαιος ἐκ βαθείας ἀφροσύνης ὑπεισῆλθε λογισμὸς, ὡς ὀυκ ἄξιόν ἐςιν ἀργοὺς ἐν ἰθάκῃ κατατρίβειν χρόνους, ἀμνηςίαν ἔχοντα τοῦ γεγενηκότος. ἀλλ' ἀναγκαῖον ἤδη ποτὲ τὸν φιλοπάτορα, ναῦν εὐτρεπισάμενον ἐπὶ τὰς διαποντίους [4] δραμεῖν κληδόνας, ἵνα τὴν ὀδυσσέως ἀπόδημον ἄγνοιαν ἀνιχνεύσῃ. δεύτερον δ' ἐπὶ τούτοις διεσκέψατο, ὅπου μάλιςα δεῖ τὴν πατρώαν ἐρευνῆσαι τύχην. ὑπηγόρευσε δ' ἡ φρόνησις, [5] ἐγγὺς αὐτοῦ καθεζομένη,

[6] Πρῶτα μὲν ἐς πύλον ἐλθὲ καὶ εἴρεο νέςορα δῖον·
Κεῖθεν δὲ σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν μενέλαον.

nibus. Et quantum vis corporis tum imminuitur, tantum animi robur augetur. Conſilia verò quibus mens tunc primum accedens, non autem Dea aliqua aſſidens, eumque adhortans, Telemachum inſtituit, hæc ſunt. Agedum, inquit, ô Telemache, jam enim plus puero ſapis:

Inſtruito navim vicenis remigibus, quæ
Per mare ſulcet aquas, abſentis tempore longo,
Ut Laërtiadæ famam ſcrutêre parentis.

Ita primum pia & juſta hæc cogitatio, profunda priſtinæ ætatis imprudentia depulſa, adoleſcentis animum ſubivit, indignum eſſe ocioſum in Ithaca terere tempus, ſui patris immemorem. Sed tandem aliquando filium patris amantem, inſtructa navi marinis undis committere ſeſe oportere, ad inveſtigandum peregrinantem & jamdiu ignotum Ulyſſem. Deinde verò conſideravit, ubi terrarum maximè fortuna patris inquirenda foret. Suggeſſit autem ei prudentia in propinquo ſedens,

Principio quærendus erit Pylius tibi Neſtor,
Aſt illinc Menelaum adeas, qui mœnia Spartæ
Incolit.

ὁ μὲν

1 Hæ duæ voces nihil ad ſenſum faciunt Geſn.

2 Hæc Homeri verba non ſunt, ſed ad iſta reſpicit author. Odyſ. α. v. 222.
οὐ μέντοι γενεήν γε θεοὶ νώνυμον ὀπίσσω
θῆκαν· ἐπεὶ σέ γε τοῖον ἐγείνατο Πηνελόπεια.

3 Verſ. 280. Od. α.

4 ἐκδραμεῖν MS. Angl.

5 Alludit eleganter ad ver. 120. hujus libri. ἐγγύθι δ' ςὰς
Χεῖρ' ἕλε δεξιτερὴν, &c.

6 Verſus eſt 284. Od. α.

1 Verſ.

Alter enim experientia ſenectutis valebat, alter poſt octo annorum vagos errores reverſus erat nuper.

Ultimus hic nuper eſt namque reverſus Achivûm.

Itaque utilis ei futurus erat Neſtor conſiliis: Menelaus autem veritatem de Ulyſſis errore dicturus. Dum hæc meditatur, veluti inſtigans & animans ſeipſum, inquit:

Non te conveniet poſthac puerilibus eſſe
Intentum ſtudiis, nunc eſt maturior ætas.

His verbis ratio ejus, ceu pædagogus & pater, animi facultatem curis deditam excitavit. Deinde exemplis juvenum ſuæ ætatis virtute præſtantium, ad ſimilia facinora moliendum ſeſe cohortatus eſt:

Non audis quantam ſit laudem nactus Oreſtes,
Quod patris cædem fuerit tam fortiter ultus?

Hujuſmodi rationibus incitatus probabiliter animum in ſublime tollit. Quare comparavit eum avi dicens,

Inſtar avis liquidas ſubito diſceſſit in auras.

Mens enim ſublimis cum tan-

ὁ μὲν γὰρ εἶχε τὴν ἀπὸ γήρως ἐμπειρίαν, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ὀκταετοῦς πλάνης ἐπανεληλύθει νεωςί.

[1] Ὃς γὰρ δεύτατος ἦλθεν ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων.

ἔμελλεν οὖν ὠφέλιμος αὐτῷ παραινῶν γενήσεσθαι νέςωρ· τἀληθῆ δὲ περὶ τῆς ὀδυσσέως πλάνης ἐρεῖν μενέλαος. ἅμα δὲ ταῦτ' ἐννοούμενος, ὡςπερεὶ [2] παρακροτῶν ἑαυτὸν εἶπεν,

[3] — Οὐδέ τι σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν. ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσίν.

ὡςπερεὶ παιδαγωγὸς καὶ πατὴρ ὁ λογισμὸς αὐτοῦ τὸ μεθεκτικὸν τῶν φροντίδων ἀνήγειρεν. εἶτα καθ' ὁμοίωσιν ἡλικιώτιδος ἀρετῆς, εἰς τὴν ἴσην φρόνησιν αὐτὸν παρακέκληκεν.

[4] Ἦ οὐκ ἀΐεις οἷον κλέος ἔλλαβε δῖος ὀρέςης,
Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα;

τοιούτοις ἐπαρθεὶς λογισμοῖς, εὐλόγως μετέωρον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐλαφρίζει. διὸ καὶ προσείκασεν αὐτὴν ὅμηρος ὄρνιθι, λέγων,

[5] Ὄρνις δ' ὣς ἀνόπαια διέπτατο.

μεταρσία γὰρ ἡ φρόνησις ὡς ἂν οἶμαι

1 Verſ. 286. Od. α. Male legebatur excuſum, δεύτατος δ' ἦλθεν.

2 Obſervandum Minervam pro ipſa Telemachi prudentia atque ipſo Telemacho capi, ut ſupra dixit author. Nam abſque allegoria hæc falſa eſſent: quandoquidem Minervæ ſunt verba non Telemachi.

3 Verſus ſunt Od. α. 296. qui diſtinguendi ſunt ut ſupra.

4 Verſus 298. Od. α. de quo & Plut. in lib de Hom.

5 Hemiſtichium eſt Od. α. v. 320.

οἶμαι τηλικοῦτον ὄγκον ἐν αὐτῇ πραγμάτων [1] κυοφοροῦσα, διανέστηκεν. [2] ἀμέλει ταχέως ἐκκλησία συναθροίζεται, καὶ πατρῴοις λόγοις ἐνρητορεύει. τὸν δ' ἀπόπλουν εὐτρέπιζεν ὁ τῆς ἀλληγορίας [3] ἐπώνυμος, [4] Φρονίου μὲν υἱὸς, νοήμων δὲ τοὔνομα. δι' ὧν ἀμφοτέρων οὐδὲν ἄλλο, πλὴν τοὺς ὑπογυίους αὐτοῦ λογισμοὺς ὑπεσήμαινεν. ἐπιβαίνοντι δ' αὐτῷ τῆς νεὼς, [5] συνεμβέβηκεν [6] Ἀθηνᾶ μέντορι τὴν μορφὴν εἰκασμένη πάλιν, ἀνδρὶ πρὸς φροντίδας τὴν διάνοιαν ἔχοντι φρονήσεως μητέρα. [7] δι' ὧν ἁπάντων ἡ κατ' ὀλίγον ἐν τῷ τηλεμάχῳ τρεφομένη σύνεσις, ἐν τοῖς ἔπεσιν ἱςόρηται.

tam rerum molem concepiſſet, elata eſt. Statim igitur concio congregatur, in qua paternam eloquentiam Telemachus oſtendit. Cæterum navigationem adornabat Noëmon quidam nomine, filius Phronii, apta ad hanc allegoriam nomina. nam utriſque nihil aliud quam profundiſſimæ ejus meditationes innuuntur. Unà autem cum ipſo navim ingrediente, Minerva quoque Mentori forma ſimilis ingreſſa eſt: viro videlicet, qui cogitationem, prudentiæ matrem, variis curis applicabat. Ex iſtis omnibus clarum fit, Telemachi prudentiam, quæ paulatim aucta fuerit, Homeri carminibus deſcriptam eſſe.

Καὶ μὴν ὁ περὶ πρωτέως λόγος [8] οὕτω πολὺς ἐκταθεὶς ὑπὸ μενελάου, τὴν ἐξαπατῶσαν εὐθὺς ἔχει φαντασίαν, πάνυ μυθώδης γεγονέναι, [9] τῆς ἐν αἰγύπτῳ [10] νησιάδος ἄθλιον ἔποικον, εἰς ἀθανάτου μέτρα τιμωρίας παρελκόμενον, ᾧ βίος ἠπείρου καὶ θαλάττης κοινὸς, ἀτυχεῖς [11] ὕπνους μετὰ φωκῶν κοιμώμενος, ἵν' αὐτοῦ κολάζηται καὶ

Quinetiam ſermo de Proteo, qui tam copioſe à Menelao recenſetur, ſtatim figmenti phantaſiam offert, ceu plane fabuloſus, dum infelix incola anguſtæ in Ægypto inſulæ narratur, addictus perpetuis pœnis, nunc in mari nunc in terra degens, miſerè cum phocis dormiens, ut illic cruciaretur.

τὸ

1 Ita Geſnerus legendum conjiciebat. Ediderat autem κωφοθορεῦσα.

2 Tranſitum facit à prima ad ſecundam Rhapſodiam, & breviter ejus argumentum complectitur.

3 Ita MS. Angl. Excuſus mendoſe ὑπώνυμος.

4 Alludit ad hunc V. Od. β. 386.
Ἠδ' αὖτε Φρονίοιο Νοήμονα φαίδιμον υἱόν.

5 Vide v. 416. & ſeq. Od. β.

6 Od. β. Verſ. 401.
Μέντορι εἰδομένη ἠμὲν δέμας ἠδὲ καὶ αὐδήν.

7 Concluſio eſt primæ allegoriæ.

8 Nimirum à verſ. 349. Od. δ. [illegible]que ad verſ 370. ejuſdem libri.

9 Verſu ſc. 354. Od. δ.

10 νησίδος MS. Angl.

11 Ibid. v. 439. & ſeq.

1 Od.

Tum filia ejus Eidothea, per injuriam & proditionem patris, beneficium hoſpiti præſtans: dein vincula & inſidiæ Menelai commemorantur: poſtea multiformis in quaſcunque res voluiſſet, Protei mutatio: quæ omnia poëticæ & monſtroſæ fabulæ videntur, niſi quis divina Homeri myſteria, veluti ſacra, mente cœleſti tractet. Enimvero hac fabula primigeniam univerſi originem conſtituit, qua omnes mundi partes confirmatæ, illam quam nunc videmus ſpeciem effecerunt. Erat enim olim mundus informis & cœnoſus, nondum diſcretis rerum notis integritatem ſuæ formæ adeptus. Nam neque dum tellus centrum ſuum pro fundamento rerum omnium ſtabilierat, neque cœli perpetuus motus certa ſede volvebatur: ſed omnia ſine ſolis uſu immota, triſtíque ſilentio depreſſa languebant. aliud extabat nihil, quàm informis diffuſæ materiæ ſegnities: antequàm principium illud, à quo producta & conſtituta ſunt omnia, ſalubrem vitæ modum depromens, mundum mundo redderet, cœlúmque à terra, & pelagus à continente diſtingueret: quo tempore primum elementa quatuor, ex quibus

τὸ τερπνόν. [1] θυγάτηρ δ' εἰδοθέα διὰ πατρὸς ἀδικίας ξένον εὐποιοῦσα, καὶ γενομένη προδότις αὐτοῦ. [2] δεσμοὶ μετὰ τοῦτο, καὶ μενέλαος ἐνεδρεύων. [3] εἶθ' ἡ πολυπρόσωπος, εἰς ἅπαντα ἃ βούλεται πρωτέως μεταμόρφωσις, ποιητικοὶ καὶ τεράστιοι μῦθοι δοκοῦσιν, εἰ μή τις οὐρανίῳ ψυχῇ τὰς ὀλυμπίους ὁμήρου τελετὰς [4] ἱεροφαντήσει. τὴν οὖν προμήτορα τῶν ὅλων ὑφίσαται γένεσιν, ἀφ' ἧς τὸ πᾶν ῥιζωθὲν, εἰς ὃ νῦν βλέπομεν ἥκει κατάστημα. παλαιοὶ γὰρ ἦσαν ποτὲ χρόνοι, καθ' οὓς ἀτύπωτον ἡ ὑπόλιμνον ἦν, οὐδέπω κεκριμένοις χαρακτῆρσιν εἰς τέλεον ἥκουσα μορφῆς· οὔτε γὰρ γῆ τῇ τῶν ὅλων ἑστία κέντρον ἐπεπήγει βέβαιον, οὔτ' οὐρανὸς περὶ [5] τὴν αὐτὴν, τὴν ἀΐδιον φορὰν ἱδρυμένος ἐκυκλεῖτο. πάντα δ' ἦν ἀνήλιος ἠρεμία καὶ κατηφοῦσα σιγὴ, καὶ πλέον οὐδὲν ἦν ἡ κεχυμένης ὕλης ἄμορφος ἀργία, πρὶν ἢ δημιουργὸς ἁπάντων καὶ κοσμοτόκος ἀρχὴ σωτήριον ἑλκύσασα τῷ βίῳ τύπον, τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῷ κόσμῳ. διεζεύγνυ τὸν μὲν οὐρανὸν γῆς, ἐχώριζε δὲ τὴν ἤπειρον

1 Od. δ. verſ. 366. & ſequ.
2 Vide Hom. ibi. verſ. 454.
— ἀμφὶ δὲ χεῖρας βάλομεν.
3 Vide Hom. Od. δ. 456.
Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.
4 MS. Angl. ἱεροφαντήσειε. τὴν γοῦν.
5 Hæ duæ voces deſunt in MS. Angl.

ἤπειρον θαλάττης. τέτταρα δὲ ϛοιχεῖα τῶν ὅλων ῥίζα καὶ γέννα, ἐν τάξει τὴν ἰδίαν μορφὴν ἐκομίζετο. τούτων δὲ προμηθῶς κιρναμένων, ὁ θεὸς μηδεμιᾶς οὔσης διακρίσεως περὶ τὴν ἄμορφον ὕλην.

Πρωτέως δὲ θυγάτηρ εἰδοθέα δικαίως εἴδους ἑκάϛου γενομένη θέα, διὰ τοῦτο μία τὸ πρὶν ὢν φύσις ὁ πρωτεὺς, εἰς πολλὰς ἐμερίζετο μορφὰς ὑπὸ τῆς προνοίας διαπλαττόμενος.

Ἤτοι μὲν πρώτιϛα λέων γένετ' ἠΰγένειος,
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς.
Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

διὰ μὲν οὖν τοῦ λέοντος ἐμπύρου ζώου, τὸν αἰθέρα δηλοῖ. δράκων δ' ἐϛὶν ἡ γῆ· τὸ γὰρ αὐτόχθον αὐτοῦ καὶ γηγενὲς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν τοῦτο σημαίνει. δένδρον γε μὴν ἅπαν αὐξανόμενον, καὶ τὴν ὑπὸ γῆς ὁρμὴν μεταρσίαν ἀεὶ λαμβάνον συμβολικῶς εἶπεν ἀέρα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ εἰς ἀσφαλεϛέραν ὧν προηνίξατο δήλωσιν ἐκ τοῦ φανερωτέρου παρέϛησεν εἰπών. γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ. ὥϛε εὔλογον τὴν μὲν ἄμορφον ὕλην πρωτέα καλεῖσθαι, τὴν δ' εἰδωλοπλαϛήσασαν ἕκαϛα πρόνοιαν, εἰδοθέαν. ἐξ ἀμφοῖν δὲ πᾶν διακριθὲν,

ceu radice ac generis principio nihil non gignitur, ordinem ſuum & formam propriam acceperunt. Hæc igitur cum à divina providentia diſpoſita ſint, numen illud quod informem prius indiſcretámque materiam certis formis obſignavit, ab Homero Protei filia Eidothea nominatur, idque bono jure, ut quæ εἴδους ἑκάϛου θέαν, hoc eſt, ideæ ſeu formæ cujuſvis inſpectionem exhibuerit. Quocirca Proteus qui una prius natura fuerat, in multas deinde ſpecies à providentia formatus dividitur.

Principio eſt viſus ſpeciem ſubiiſſe leonis,
Mox aper, inde draco fieri, fera pardalis inde.
In latices etiam ſe vertit, & arbore formam
Mutavit priſcam, ramis ac frondibus alta.

Per leonem animal igneum, ætherem indicat. Draco tellus eſt, utpote indigena & è terra natus. Arbor autem quævis cum augeatur, & à terra ſemper in ſublime nativo motu feratur, ſymbolum aëris eſt. Aquam verò, ut clarius ænigmatis vim demonſtraret, ſuo nomine manifeſtò vocat inquiens:

In latices etiam ſe vertit —

Proinde convenit informem materiam Proteum appellari: Eidotheam verò providentiam, quæ ſingulis formam effigiémque ſuam addidit: & univer-

ſam molem ab utriſque diſcretam in continuas ſibi & perficientes mundum partes diviſam eſſe. Probabiliter verò & inſulam, in qua hæc facta ſunt, Pharum appellavit. Nam φέρσαι generare ſignificat: & Callimachus ſterilem terram, ἀφάρωτον dixit, ἀφάρωτος οἷον γυνή. id eſt, Ceu mulier ſterilis. Itaque naturaliter locum, parentem rerum omnium, nuncupavit Pharum, per vocis etymologiam à fœcunditate ductam, quid ſibi vellet inſinuans. Cæterum quibus epithetis Proteum ornaverit, jam conſideremus,

Huc halio veróque ſeni concedere mos eſt.

Senectus quidem antiquiſſimam & primitivam ſubſtantiam denotat, & à temporis politia materies informis commendatur. ἅλιος verò cognominatur, non (per Jovem) ut marinum dæmonem, ac inter undas viventem intelligamus, ἀπὸ τῆς ἁλὸς, id eſt, à mari: ſed aliquid ex multis variiſque rebus congeſtum & accumulatum. ἁλίζειν enim Græcis congregare ſonat. Verax quoque meritò dicitur. Quid enim illa ſubſtantia verius, ex qua omnia genita ſunt, exiſti-

κριθὲν, εἰς τὰ συνεχῆ καὶ [1] προστακτικὰ τῶν ὅλων σχισθῆναι. πιθανῶς δὲ [2] καὶ τὴν νῆσον ἐν ᾗ ταῦτα διέπλασεν, Φάρον ὠνόμασεν. ἐπειδήπερ ἐστὶ [3] φέρσαι, τὸ γεννῆσαι. [4] καὶ τὴν γῆν ἀφάρωτον, ὁ καλλίμαχος εἶπε, τὴν ἄγονον, ἀφάρωτος οἷον γυνή. φυσικῶς οὖν τὸν ἁπάντων πατέρα χῶρον ὠνόμασε Φάρον, ἐκ τῆς γονίμου προσηγορίας, ὃ μάλιστα ἐβούλετο, σημήνας. τίσι γε μὴν ἐπιθέτοις καὶ τὸν πρωτέα κεκόσμηκεν ἤδη σκοπῶμεν,

[5] Πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής.

τὸ μὲν γὰρ οἶμαι, τῆς ἀρχεγόνου καὶ πρώτης οὐσίας γεραίτερον, ὥστε ἀποσεμνῦναι τῇ πολιτείᾳ τοῦ χρόνου τὴν ἄμορφον ὕλην. ἅλιον δὲ ὠνόμασεν, οὐ μὰ δί' οὐ θαλάττιόν τινα δαίμονα καὶ κατὰ κυμάτων ζῶντα· τὸ δ' ἐκ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν συνηλισμένον, ὅπερ ἐστι, συνηθροισμένον. νημερτὴς δὲ εὐλόγως εἴρηται. τί γὰρ ταύτης τῆς οὐσίας ἀληθουργέστερον, ἐξ ἧς ἅπαντα γεγενῆσθαι νομιστέον; [6] καὶ μὴν

καὶ

1 Geſnerus legendum conjiciebat συστατικὰ, aut συνεκτικὰ.

2 Alludit ad hæc Homeri verba Od. δ. verſ. 354.

Νῆσος ἔπειτά τις ἔστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτου προπάροιθε (Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι)

3 τὸ φέρσαι MS. Angl.

4 Fortaſſe γῆ ſcripſerat Heraclides in ſequenti loco. Imo omnino ita ſcripſit. ſimile quid ex eodem Callimacho habet author Etymologici magni in voce ταρφύ.

5 Verſus eſt 384. Od δ.

6 Elegans ad ſequentem librum quintum tranſitio.

Nimi.

καὶ ἡ καλυψὼ τὴν πειθὼ τῶν ποικίλων παρ' ὀδυσσέως [1] λόγων ἑρμῆν προσηγόρευσε, μόγις μὲν, ἀλλ' ὅμως καταθέλξαντος αὐτοῦ τὸν ἔρωτα τῆς νύμφης, ἵν' εἰς ἰθάκην προπεμφθείη. [2] διὰ τοῦτ' ὄρνιθι προσωμοιωμένος ἑρμῆς ἐλήλυθεν ἀπ' ουλύμπου. [3] πτερόεντα γὰρ τὰ ἔπη κατὰ τὸν ὅμηρον, καὶ τάχιον οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις λόγου.

Δεῖ δὲ ἡμᾶς οὐδὲ τὰ μικρὰ παροδεύειν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων τὴν λεπτὴν ἐξετάζειν ὁμήρου φροντίδα. τὸν γὰρ ἡμέρας καὶ ὠρίωνος ἔρωτα, πάθος οὐδ' ἀνθρώποις εὔσχημον ἠλληγόρησεν.

[4] Ὡς μὲν ὅτ' ὠρίων' ἕλετο ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

παρεισάγει γὰρ αὐτὸν ἔτι νεανίαν, ἐν ἀκμῇ τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ χρεὼν πρὸ μοίρας συνηρπασμένον. [5] ἦν δὲ παλαιὸν ἔθος τὰ σώματα τῶν καμνόντων, ἐπειδὰν ἀναπαύσηται τοῦ βίου, μήτε νύκτωρ ἐκκομίζειν, μήθ' ὅταν ὑπὲρ γῆς τὸ μεσημβρινὸν ἐπιτείνηται θάλπος, ἀλλὰ πρὸς βαθὺν ὄρθρον, ἀπύροις ἡλίου ἀκτῖσιν ἀνιόντος. ἐπειδὰν οὖν εὐγενὴς νεανίας ἅμα, καὶ κάλλει προέχων

τελευ-

maretur? Quinetiam Calypſo varium perſuadendi artificium facundiæ Ulyſſis, Mercurium nominavit: cum tandem, licet ægrè, verborum lenocinio tantum profeciſſet apud amantem nympham Ulyſſes, ut in Ithacam remitteretur. Quamobrem avi ſimilis Mercurius à cœlo veniſſe fingitur. Sunt enim verba, ut ait Homerus, alata, & nihil oratione inter homines pernicius.

Quoniam verò nihil prætereundum nobis eſt, ſed in parvis etiam accuratum Homeri ingenium ſpectari decet, quî fit quod Diei & Orionis amorem hujuſmodi finxerit, qualis ne hominibus quidem honeſtus eſt?

Ut cum raptus erat quondam formoſus Orion
Auroræ roſeæ.

Nimirum ſignificare voluit, ipſum adhuc juvenem, florente corpore, ante maturam ætatem à fato raptum fuiſſe. Mos autem erat antiquis, defunctorum corpora neque noctu, neque circa meridiem efferri, ſed primo diluculo, oriente Sole nec dum ignitos mittente radios. Itaque generoſo quopiam & formoſo juvene mortuo, matutinam funeris elationem fauſti omnis gratia Diei raptum appellabant, tan-

1 Nimirum Od. ε. verſ. 87. & ſeq.

2 Nimirum
— λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. Od. ε. v. 51.

3 Ut Ili. α. verſ. 201. & alibi paſſim.

4 Verſus eſt 121. Od. ε. Hic ὅθ' pro ὅτ' male ſcriptum legebatur.

5 Hujus rei exempla ſunt apud Homerum plurima ut Il. η. ſub finem v. 421. ubi mortuos ſepeliunt,
Ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας,
Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου Ὠκεανοῖο
Οὐρανὸν εἰσανιών.

Quod

quam non expiraſſet, ſed amoris deſiderio raptus eſſet. Quin & juxta eandem Homeri ſententiam Jaſion quidam fertur agriculturam excoluiſſe, & cum fructus ex agris ſuis abundè reciperet, occaſionem fabulæ dedit, ut à Cerere amatus æſtimaretur. Atqui Homerus non laſcivos amores, neque libidines hujuſmodi figmentis deſcribit: ſed per Diem ac Cererem caſtiſſimas Deas, pia mente ſcrutantibus meras naturæ contemplationes offert. Jam porrò relictis omnibus, ad illud crimen excuſandum orationem vertamus, quod perpetuò ſycophantæ traducentes moleſti ſunt: quippe ſurſum atque deorſum tragœdias movent, Martis & Veneris amorem impiè fictum clamitantes. Libidinem inquiunt in cœlo Homerus locavit: ac id facinus, quod inter homines admiſſum capitale ducitur, Diis attribuere non erubuit, videlicet adulterium:

De pulchræ Veneris ac duri Martis amore,
Ut ſe miſcuerint cupidis amplexibus arctè,
Mulciberi in thalamo primum.

τελευτήσῃ, τὴν ὄρθριον ἐκκομιδὴν [1] ἐπεφήμου ἡμέρας ἁρπαγὴν, ὡς οὐκ ἀποθανόντος, ἀλλὰ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἀνηρπασμένου. καθ' ὅμηρον δὲ τοῦτο φασίν. ἰασίων ἀνὴρ γεωργίας ἐπιμελούμενος, καὶ δαψιλῶς τοὺς ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀγρῶν καρποὺς λαμβάνων, εἰκότως [2] ὑπὸ τῆς δήμητρος ἔδοξεν ἠγαπῆσθαι. δι' ὧν ὅμηρος οὐκ ἀσελγεῖς ἔρωτας ἱστορεῖ θεῶν, οὐδ' ἀκολασίας· σημαίνει δὲ τὰς εὐαγεστάτας, ἡμέραν τε καὶ δήμητραν, τοῖς εὐσεβῶς ἐρευνᾶν ἐθέλουσι, φυσικῆς θεωρίας ἀκριβῆ ἀφορμὴν χαρίζεται.

[3] Νῦν ἅπαντα τἆλλα ἀφέντες, ἐπὶ τὴν διηνεκῆ καὶ χαλεπῶς θρυλλουμένην ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν κατηγορίαν τραπῶμεν. ἄνω γὰρ οὖν καὶ κάτω τραγῳδοῦσι τὰ περὶ ἄρεος καὶ ἀφροδίτης, ἀσεβῶς διαπεπλάσθαι λέγοντες. ἀκολασίαν γὰρ ἐμπεπολίτευκεν ἐν οὐρανῷ. καὶ τὸ παρ' ἀνθρώποις ὅταν γένηται θανάτου τιμώμενον, οὐκ ἐδυσωπήθη παρὰ θεοῖς ἱστορῆσαι. λέγω δὲ μοιχείαν.

[4] Ἀμφ' ἄρεος φιλότητος, ἐϋστεφάνου τ' ἀφροδίτης,
Ὡς τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν ἡφαίστοιο δόμοισιν.

Quod & obſervatur in Patrocli ſepultura Il. ψ. nec non Hectoris Il. ω. & præcipuè initio Od. μ. in Elpenoris ſepultura. & Od. ω. v. 72. de exequiis Achillis expreſsè dicitur,

Ἦμος δή τοι λέγομεν λείψαν' ὅστε' Ἀχιλλεῦ.

1 ἐπεθυσήμεν MS. Angl.

2 Ut videre eſt Od. ε. v. 125.

Ὣς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ (θυμῷ εἴξασα, μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, Νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ.

3 Tranſitum facit ab hoc libro quinto ad octavum, intactis relictis duobus, unde ἅπαντα τἆλλα ἀφέντες cum adjeciſſe puto.

4 Verſus eſt 267. Od. θ.

[1] Εἶτα μετὰ τοῦτο δεσμοὶ, [2] καὶ θεῶν γέλωτες, [3] ἱκεσία τε πρὸς ἥφαιστον ποσειδῶνος. ἅπερ [4] εἰ θεοὶ νοσοῦσιν, οὐκ ἔτι τοὺς παρ' ἀνθρώποις ἀδικοῦντας ἔδει κολάζεσθαι. νομίζω δ' ἔγωγε, καίπερ [5] ἐν Φαίαξιν, ἀνθρώποις ἡδονῇ δεδουλωμένοις, ᾀδόμενα ταῦτα φιλοσόφου τινὸς ἐπιστήμης ἔχεσθαι. [6] τὰ γὰρ σικελικὰ δόγματα, καὶ τὴν ἐμπεδόκλειον γνώμην ἔοικεν ἀπὸ τούτων βεβαιοῦν, ἄρην μὲν ὀνομάσας τὸ νεῖκος, τὴν δ' ἀφροδίτην φιλίαν. τούτους οὖν διεστηκότας ἐν ἀρχῇ παρεισήγαγεν ὅμηρος ἐκ τῆς πάλαι φιλονεικίας εἰς μίαν ὁμόνοιαν κιρναμένους. ὅθεν [7] εὔλογος ἐξ ἀμφοῖν ἁρμονία γεγένηται, τοῦ παντὸς ἀσαλεύτως καὶ κατ' ἐμμέλειαν ἁρμοσθέντος. γελᾷν δ' ἐπὶ τούτοις εἰκὸς ἦν, καὶ [8] συνήδεσθαι τοὺς θεοὺς, ἅτε δὴ τῶν ἰδίων χαρίτων οὐκ ἐπὶ φθοραῖς διϊσταμένων, ἀλλ' ὁμονοοῦσαν εἰρήνην ἀγόντων. δύναται γε μὴν καὶ περὶ τῆς χαλκευτικῆς τέχνης ἀλληγορεῖν. ὁ μὲν γὰρ ἄρης, εἰκότως

Deinde vincula, deorum riſus, & ſupplicans Vulcano Neptunus, ab illis reprehenduntur. Nam ſi apud Deos, ut ipſi ajunt, hæc vitia reperiuntur, homines iiſdem obnoxios puniri indignum foret. Cæterum ut mihi videtur, hæc fabula, quamvis inter Phæaces, homines voluptuarios, cantata fuerit, philoſophicam rationem complectitur. Nam dogmata Sicula, & Empedocleam opinionem hoc in loco confirmare videtur, Martem nominans litem, Venerem amicitiam. Iſtas igitur ab initio diſſidentes Homerus poſt veterem ſimultatem in concordiam rediiſſe fabulatur. Proinde merito ex utriſque Harmonia nata eſt, utpote rebus omnibus in ſtabilem concinnitatem redactis. His autem factis arridere Deos, & congratulari par eſt, eo quod mundi Gratiæ non amplius diſcordia, quæ interitus cauſa eſt, laborarent, ſed pacem agerent concordem. Quinetiam ad fabrilem artem hæc allegoria referri poteſt.

1 Ut eſt Od. θ. v. 296.

— ἀμφὶ δ' δεσμοὶ
Τεχνήεντες ἔχυντο πολύφρονος Ἡφαίστοιο.

2 Ibid. v. 343.

— ἐν δὲ γέλως ὦρτ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

3 Siquidem

Οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε, λίσσετο δ' αἰεὶ
Ἥφαιστον κλυτοεργὸν ὅπως λύσειεν Ἄρηα.

4 Ita Geſnerus legendum eſſe monuit & firmavit MS. Angl. Invenerat in ſuo codice, οἱ θεοὶ νοσ.

5 Ut apparet ex v. 371. & 383. hujus lib. θ. & ex aliis plurimis.

6 Vide Diogenem Laërtium in Empedoclis vita. & Plutarchum in lib. de Hom.

7 Ex ſententia aliorum poëtarum, loquitur Heraclides. id enim ab Homero non eſt traditum. vide Plut. in lib. de Homero.

8 Ita MS. Angl. Edebatur συνιδέσθαι.

1 ἄλ

Mars enim non injuria ferrum exiſtimabitur, quod à Vulcano facile domatur. Nam ignis, ut qui multò robuſtiore facultate ſit quàm ferrum, nullo negotio illius duritatem emollit. Indiget autem faber ad opus ſuum etiam Venere. Quapropter ferro igne emollito, Venerea & amabili arte opificium abſolvit. Porro Neptunus Martem à Vulcano probabili de cauſa liberat. Siquidem ignea ferri maſſa fornacibus extracta, aquæ immergitur, & flammeus ardor ejus aquæ natura reſtinctus compeſcitur. Porrò univerſos Ulyſſis errores ſi quis diligentius animadvertat, aliud quàm præ ſe ferant ſignificare deprehendet. Homerus enim Ulyſſem veluti organum quoddam omnium virtutum ſibi proponens, philoſophatus eſt, ut qui vitia quibus hominum vita corrumpitur, vehementer odiſſet. Itaque voluptatem per Lothophagorum regionem, raræ cujuſdam dulcedinis fructus excolentem, notavit, quam Ulyſſes ſobriè præteriit. Item efferatum cujuſque animum admonitione ſermonis, veluti cauterio excídit. Nominatur autem ab eo Cyclops affectus ratione privans. An non verò ipſe primus

κότως ἂν ὀνομάζοιτο σίδηρος. τοῦτον δὲ ῥαδίως ἥφαιστος ἐχειρώσατο. τὸ γὰρ πῦρ, ἅτ' οἶμαι σιδήρου κραταιοτέρας δυνάμεως μετειληχὸς, εὐκόλως ἐν αὐτῷ τὴν ἐκείνου στεῤῥότητα θηλύνει. δεῖ δὲ τῷ τεχνίτῃ πρὸς τὸ κατασκευαζόμενον καὶ ἀφροδίτης. ὅθεν οἶμαι διὰ πυρὸς μαλάξας τὸν σίδηρον, ἐπαφροδίτῳ τινὶ τέχνῃ τὴν ἐργασίαν κατώρθωσε. ποσειδῶν δ' ὁ ῥυόμενος παρ' ἡφαίστου τὸν ἄρη, πιθανῶς. ἐπειδήπερ ἐκ τῶν βαναύσων διάπυρος ὁ τοῦ σιδήρου μύδρος ἑλκυσθεὶς, ὕδατι βαπτίζεται, καὶ τὸ φλογῶδες ὑπὸ τῆς ἰδίας φύσεως ὕδατι κατασβεσθὲν ἀναπαύεται. καθόλου δὲ τὴν ὀδυσσέως πλάνην, εἴ τις ἀκριβῶς ἐθέλει σκοπεῖν, ἠλληγορημένην εὑρήσει. πάσης γὰρ ἀρετῆς καθάπερ ὄργανόν τι τὸν ὀδυσσέα παραστησάμενος ἑαυτῷ, [1] διαπεφιλοσόφηκεν (ἐπειδὴ τὰς ἐκνεμομένας τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἤχθηρε κακίας) [2] ἡδονὴν μὲν, τὴν λωτοφάγον χωρίον, ξένης γεωργὸν ἀπολαύσεως, [3] ἣν ὀδυσσεὺς ἐγκρατῶς παρέπλευσε. [4] τὸν δ' ἄγριον ἑκάστου θυμὸν, ὥσπερεὶ [5] καυστηρίῳ τῇ παραινέσει τῶν λόγων ἐπήρωσε. κύκλωψ δὲ οὗτος ὠνόμασται, ὁ τοὺς λογισμοὺς ὑπολωπῶν.

1 Διὰ τοῦτο πεφιλοσόφηκεν MS. Angl.

2 De qua Homer. Od. ι. v. 84.

3 Ut videre eſt v. 100. & ſeq. hujus lib. ι.

4 Ut hoc ipſo libro Cyclopem, verſ. 259. & Iliad. ι. Achillem, verſ. 225. & Od. κ. Circen, & ρ. procos alloquens.

5 καυστείῳ. MS. Angl. quod ſcribendum καυτηρίῳ.

λωπῶν. τί δὲ, οὐχὶ πρῶτος εὔδιον πλοῦν δι' ἐπιστήμης ἀστρονόμου τεκμηράμενος, [1] ἔδοξεν ἀνέμους δεδωκέναι; φαρμάκων τε τῶν παρὰ κίρκης γέγονε κρείττων, ὑπὸ πολλῆς σοφίας πεμμάτων, ἐπεισάκτων [2] κακῶν, οὐχ ἡττώμενος. [3] ἡ δὲ φρόνησις ἕως ᾅδου καταβέβηκεν, ἵνα μηδὲ τῶν νέρθεν [4] ἀδιερεύνητος ᾖ.

[5] Τίς δὲ σειρήνων οὐκ ἀκούει τὰς πολυπείρους ἱστορίας παντὸς αἰῶνος ἐκμαθών; [6] καὶ χάρυβδις μὲν ἡ δάπανος ἱστορία, καὶ περὶ πότους ἄπληστος, εὐλόγως ὠνόμασται. σκύλλαν τε τὴν πολύμορφον ἀναίδειαν ἠλληγόρησε. [7] διὸ δὴ κύνας οὐκ ἀλόγως ὑπέζω-

cum obſervaſſet tranquillam navigationem per Aſtronomicam ſcientiam, ventos largiri viſus eſt? Idem veneficiis Circes ſuperior fuit, & multa ſapientia munitus alienis malorum lenociniis vinci non potuit. Prudentia autem ejus ad inferos uſque deſcendit, ut ne infima quidem non explorata haberet.

Ad Sirenum cantus quos nemo non audire cuperet, ad cognoſcendum omnium ſeculorum varias hiſtorias, vinculis ſe munivit. Et Charybdis quidem prodiga luxuria, & potus inexplebilis ingurgitatio rectè nominata eſt. Per Scyllam verò omnifariam impudentiam inſinuavit. Quocirca non temerè canibus ſuccingi-

1 Tranſit ad Od. κ. Verum eo loco qui eſt verſ. 19. hujus libri non dare ventos, ſed ab Æolo in utre concluſos accipere dicitur. Itaque δεδεκέναι ſcribendum videtur, quamvis & Angl. MS. habeat δεδωκέναι.

2 κακῶν ὁ λυσόμενος. MS. Angl.

3 Breve argumentum totius lib. XI. Od.

4 ἀδιερεύνητον ᾖ. τίς δὲ σειρήνων ἀκούει τὰς MS. Angl.

5 τίς δὲ σειρήνων. Locum hunc quomodo Geſnerus legendum putaverit, verſione oſtendit. Sed nimium aberravit. Unicæ literæ omiſſione obſcuritatem tollam, legendo, τί δὲ, σειρήνων οὐκ ἀκούει, τὰς πολυπείρους ἱστορίας παντὸς αἰῶνος ἐκμαθών; ſuprà v. 10. τί δὲ, οὐχὶ πρῶτος. Verto: *Quid, annon Sirenas audit, poſtquam variâ experientiâ inſignes omnis ævi res geſtas edidiciſſet?* Locus eſt notabilis. Cauſſam enim reddit, cur tuto Sirenum cantus audiverit Ulyſſes. Nimirum quia multâ rerum cognitione, & experientiâ, quaſi forti antipharmaco, pectus adverſus voluptates muniviſſet. Non ad diſcendum omnis ævi hiſtorias, Sirenum cantus audire geſtiebat Ulyſſes; (hoc enim illorum cantilenæ non promittebant) ſed jam ante edoctus omnis ævi hiſtorias, multaque cognitione & prudentia inſtructus, brevem auribus animoque delectationem concedendam putavit. In Græco eſt ἐκμαθών, non autem ἐκμαθησόμενος, quod Geſnerus legendum verſione ſua conjecit. Præterea ſi Sirenum cantus ad cognoſcendum omnium ſeculorum varias hiſtorias mortales duxiſſent, nimium erga ſocios invidus judicandus fuiſſet Ulyſſes, qui ingenti illo bono eos privaſſet. M. Meibom.

6 Vide Hom. Od. μ. v. 104. Legendum autem conjicio ἡ δάπανος ἀναρροία. Homeri verba ſunt.

> Τῷ δ' ὕπο δῖα Χάρυβδις ἀναῤῥοιβδεῖ μέλαν ὕδωρ.
> Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναῤῥοιβδεῖ.

7 At Homerus Od. μ. verſ. 96. non ſuccinctam canibus eſſe dicit, ſed piſcari canes & delphinas.

1 Reſpi-

tur, rictibus, audacia, rapina & avaritia oppletis. Solis autem boves gulæ continentiam deſignant: quamvis Ulyſſis ſocii fame coacti, illam ſervare non potuerint. Hæc ſanè omnia, ut prima fronte audiuntur, fabuloſè dicta ſunt: at ſi quis ſapientiam allegoria involutam penitius rimetur, magnam utilitatem ex ejus imitatione capiet. Enimvero Æolus, mea quidem ſententia, potiſſimum annus fuerit, temporis per duodenos menſes ambitu comprehenſus. Quamobrem Æolus, id eſt, varius nominatur: non enim æqualis & uniformis natura ejus per omnes anni partes continuatur, ſed diverſis ſubinde mutationibus evariat. Nam poſt frigoris moleſtiam, lenem jucundi veris voluptatem induit: deinde roridum vernantis horæ ſtatum ignea vis æſtatis coërcet. Tandem autumnus, qui fructus annuos peſſundare ſolet, æſtivo calore depulſo, hiemi præit. Hujus itaque varietatis cum annus pater ſit, non immeritò vocatus eſt Æolus. No-

ὑπέζωσαι, προτομαῖς ἁρπαγῇ, τόλμῃ, καὶ πλεονεξίᾳ πεφραγμέναις. [1] αἱ δ' ἡλίου βόες, ἐγκράτεια γαστρός εἰσιν· εἰ μὴ δὲ λιμὸν ἴσχεν ἀδικίας ἀνάγκην. ἃ δὴ μυθικῶς μέν ἐστι εἰρημένα περὶ τοὺς ἀκούοντας. εἰ δ' ἐπὶ τὴν ἠλληγορημένην σοφίαν καταβέβηκεν, [2] ὠφελιμώτατα τοῖς μιμουμένοις γενήσεται. [3] τὸν μὲν γὰρ αἴολον ἐξαιρέτως ἔγωγε νομίζω τὸν ἐνιαυτὸν εἶναι [4] τοῖς δωδεκαμήνοις τοῦ χρόνου περιόδοις ἐνδεδεμένον. ὠνόμασαι γοῦν αἴολος, τουτέστι ποικίλος. ἐπειδήπερ οὐκ ἰσοχρόνῳ καὶ μονοειδεῖ κατὰ πᾶσαν ὥραν τῇ φύσει συνήνωται. διάφοροι δ' αὐτὸν αἱ παρ' ἕκαστα μεταβολαὶ ποικίλλουσιν. ἔκ τε γὰρ ἀργαλέου κρύους εἰς πραεῖαν ἡδονὴν ἔαρος [5] εἰαρινοῦ μεταβάλλει, καὶ τὸ νοτερὸν τῆς ἐαριζούσης καταστάσεως, ἔμπυρος ἡ τοῦ θέρους βία πυκνοῖ. μετόπωρον δὲ φθινὰς ὥρα καρπῶν ἐτεσίων τὸ θέρειον ἑλκύσασα θάλπος, ὥραις χειμερίαις προοιμιάζεται. ταύτης δὲ τῆς ποικιλίας ὁ ἐνιαυτὸς ὢν πατὴρ, εἰκότως αἴολος ὠνόμα-

1 Reſpicit author ad verſum 128. & ſequentes Od. μ.

2 Ita MS. Angl. Edebatur perperam ὠφελιμωτάτη.

3 Od. κ v 2.

4 Reſpicit v. 5. Od. κ. Hanc autem allegoriam adferunt etiam Homeri Scholiaſtæ. elegans eſt in hanc rem ænigma Cleobuli apud Laërtium in ejus vita, quod adſcribere non pigebit

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα· τῶν δὲ ἑκάστῳ (ἔχουσαι.
Παῖδες τριήκοντα, διάνδιχα εἶδος
Αἱ μὲν λευκαί ἐστιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι.
Ἀθάνατοι δέ τε οὖσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

Ubi legendum Κοῦραι ἑξήκοντα, ut in Notis ſuis emendavit vir doctiſſimus.

5 γαληνεύεται, καὶ τὸ νο. MS. Angl.

ὠνόμασαι. [1] παῖδα δὲ αὐτὸν ὠνόμασεν ἱππότου. τί γὰρ ὀξύτερον χρόνου, τί δ' οὕτω ποδώκες, ἀεὶ φερομένῳ καὶ ῥέοντι τῷ τάχει τοὺς ὅλους αἰῶνας ἐκμετρουμένου; δώδεκα δ' αὐτοῦ παῖδές εἰσιν οἱ μῆνες.

[2] Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες.

τὸ μὲν εὔκαρπον καὶ γόνιμον τῶν τὸ θέρος ἐμπιμπλάντων μηνῶν, θηλείᾳ γονῇ προσείκασε· τὸ δὲ στερρὸν καὶ πεπηγὸς τῶν χειμερίων, ἠῤῥένωσεν. [3] οὐκ ἀσεβὴς δ' οὐδ' ὁ περὶ τῶν γάμων μῦθος. ἀλλὰ τοὺς ἀδελφοὺς ἀνέμιξε ταῖς ἀδελφαῖς, ἐπειδήπερ ὑπ' ἀλλήλων συμβέβηκε τὰς ὥρας ὀχεῖσθαι. [4] ταμίας δ' ἐστὶν ἀνέμων,

[5] Ἠμὲν παυέμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν ὅν κ' ἐθέλῃσιν.

ἔμμηνοι γὰρ αἱ τούτων φοραὶ, καὶ κατὰ προθεσμίαν πνέουσαι.

minavit autem ipſum Hipporæ filium, hoc eſt equiti●. Quid enim celerius & pernicius eſt tempore, quod perpetuo curſu atque defluxu omnia ſecula metitur? Liberos habet duodenos, menſes videlicet. Nam teſte poëta,

Sex illi gnatæ, totidem gnatique fuerunt.

Siquidem æſtivos menſes, utpote fœcundos ac fertiles, fœmineo ſexui comparavit: brumales autem, qui duri geluque aſtricti ſunt, mares fecit. Sed ne nuptiæ quidem inter ipſos contractæ, quicquam impietatis arguunt: verum ideo fratres ſororibus commiſcuit, quoniam anni partes mutuo complexu junguntur. Idem præterea ventos gubernat,

Sive libet laxare illi, ſeu claudere quemvis.

Sunt enim menſtrui ventorum motus, & certis temporum intervallis ſpirant.

1 Verſu nimirum ſecundo. Αἴολος Ἱπποτάδης.

2 Verſus 6. ibidem.

3 Reſpicit ad verſum 7. & 8. hujus libri, & occurrit objectioni eámque ſolvit.

4 Verba pene ſunt poëtæ v. 21. Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων.

5 Verſ. 22. Od. κ.

ΤΈΛΟΣ.

FINIS.

Auctores quos citat Her●clides.

Ἀλκαῖος ὁ Μιτυληναῖος.	pag. 412.	Εὔδοξος.	474.
Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος.	426.	Ἐρατοσθένης.	476.
Ἀνακρέων ὁ Τήϊος.	413.	Ζώϊλος ἀμφιπολίτης.	427.
Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος.	439.	Ἡράκλειτος φυσικός.	468.
Ἀπολλόδωρος.	416.	Ἡρόδικος.	424.
Ἀρχίλοχος.	412.	Θάλης ὁ Μιλήσιος.	439.
Ἄρατος.	474.	Καλλίμα●ος.	491.
Ἐπίκουρος.	411. 412.	Κράτης.	447.
Ἐμπεδοκλῆς Ἀκραγαντῖνος.	443. 475. 494.	Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος.	470.
Εὐριπίδης.	441. 484.	Πλάτων.	411. 431. 432. 438.

ὨΚΕΑ-

ὨΚΕΛΛΟΣ

Ὁ ΛΕΥΚΑΝΟῪΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ

Περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.

OCELLUS

LUCANUS PHILOSOPHUS

De Univerſi Naturâ.

DE
OCELLO LUCANO
VETERUM TESTIMONIA.

PHILO JUDÆUS in libro *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου*, id eſt, *de Mundo non interituro*, ſic meminit.

Ἔνιοι δ' οὐκ Ἀριστοτέλη τῆς δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινάς. ἐγὼ δὲ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι, Λευκανοῦ γένος, ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγέννητόν τε καὶ ἄφθαρτον, οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν τὸν κόσμον εἶναι. Cæterùm ſunt, qui tradant opinionis hujus non Ariſtotelem primum auctorem, ſed Pythagoreos quoſdam fuiſſe. At mihi Ocelli, genere Lucani, inſcriptum de Univerſi naturâ, commentarium oblatum eſt, in quo quidem mundum eſſe ingenitum, & nunquam interiturum non ſolùm protulit, verùm etiam exquiſitiſſimis rationibus comprobavit.

LUCIANUS quoque ubi agit *ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος*, quod eſt de errato in ſalutatione, ita ſcribit: (quamvis non nominet *ὤκελλον*, ſed *οἴκελλον*.) *Ὁ μέντοι θεσπέσιος ὁ Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τοῦ αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ εὐπράττειν προὔγραφεν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευσεν.* id eſt, *Divinus quidem Pythagoras, tametſi nullam nobis reliquit literam, ut ex Ocello Lucano, & Archytâ, aliiſque ejus diſcipulis licet conjicere, non εὐπράττειν*, id eſt, *bene agere, ſcribi debere, ſed ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν*, id eſt, *ab ipſo valere, incipiendum eſſe præcepit.*

DIOGENES item LAERTIUS quandam Archytæ Tarentini, quæ eſt ad Platonem, epiſtolam vitæ illius inſeruit, in quâ hunc philoſophum non Ocellum, ſed Ucellum nuncupat, ac nonnullos ejuſdem recenſet libros. *Καλῶς ποιεῖς ὅτι ἀποπέφευγας ἐκ τᾶς ἀῤῥωσίας. ταῦτα γὰρ αὐτός τε ἐπέσταλκας, καὶ τοὶ περὶ Δαμησκὸν ἀπάγγελον. περὶ δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἐπεμελήθεμες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λευκανὼς, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ὠκέλλω ἐκγόνοις. τὰ μὲν ὦν περὶ νόμω, περὶ βασιληΐας, καὶ ὁσιότατος, καὶ τᾶς τῶ παντὸς γενέσιος, αὐτοί τε ἔχομες καὶ τινα ἐπεστάλκαμες· τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γε δύναται εὑρεθῆμεν· αἰ δὲ κα εὑρεθῇ, ἥξει τοι.* Hanc ita converti: *Benè quidem eſt, quòd à morbo evaſeris. Hoc enim ex tuis literis accepi, & Damaſcenus nunciavit. De commentariis ſtudioſè egimus: ad Lucanos acceſſimus, ibique convenimus Ocelli nepotes. Quæ ab eo de Legibus, de Regno, Juſtitiâ, omniumque rerum ortu ſcripta fuerunt,*

fuerunt, & ipſi habemus, & ex his quædam ad te miſimus: Reliqua etiam nunc reperiri non poſſunt. ſi inventa fuerint, ad te perferentur.

Confirmat pariter Cenſorinus de die natali cap. 2. *quo loci dicebat*: Sed prior illa ſententia, quâ ſemper humanum genus fuiſſe creditur, auctores habet Pythagoram Samium, & Ocellum Lucanum, & Archytam Tarentinum.

Quem ibi de noſtro Ocello loquutum fuiſſe conſenſit Aldus Manutius, Pauli filius, in ſuis ad illum locum notis, dicens: Ocellum Lucanum (cujus extat liber περὶ τῆς τοῦ Παντὸς φύσεως. malè aliàs Cereïum, vel Cocëium Lucanum. *& diſertè probavit Theodorus Canterus* var. lect. lib. 1. c. 17. *qui correxit Syrianum Ariſtotelis interpretem* lib. 13. *Metaph. legentem* Ἔκελλος *non* Ὄκελλος, *ut pariter legitur in codice Cenſorini edito Pariſiis* 1583. *à Lud. Carrione, & Lovanii* 1628. *ab E. Puteano, & pariter ab Henrico Lindenbrogio in ſuâ editione factâ Hamburgi* 1614. *qui in ſuis notis profeſſus eſt Cenſorinum reſpexiſſe ad Ocelli verba, quæ hîc habentur* cap. 3. t. 3. *Elementa* cap. 2. *enumerata, cælique virtus in hæc inferiora, ibi eruditiſſimè tradita, Ocellum quoque auctorem agnoſcunt. Sextus enim Empiricus, dum veterum variantes de rerum principiis ſententias recenſeret,* adv. Mathem. lib. 9. cap. ult. *dicebat*: Ἐκ πέντε δὲ Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης. συμπαρέλαβον γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον, καὶ κυκλοφορητικὸν σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ οὐράνια. ex quinque autem Ocellus Lucanus, & Ariſtoteles. ſimul enim cum quatuor elementis aſſumpſerunt quintum corpus, quod movetur in orbem, ex quo dicunt eſſe cœleſtia.)

PLATO deinde reſpondens Archytæ, Ocellum, quamvis ſuppreſſo ejus nomine, maximè laudat: dicítque Ocelli majores fuiſſe Trojanos, probos quidem viros, qui exules ſub Laomedonte Rege, Myram Lyciæ civitatem commigraverint. In Platonis Epiſtolâ his verbis ſcriptum eſt. Τὰ μὲν παρὰ σοῦ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἀσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ τοῦ γράψαντος αὐτὰ ἠγάσθημεν, ὡς ἔνι μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τῶν παλαιῶν προγόνων. λέγονται γὰρ οἱ ἄνδρες οὗτοι Μυραῖοι εἶναι. οὗτοι δ' ἦσαν τῶν ἐπὶ Λαομέδοντος ἐξαναστάντων Τρώων, ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ παραδεδομένος μῦθος δηλοῖ.

JAMBLICHUS Λευκανοὶ, Ὄκελος καὶ Ὄκυλος ἀδελφοί. & Βυνδαίκου ἀδελφὴ Ὀκκέλω καὶ Ἐκκέλω τῶν Λευκανῶν.

De Pythagoricis ità loquitur SYRIANUS in Metaphyſic. Ariſtotelis. Ὀρθῶς ἄρα καὶ ταύτην ἐνίσταντο τὴν ζήτησιν, καὶ τὴν αἰτίαν παρέδοσαν τοῦ πλήθους τῶν ὄντως ὄντων. καὶ οὔτε πρός τι τὴν ἑτέραν ἐποίουν τῶν ἀρχῶν, οὔτε τὸν περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγον πάντη παρελίμπανον, ὡς δηλοῖ τὰ Ἐκκέλου μὲν περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσιος, ἐξ ὧν τὰ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς μονονουχὶ μεταβεβλῆσθαι δοκεῖ· τοῦ Τιμαίου δὲ τὰ πλεῖστα, καθ' ὃν ἡ Περιπατητικὴ φιλοσοφία τὰ πολλὰ θεολογεῖ. *Rectè igitur huic quæſtioni inſiſtebant, & multitudinis eorum quæ vere ſunt cauſam tradiderunt, & neque ad aliquid alterum principiorum fecerunt, neque de ſenſibilibus ſermonem prorſus prætcrierunt, ut oſtendunt ſcripta Ecceli de naturâ Univerſi, ex quibus Liber (Ariſtotelis) de Generatione & Corruptione ferè tranſumptus videtur; & Timæi plurima; ſecundùm quem Peripatetica Philoſophia plerumque Theologica tractat.* Hæc ex Syriano in Caienſi Bibliotheca MS°.

Syriani

Syriani diſcipulus PROCLUS Commentariorum in Platonis Timæum lib. 3. Ἄλλοι δέ τινες, ὡς οἱ περὶ Ὄκκελον, τὸν τοῦ Τιμαίου πρόοδον δύο δυνάμεις ἑκάστῳ τῶν στοιχείων διένεμον, πυρὶ μὲν θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἀέρι δὲ θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ὕδατι δὲ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, γῇ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. Καὶ ταῦτα ἀναγέγραπται παρὰ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς, ἐν τῷ περὶ φύσεως. *Alii autem nonnulli, ut Occelus, qui Timæo præivit, unicuique elemento duas qualitates tribuebant; igni calidum & ſiccum; aëri calidum & humidum; aquæ humidum & frigidum; terræ frigidum & ſiccum. Et hæc ab hoc ipſo viro ſcripta ſunt in Libro de Natura.*

STOBÆUS Ecl. Phyſic. lib. I. c. 24. Ὄκελος ἀΐδιον τὸν κόσμον· ὧδί γὰρ ἐν τοῖς περὶ τοῦ παντὸς φύσεως λέγει. ἔτι δὲ καὶ τὸ ἀτελεύτατον καὶ τῶ σχήματος καὶ τᾶς κινάσιος, καὶ τῶ χρόνω, καὶ τᾶς ὠσίας τοῦτο πιστοῦται, διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος, καὶ ἄφθαρτος. ἅ τε γὰρ τῶ σχήματος ἰδέα κύκλος. οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος· διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτατος, ἅ τε τᾶς κινάσιος κατὰ κύκλον· αὐτὰ δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος, ὅτε χρόνος ἄπειρος ἐν ᾧπερ ἁ κίνασις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὰν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὰν λαμψεῖν. ὁ δὴ ἅ τε μὰν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβακτος καὶ ἀμετάβλατος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τῶ χείρονος εἰς τὸ βελτίον, μήτε ἀπὸ τῶ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πέφυκεν μεταβάλλεν. *Ocelus æternum facit mundum. ſic enim ait libro de Univerſi naturâ: Præterea figuræ, motûs, temporis ac naturæ æternitas initii finiſque expertem eſſe mundum confirmat. Nam & figura circuli eſt, qui ab omni parte ſimilis & æqualis eſt, ideóque principii finíſque expers. & motus in orbem fertur, qui quidem finem non habet: & infinitum eſt motûs tempus, quod nec principium habuerit, quod movetur nec finem ſit habiturum. Jam natura rerum nullam mutationem recipit, quòd nec ex deteriore melior, nec ex meliore deterior fieri poſſit.*

Ἐπειδ᾽ ἐν τῷ περὶ παντὸς τὸ μὲν γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσιος. καὶ γένεσις μὲν ὅπου μεταβολὰ καὶ ἔκβασις ἦν ὑποκειμένω. [1] φανερὸν περὶ μὲν τὰν αἰτίαν γενέσιος, τό, τε ποιεῖν καὶ κινεῖν ἐστι, περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὰν γένεσιν τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι. *Quoniam autem in Univerſo aliud eſt ortus, aliud ortûs cauſa: & ortus quidem rerum immutationem, cauſa autem ſimilitudinem habet: manifeſtum fit, cauſam quidem propriè agere ac movere, quod autem ortûs capax eſt, pati ac moveri.*

Πράτως γὰρ ὕλα τὸ πανδεχὲς, κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν, ὥσπερ πρᾶτον μὲν, τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχάν· δεύτερον δὲ, αἱ ἐναντιώσιες, οἷον θερμότας καὶ ψυχρότας, καὶ ξηρότας. τρίτον δὲ, πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γᾶ, καὶ ἀήρ. [2] ταῦτα γὰρ μεταβάλλοντ᾽ ἐς ἄλληλα, αἱ δὲ ἐναντιώσιες μετάβαλλοντι. *Primùm enim eſt omnium capax materia. ſiquidem omnibus formis eſt communis. Itaque quod primum ſentiri corpus poteſt, principium eſt. ſecundo loco recenſentur contraria, ut calor, frigus, humor, ſiccitas. tertio naturæ, ignis, aqua, terra, & aër. hæc enim inter ſe mutantur, contrariis mutantibus.*

Παντελὴς δὲ φθορὰ τᾶς περὶ τὰν γᾶν διακοσμάσιος, οὔτε γέγονεν οὔτε ἔσται πόκα. διὸ καὶ τοῖς λεγόντεσσι τὰν τὰς ἑλληνικᾶς ἱστορίας ἀρχὰν ἀπὸ ἰνάχω ἀργείω, ποθεκτέον οὕτως, ὡς οὐκ ἀπό τινος ἀρχᾶς πράτας, ἀλλὰ τᾶς γενομέ-

1 τῶ ὑποκειμένων, αἰτία δὲ γενέσιος, ὅπου ταυτότης, addit Oc.

2 αἱ ἐσίαι addit Oc.

νας μεταβολᾶς καὶ κατ᾽ αὐτάν. πολλάκις γὰρ ἤδη καὶ γέγονε καὶ ἐσεῖται βάρβαρος ἁ ἑλλὰς, οὐ οὐχ ὑπ᾽ ἀνθρώπων μόνον γιγνομένα μετανάστασις, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτᾶς τᾶς φύσιος οὔτε μείζονος οὔτε μείονος αὐτᾶς γινομένας, ἀλλὰ καινοτέρας ἀεὶ καὶ πόθεμε ἀρχᾶς λαμβανούσας. Περὶ μὲν οὖν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ γένεσιος καὶ ἀφθαρσίας τᾶς ἐν αὐτῇ γιγνομένας, ὥστ᾽ ἔχει, ὥσθ᾽ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τᾶς μὲν ἀεικινάτω φύσιος ἐάσας, τᾶς δ᾽ ἀειπαθέος, τᾶς μὲν ἀεὶ κυβερνώσας, τᾶς δὲ κυβερνεομένας, ἄνω εἴρηταί μοι περὶ τούτων. *At communis Univerſi interitus neque fuit, neque unquam erit. Quamobrem etiam iis, qui rerum Græcarum initium ab Inacho Argivo ducunt, ita credendum eſt, quaſi non primum aliquod initium, ſed ejus immutationem ſumſerint. Sæpiùs etenim & fuit & futura eſt barbara Græcia, non tam ab hominibus, quàm ab ipsâ naturâ devaſtata: tamen ut nec major illa nec minor fiat, ſed nobis recentiora ſumat initia. Ac de Univerſo quidem, & ortu ejus atque æternitate, quoquo ſe pacto tum habeat, tum ſemper habiturum ſit, altera natura ſemper movenda, altera ſemper afficienda; alteraque regente, altera regenda, hactenùs dictum eſto.*

JOANNES PICUS MIRANDULANUS Comes libro primo contra Aſtrologos. *Cur & Ocellus idem Lucanus in libro de Mundo, teſtimonio etiam ipſe Platonis eminentiſſimus.*

Cùm Archytas in epiſtolâ ſuâ Ocelli opuſculum de omnium rerum ortu cum aliis tribus enumerat, hoc ipſum quod Latinum feci, intelligi oportet. Hæc enim duo idem valent, τὸ περὶ τῆς πάντων γενέσιος, & τὸ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. nam & generatio naturæ nomen obtinuit, quippe quæ in naturam ferat tanquam via. quod non ignoravit Ariſtoteles, cùm ità ſcripſit libro ſecundo de Naturali Auditione:

Ἔτι δὲ ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις, ἐστὶν ὁδὸς εἰς τὴν φύσιν.

OCELLUS LUCANUS De Univerſo.

ὨΚΕΛΛΟΣ Ὁ ΛΕΥΚΑΝΟΣ Περὶ τοῦ παντός.

INTERPRETE L. NOGAROLA.

C. I.

OCELLUS LUCANUS de univerſi naturâ conſcripſit hæc, quæ quidem ille partim certis indiciis ab ipſa edoctus naturâ, partim opinione & ratione ab intelligentiâ quod probabile eſt, conjecturâ ſecutus didicerat.

Κεφ. α.

1 Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. 2 Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθὼν· τὰ δὲ καὶ δόξῃ, μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος.

Δοκεῖ

Ad Ocellum Lucanum Nogarolæ Annotationes.

NOn incommoda, nec inepta videatur quæſtio, ſi quæratur, quam ob rem Archytas Tarentinus, & Timæus Locrus, Itali philoſophi; Cur item Theocritus poëta ex Siciliâ ortus (quæ quidem Italiæ pars quondam fuit, nunc verò non lato interjecto mari ſejuncta, & ſeparata) Doricâ linguâ ſcripſerint, aliarum Græcarum antiquiſſimâ; Ocellus autem in rebus naturæ explicandis Attico ſermone uſus ſit.

1 *Τάδε συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως*] Pythagoreorum morem ſervat Ocellus in exordiendo opuſculo ſuo, in cujus initio ſuum nomen appoſuit. Nam & Timæus Locrus ejuſdem ſectæ philoſophus ſic incepit. *Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα.* Alcmæon quoque Crotoniata Pythagoræ diſcipulus, ut refert Laërtius, librum ſuum ad hunc modum inſtituit, *Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιήτης τάδε ἔλεξεν.*

2 *Τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς φύσεως ἐκμαθὼν, τάδε καὶ δόξῃ μετὰ λόγου τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος.* Duos eſſe cognoſcendi modos his paucis verbis Ocellus oſtendit: unum, earum rerum, quæ ſub ſenſum cadunt, quas ſolâ magiſtrâ & duce naturâ manifeſtis ſignis percipimus; alterum, illarum, quæ animo comprehenduntur, ſed cum quâdam à re notâ ad ignotam progreſſione. Verùm ut ita progrediamur, vel (ut ſic dicam) diſcurramus, tres neceſſariæ nobis ſunt animæ facultates, quarum prima poſitas & conceſſas ratiocinationis propoſitiones, cognitis tamen priùs earum terminis intelligat. hæc Græcè νοῦς & νόησις, Latinè mens, & intelligentia nuncupatur: ſecunda progrediatur ac diſcurrat, cui quidem duplex Græcum impoſitum eſt nomen, διάνοια & λόγος, utraque Latinè dicitur cogitatio. Hæc autem vis, tametſi una eadémque eſt, loci tamen, & rei ſubjectæ ratione, in quâ eſt, à ſe ipsâ videtur differre: & propterea (ut modo dixi) duo habet nomina. Nam ut in Sophiſtâ affirmat Plato, ea facultas appellatur διάνοια, cùm intus incluſa

cluſa

Δοκεῖ γάρ μοι τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον· ἀεί τε γὰρ ἦν, καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἔγχρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. οὕτως οὖν ἀγένητον τὸ πᾶν καὶ ἀνώλεθρον. οὔτε γὰρ, εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζει, εὕροιτο ἂν εἰς ὃ φθαρείη καὶ διαλυθείη. ἐξ οὗ γὰρ γέγονεν, ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντός ἐστιν. εἰς ὅ τε πάλιν φθαρήσεται, ἐκεῖνο ἔσχατον τοῦ παντὸς ἔσται.

Univerſum quidem, ut ego arbitror, nec interiturum unquam eſt, nec ullum aliquando habuit ortum: cùm fuerit ſemper futurúmque ſit. ſi enim tempori ſubditum foret, haud ſanè eſſe perpetuò poſſet. ita igitur ſit, ut & ingenitum ſit, & item non interiturum. Nam ſi quis ipſum eſſe generatum ortu exiſtimet, certè nullo modo in quod diſſolvatur & deſinat, invenire poterit. prima ſiquidem univerſi portio illa exiſtet, ex quâ primò genitum fuerit: ultima, in quam poſtremùm diſſipabitur.

Τόγε δὲ πᾶν γινόμενον, σὺν πᾶσι γίνεται· καὶ τὸ φθειρόμενον, σὺν πᾶσι φθείρεται. καὶ τοῦτό γε δὲ ἀδύνατον. ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. οὐ μὲν οὖν ἄλλως ἔχει ἢ οὕτως.

At verò univerſum ſi generetur, cum omnibus partibus ſimul generetur; & ſi intereat, pariter cum iiſdem intereat opus eſt. hoc autem fieri nequit. univerſum igitur principio caret & fine, nec eveniet ut aliter quàm hoc modo, ſe habeat.

Πᾶν τε τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς, καὶ διαλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι, δύο ἐπιδέχεται μεταβολάς· μίαν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν

Ad hæc autem quidquid generationis initium acceperit, & diſſipationis particeps futurum ſit, id duas habeat mutationes neceſſe eſt: quarum ſanè altera à re minore in ma-

ἀπὸ

cluſa veluti animæ ad ſe ipſam dialogus, in animâ verſatur: λόγος verò, cùm ab animâ per os emiſſa cum ſono foras effluit & prodit. Tertia quæ requiritur concluſionem conſiderans, vocatur δόξα, quam quidem opinionem & opinationem vertit Cicero. Hanc in eodem dialogo eſſe τῆς διανοίας ἀποτελεύτησιν aſſerit Plato, hoc eſt, cogitationis concluſionem. Primam facultatem attigit illis verbis Ocellus, τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως στοχαζόμενος. ſecundam & tertiam, cùm dixit, καὶ δόξῃ μετὰ λόγου. Sed adverte Platonem, qui multa ſumpſit ex Ocello, νόησιν μετὰ τοῦ λόγου conjunxiſſe: ità enim ſcribit in Timæo, νοήσει μετὰ λόγου καταληπτόν. non diverſa tamen ratione. Nam uterque has tres animæ facultates ad progreſſionem ſeu diſcurſum pertinentes, enumerare voluit, de quibus Joannes Grammaticus in proœmio primi de Animâ voluminis. Non negaverim tamen νόησιν, διάνοιαν, δόξαν, tres etiam ſignificare animi habitus, quibus duos alios πίστιν καὶ εἰκασίαν addidit Plato in calce libri 6. de Rep. quibus nos dicit cognoſcere quinque rerum genera.

3 Sym-

jorem, & à deteriore in meliorem progreditur, ac generatio quidem dicitur: mutationis autem origo generatio dicitur; id verò, ad quod pervenit, ſtatus: altera verò à re majore ad minorem, & à meliori in deterius efficitur. Hujus autem mutationis exitus, ſive concluſio, interitus & diſſolutio nuncupatur.

Hâc igitur ratione ſi univerſum & totum genitum interiturúmque ſit, illud à minori ad majus, & à deteriori in melius neceſſariò mutatum fuerit. Ex quo etiam eveniet, ut ejuſdem mox à majori ad minus, & à meliori in deterius ſequatur mutatio. Mundus itaque ſi genitus ſit, ut accretionem & ſtatum accepit, ſic decretionem & finem poſteà ſuſcipiet. Nam omni naturæ, quæ progreſſionem habet, termini quidem tres, & duo attribuuntur intervalla. Termini profectò ſunt generatio, ſtatus, & interitus: intervalla verò, quod inter generationem & ſtatum, quódque inter ſtatum & finem medium interjectúmque eſt.

Verùm enimverò totum, & univerſum hoc, nullum ex ſe nobis hujuſmodi indicium præbet: neque enim oriri ipſum unquam vidimus, nec melius aut majus fieri, nec certè deterius aut minus evadere: ſed unum ſemper & idem permanere, ſibíque par & ſui ſimile ſemper exiſtere.

ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' οὗπερ ἂν ἄρξηται μεταβάλλειν, γένεσις· τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμή. δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. τὸ δὲ συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ καὶ διάλυσις.

Ἐὰν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γεννητόν ἐςιν καὶ φθαρτὸν, γενόμενον, ἀπὸ τοῦ μείονος ἐπὶ τὸ μεῖζον μετέβαλε, καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὥςτε καὶ ἀπὸ (τοῦ) μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον μεταβαλεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν. ἅπασα γὰρ φύσις, ἡ ἔχουσα διέξοδον, ὅρους ἔχει τρεῖς, καὶ δύο διαςήματα. ὅροι μὲν οὖν εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμὴ, τελευτή· διαςήματα δὲ, τό τε ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τῆς ἀκμῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν, οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὐτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον· οὔτε γὰρ γενόμενον αὐτὸ εἴδομεν, οὔτε μὲν ἐπὶ (τὸ) βέλτιον καὶ τὸ μεῖζον μεταβάλλον, οὔτε χεῖρον ποτὲ ἢ μεῖον γενόμενον· ἀλλ' ἀεὶ κατὰ τ' αὐτὸ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ, καὶ ἴσον καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτοῦ.

Τὰ σημεῖα δὲ καὶ τεκμήρια αὐτοῦ ἐναργῆ (αἱ) τάξεις, (αἱ) συμμετρίαι, σχηματισμοὶ, θέσεις, διαςάσεις, δυνάμεις, ταχύτητες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδύτητες, ἀριθμοὶ γοῦν καὶ χρόνων περίοδοι. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ἐπιδέχεται, κατὰ τὴν τῆς γεννητῆς φύσεως διέξοδον. τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα, καὶ τὰ χείρονα.

Hujus ſanè rei ſigna habentur & indicia, & ea quidem perſpicua, ordines ſcilicet, 3. ſymmetriæ, figuræ, ſitus, intervalla, facultates, celeritates tarditatéſque motuum, eorúmque inter ſe proportiones; numeri prætereà, & viciſſitudines, commutationéſque temporum. Ejuſmodi enim omnia, ut mortalis hæc & generationi obnoxia progreditur natura, mutationem diminutionémque ſuſcipiunt. ac quæ majora quidem, & potiora fuerint, ſtatum ipſum propter vigorem; quæ autem minora deterioráque ſunt, interitum præ imbecillitate conſequi ſolent.

Τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τῆς προσηγορίας ἔτυχε ταύτης, ἐκ τῶν ἁπάντων δὴ κοσμηθείς. σύςημα γάρ ἐςιν τῆς τῶν ὅλων φύσεως αὐτοτελὲς, καὶ τέλειον· ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν. εἰ γάρ τί ἐςιν, ἐν τῷ παντί ἐςι, καὶ σὺν τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σὺν τούτῳ (τὸ) πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγεννήματα.

At totius & univerſi nomine totum hunc mundum intelligo: nam ob id quòd univerſitate rerum diſtinctus ornatúſque ſit, appellationem hanc adeptus eſt. Perfecta enim & abſoluta quædam naturarum omnium collectio eſt, extra quam nihil prorſus conſiſtit; ſed quidquid fuerit, illud in univerſo, & cum univerſo comprehendatur oportet: cujus ſanè proprium videtur eſſe, omnia vel ut partes, vel ut res adventitias, & externas continere.

Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογήν. ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐ-

Atque ea quidem, quæ Mundus complectitur, cum Mundo: Mundus verò cum nullâ aliâ re, quàm cum ſeipſo co-

δὲν

3 Symmetria cùm Latinum, teſte Plinio, non habeat nomen, commenſurationem proportionémque convertere mihi non libuit, ſed integram ſervandam eſſe dictionem cenſui. Nam ea, quamvis Græca, jam ſatis, ut pleræque aliæ, Latino ſermone trita eſt, quâ Vitruvius & Plinius cives mei frequenter uſi ſunt.

4 Hoc

gnationem & conſenſum habet. Sed cùm ſingulæ quæque res ex diminutâ & minimè perfecta conſtent naturâ, neceſſariò factum eſſe videtur, ut externo adhuc illæ adminiculo egeant, atque cum iis quæ ſibi proximæ fuerint, conjungi copularíque debeant; ut animalia quidem cum aëre ad reſpirandum, aſpectus oculorum cum lumine, ac reliqui pariter ſenſus cum re, & eâ quidem propriâ, quæ unicuique eorum objicitur. Stirpes item & plantæ cum terræ ſucco, cujus vi pullulant & creſcunt. Sol quoque, Luna, & ſtellæ tam inerrantes quàm vagæ, cum Mundo, quem ipſæ tanquam partes diſtinguunt, atque exornant, cognatione quâdam junctæ & continentes ſunt. Mundus verò non niſi cum ſe ipſo conjungitur & coaleſcit.

δὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς ἑαυτόν. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα, τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ' ἔτι δεῖται τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοὴν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις, πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν· τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι. Ἥλιος δὲ καὶ σελήνη, καὶ οἱ πλάνητες καὶ (οἱ) ἀπλανεῖς κατὰ τὸ μέρος μὲν τῆς (κοινῆς) διακοσμήσεως αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ.

Quin etiam ex his facilè intelligi poterit, id eſſe verum, quod dicimus. Nam & ignis, cùm aliis rebus impertiendi caloris vim habeat, ipſe ex ſeipſo

4 Ἔτι δὲ καὶ οὕτως εὔγνωστον ἔσαι τὸ λεγόμενον, ὅτι ἀληθές ἐςι. τό τε γὰρ πῦρ ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὂν, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ θερμόν ἐςι.

4 *Hoc* eodem ferè argumento probavit Critolaus peripateticus Mundum ſemper fore, quamvis id paucioribus fecerit, quàm Ocellus, & diverſis uſus ſit verbis, & exemplis, ut in Philonis libello περὶ ἀφθαρσίας κόσμου videre licet, in quo ſic ſcriptum eſt, Ἐπαγωνιζόμενος δὲ ὁ Κριτόλαος ἐχρῆτο καὶ τοιούτῳ λόγῳ. τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑγιαίνειν, ἄνοσόν ἐστι· ἀλλὰ καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ἀγρυπνεῖν, ἄγρυπνόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, ἀΐδιόν ἐστιν. αἴτιος δὲ ὁ κόσμος αὐτῷ τοῦ ὑπάρχειν, εἴγε καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἀΐδιος ἄρα ὁ κόσμος ἐστίν. hoc eſt, *Critolaus autem diſputans hâc ratione utebatur: quod ſibi ipſi bonæ valetudinis cauſa eſt, id nullo affligitur morbo: quin etiam quod ex ſe habet, ut vigilet, ſomni expers eſt. Quòd ſi ita res ſe habeat, id quoque quod ſibi ipſi cauſa eſt, cur ſit, perpetuum eſt; atqui Mundus ſicuti cæteris rebus, ſic etiam ſibi ipſi in causâ eſt, ut ſit, nimirum ipſe æternus eſt.* Non miretur, qui noſtra hæc legerit, ſi cùm in Ocello, & Philone ἀπόδειξιν nomen græcum reperi, demonſtrationem transferre noluerim. Nam demonſtratio apud Ciceronem non idem ſignificat, quod apud Ariſtotelem ἀπόδειξις. quare facilè ſuſpicor, ne M. Tullius Ariſtotelis libros περὶ τῶν ἀναλυτικῶν, ſicut & alios ejuſdem complures viderit. quod ſanè ſi illi datum fuiſſet, non dixiſſet in Academicis, ἀπόδειξιν eſſe argumenti concluſionem, eámque ita definiri, ut ſit ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit. Nam hæc definitio non tantùm veræ demonſtrationi, cujus vim & naturam perſe-

ἐστι. καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γενόμενον, αὐτὸ ἐξ αὐτοῦ γλυκύ ἐστι· καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων τῶν ἀφανῶν σημαντικαὶ οὖσαι, αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς τε καὶ γνωστικαί εἰσιν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι· καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον, καὶ διαμένον ἐστί. καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστίν. ὁ δέ γε κόσμος, αἴτιός ἐστι τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι· αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ ἀΐδιός ἐστι καὶ αὐτοτελής, καὶ διαμένων τὸν πάντα αἰῶνα, καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τῆς διαμονῆς (τῶν ὅλων.)

calidus eſt. Mel quoque quod quâ nos dulcedine poteſt afficere, ſuâpte naturâ dulce ſuavéque eſt. Similiter exquiſitarum rationum principia, quæ res occultas demonſtrant, ipſa ex ſeipſis perſpicua claráque ſunt. pari modo quod aliis rebus cauſa eſt, cur perfectæ ſint, id ſuâ vi perfectum abſolutúmque eſt. Quod item efficit, ut alia ſerventur ac permaneant, ipſum ſuâ ſponte ſalvum itidem eſt, ac permanens: atque quod aliis rebus convenientiam, & concentum præbet, illud ſuâ naturâ aptum concinnúmque eſt. Mundus igitur cùm ſit in cauſâ cur exiſtant aliæ res, ſerventur, & perfectionem habeant; iccirco ſuâ vi ſempiternus eſt, æternóque permanens tempore, atque ob eam rationem habetur auctor, cur aliæ quoque res perpetuò durent, & conſiſtant.

5 Ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὄν, ἢ εἰς τὸ

Omnino autem ſi ipſum univerſum intereat, illud aut in id quod eſt, aut certè in nihilum

μὴ

perſecutus eſt Ariſtoteles, verùm etiam omnibus ratiocinationis generibus convenire aptaríque videtur. Loco demonſtrationis Ariſtotelicæ exquiſitam rationem protulit Cicero. Quem imitari mihi libuit tum primo Tuſculanarum, tum etiam primo de Finibus, ubi inter argumenti concluſionem & rationem, item inter mediocrem animadverſionem & admonitionem quid interſit, nobis explicuit.

5 Philo Judæus in eodem opuſculo hanc rationem ferè totam ex Ocello ad verbum accepit. ſic enim ait, Λέγεται μὲν τοι, καὶ φθορὰ, ἡ πρὸς χεῖρον μεταβολή· λέγεται δὲ καὶ ἡ τοῦ ὄντος ἀναφαίρεσις παντελὴς, ἣν καὶ ἀνύπαρκτον ἀναγκαῖον λέγειν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲν γίνεται, οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνήνυστον, καὶ ἄπαυστον. hoc eſt, *Interitus vocatur in deterius mutatio. dicitur quoque omnium perfecta conſumptio, cui nulla neceſſariò attribuitur ſubſiſtentia; nam quemadmodum ex nihilo nihil efficitur, ita nec quod eſt, in nihilum interit: ex nihilo enim ut aliquid gignatur, fieri nequit, atque id quod eſt, prorſus deleri, & interimi, nec auditum unquam nec credibile eſt.*

Ἀμήχ

diſſipetur oportet. in id quod eſt, fieri nequit, ſiquidem univerſitatis rerum non erit interitus, ſi in id quod eſt, fiat diſſolutio. nam id quod eſt, aut ipſum univerſum, aut univerſi portio exiſtit. Neque verò in nihilum; cùm fieri non poſſit, ut id quod eſt, aut ex nihilo fiat, aut in nihilum abeat. æternum igitur, nec ullo modo internecioni obnoxium eſt univerſum.

At ſiquis ipſum eſſe interitu-

μὴ ὂν διαλυθήσεται. καὶ εἰς μὲν τὸ ὄν, ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἔσται τοῦ παντὸς φθορὰ, ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύηται· τὸ γὰρ ὂν, ἤτοι τὸ πᾶν, ἢ τὸ μέρος τί ἐστι τοῦ παντός. καὶ μὴν οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὄν. 6 ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν, ἀποτελέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. ἄφθαρτον ἄρα καὶ ἀνώλεθρον τὸ πᾶν.

7 Εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι,

6 Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι.] Ita vulgò legitur in Ocello. Ego verò legendum arbitror ἀποτελέσθαι, quod eſt, effici vel fieri; quod intelligere cuique licet cum ex ipſa rei natura, tum verò ex verbis Philonis, quæ Ocelli verbis debent reſpondere. Ita enim ſcribit Philo: ἐκ τοῦ γὰρ οὐδαμοῦ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι. Extrema quoque Philonis verba, quæ modò adduxi, mendoſa ſunt. ſic enim in omnibus ſeſe habent codicibus, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνλιώυστον καὶ ἄπαυστον. nam quid ſignificet ἀνλιώυστον, & quantum ἄπαυστον propoſito conveniat, non ſatis perſpicio. Quare locum emendare, atque ἀνλιώυστον in ἀνήπυστον, & ἄπαυστον in ἄπιστον convertere non veritus ſum. ut ſit ſenſus quemadmodum tranſtuli: atque res ipſas prorſus interire inauditum incredibiléque eſt.

7 Hanc rationem ſumſit ab Ocello Philo Judæus, & in libello ſuo poſuit de Mundo non interituro, quamvis eam pluribus verbis explicuerit: cùm inquit, Τοὺς δὲ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον κατασκευάζοντας λόγους ἕνεκα τῆς πρὸς τὸ ὁρατὸν αἰδοῦς τακτέον προτέρους, οἰκείαν ἀρχὴν λαβόντας. ἅπασι τοῖς φθορὰν ἐνδεχομένοις αἰτίαι διτταὶ τῆς ἀπωλείας· ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δὲ ἐκτὸς προϋπόκειται. σίδηρον καὶ χαλκὸν, καὶ τὰς τοιαύτας οὐσίας εὕροις ἂν ἀφανιζομένας ἐξ ἑαυτῶν μὲν, ὅταν ἑρπυνώδους νοσήματος τρόπον ἰὸς ἐπιδραμὼν διαφάγῃ. πρὸς δὲ τῶν ἐκτὸς, ὅταν ἐμπιμπραμένης οἰκίας ἢ πόλεως συναναφλεχθεῖσαι τῇ πυρὸς βιαίῳ ῥιπῇ διαλυθῶσιν· ὁμοιοτρόπως δὲ καὶ ζώοις ἐπιγίνεται τελευτή. νοσήσασι μὲν ἐξ ἑαυτῶν, ὑπὸ δὲ τῶν ἐκτὸς σφαττομένοις, ἢ ἐμπιμπραμένοις, ἢ θάνατον οὐ καθαρὸν τὸν δι' ἀγχόνης ὑπομένουσιν. εἰ διαφθαρήσεται καὶ Κόσμος, ἐξ ἀνάγκης ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἐκτὸς, ἢ πρός τινος τῶν ἐν αὐτῷ φθαρήσεται δυνάμεων. ἀμήχανον δ' ἑκάτερον. ἐκτὸς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ κόσμου. πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ συνερανισθέντων. οὕτω γὰρ εἷς τε ἔσται καὶ ὅλος, καὶ ἀγήρως. εἷς μὲν διὰ τὸ ἀπολειφθέντων τινῶν, ἕτερον ἂν τῷ νῦν ὄντι γενέσθαι ὅμοιον. ὅλος δὲ, ἕνεκα τοῦ σύμπασαν τὴν οὐσίαν εἰς αὐτὸν ἐξαναλῶσθαι. ἀγήρως δὲ καὶ ἄνοσος, ἐπειδὴ τὰ νόσοις καὶ γήρᾳ σώματα ἁλωτὰ, θερμότησι καὶ ψύξεσι, καὶ ταῖς ἄλλαις ἐναντιότησι προσεμπιπτούσαις ἔξωθεν ἰσχυρῶς ἀνατρέπεται, ὧν οὐδεμία δύναμις ἀποδρᾶσα κυκλοῦται, καὶ ἐπιτίθεται παθῶν, μηδενὸς ἀποστάντος μέρους, ὁλόκληρον ἐγκαταλελειμμένων εἴσω. εἰ δ' ἄρα τι ἐστὶν ἐκτὸς, πάντως ἂν εἴη κενὸν, ἢ ἡ ἀπαθὴς φύσις, ἣν ἀδύνατον παθεῖν τι ἢ δρᾶσαι. καὶ μὴν οὐδὲ ὑπό τινος αἰτίας διαλυθήσεται τῶν ἐντὸς αὐτοῦ. πρότερον μὲν, ἐπειδὴ τοῦ ὅλου τὸ μέρος καὶ μεῖζον ἔσται καὶ κρεῖττότερον. ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον. ὁ γὰρ κόσμος ἀνυπερβλήτῳ κράσει κεχρημένος ἄγει τὰ μέρη πρὸς μηδενὸς αὐτῶν ἀγόμενος. hoc eſt, *Hæ vero rationes, quæ mundum neque genitum eſſe, neque interiturum affirmant, ex propriis illorum ductæ principiis, priore loco ſunt reponendæ, ut eorum quæ cernimus habere rationem*

φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντὸς, φθαρήσεται δυνασευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός. οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς, οὐδέν. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντὶ, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ Κόσμος. οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ. δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονά (τε) καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθεύει. ἄγεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντὸς, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ σώζεται καὶ συνήρμοσαι, καὶ βίον ἔχει, καὶ ψυχήν. εἰ δὲ οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, οὔτε ὑπό τινος τῶν ἔνδοθεν φθαρήσεται τὸ πᾶν, ἄφθαρτος ἄρα καὶ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος. τοῦτο γὰρ ἔφαμεν εἶναι τὸ πᾶν.

rum exiſtimet, id profectò vel ab externâ, vel ab interiore causâ victum diſſolvetur; ſed non ab externâ, cùm extra univerſum nihil ſit, ſiquidem cætera omnia in univerſo continentur, ac totum & univerſum idem habetur quod Mundus: neque etiam ab iis quæ in eo ſunt; majora enim & valentiora eſſe oportebit, quàm ipſum univerſum. quod tamen falſum eſſe perſpicuum eſt; cùm omnia ab univerſo agantur moveantúrque, & ſecundùm hoc ea etiam ſerventur, & coagmentata ſint, vitámque & animam habeant. Quòd ſi nec interioris nec externæ cauſæ vi interiturum eſt univerſum, Mundus, quem eundem eſſe quod univerſum, cenſemus, nunquam deſtruetur nec diſſipabitur.

Ἔτι

rationem videamur. Duas namque illi qui ipſum interiturum concedunt, eſſe cauſas cur res pereant, interiorem unam, alteram externam ſtatuunt. Nam ferrum & æs, atque hujus generis ſubſtantias aboleri ex ſe ipſis comperias, cùm in æruginem incidunt, quæ illas in modum ſerpentis morbi invadens exedit. Ex cauſis verò externis interitus accidit; quando domus aut civitas vi, conjecto igne incenſa, deflagrat & diſſolvitur. Pari modo & animalia partim morbo ex ipſis correpta, partim vi externâ, dum jugulantur aut exuruntur, aut turpi ſuſpendii morte afficiuntur, interimi ſolent. Item igitur ſi interiturus eſt mundus, id quidem eveniet, aut aliquâ interiore cauſâ, aut externâ: quorum neutrum fieri poteſt: nam extra mundum nihil reliquum eſt, cùm omnia in ejus comcomplementum collata fuerint. Ita unus erit integer, & ſenio carens; unus quidem, quoniam ſi quid remanſiſſet, alius ei qui nunc eſt, ſimilis omnino factus fuiſſet: integer verò, propterea quòd in ipſo conſtruendo univerſa ejus ſubſtantia conſumpta eſt. Neque item ſenii, neque morbi particeps eſt, quia corpora, quæ morbis & ſenio obnoxia ſunt, externo quoque & valido caloris & frigoris aliarúmque rerum contrariarum appulſu intereunt, quarum ſanè facultatum nulla vis aufugit, quæ illum circumvenire, aut aliquâ ratione aggredi valeat, cùm nulla quidem ejus portio abſceſſerit, ſed omnes intus clauſæ, comprehenſaque ſint. Ergò ſi aliqua externa ſit cauſa, ea omninò inanis, aut natura quædam impatibilis, quæ nec agere quidpiam nec pati poſſit, præterea nec ab interiori diſſolvetur ob illud in primis, quòd pars quàm totum erit major nec valentior, quod ſanè abſurdiſſimum. Mundus enim incredibili robore ſuas partes exuperat, quas quidem agit & movet, ipſe verò à nullâ earum viciſſim movetur agitatúrque.

S Οὐδ'

Jam verò univerſa natura ſi tota ſpectetur, ſucceſſionis continuationem à primis & maximè honorandis partibus proportione quâdam auferre videtur, eámque attenuare, & cunctis rebus mortalibus adjungere, propriæ conſtitutionis progreſſionem ſuſcipiens (nam prima quæ moventur, corpora eadem atque eodem modo ſuum orbem conficiunt) progreſſionem dico, non quæ deinceps & continenter, nec mutato loco, ſed quæ factâ ex alio in aliud mutatione effici ſolet.

Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ, κατὰ λόγον ἀπομαραινομένη τὸ συνεχὲς, καὶ προσάγουσα ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν, καὶ διέξοδον ἐπιδεχομένη τῆς ἰδίας συστάσεως. τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλον ἀμείβει. διέξοδον, οὐκ ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς, οὐ μὴν τὴν κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὴν κατὰ μεταβολήν.

Ignis enim ſi in unum cogatur, & denſeſcat, aërem, aër aquam, aqua terram producit: à terrâ viciſſim idem uſque ad ignem à quo cœperat mutatio, circuitus agitur. Arbores verò fructum ferentes, & ſtirpium plurimæ ex ſeminibus ſui ortûs initium habent, fructus verò producti, & jam perfecti rurſùs ab eodem in idem commeante naturâ diſſolvuntur.

Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον, ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν· ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ περίοδος τῆς μεταβολῆς (μέχρι πυρὸς) ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. οἱ δὲ καρποὶ, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρπωθέντα δὲ καὶ τελεσφορήσαντα, πάλιν ἐπὶ (τὸ) σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται, τὴν διέξοδον ἐπιτελουμένης τῆς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ φύσεως.

At homines & cætera animalia humiliore quâdam ratione communem naturæ explent terminum. non enim ad primam ætatem reflectuntur, & redeunt, nec contrarii circum-

Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μᾶλλον ὑποβεβηκότως τὸν καθόλου ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν. (οὐ γάρ ἐστιν ἐπανάκαμψις αὐτοῖς ἐπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν,) [8] οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβο-

8 Οὐδὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς.] His Ocelli verbis ſatis perſpicuum eſt hujus Græci nominis, quod eſt ἀντιπερίστασις, inventorem (ut nonnulli ſomniant) non fuiſſe Ariſtotelem. Nam Ocellus ætate Ariſtotelem longè anteceſſit. hanc ego Antiperiſtaſin (quamvìs fortaſsè nimis licenter) contrarii circumſtantiam

tiam

ταβολῆς εἰς ἄλληλα, καθάπερ ἐπὶ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν διὰ (τῶν) τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα, καὶ τὰς μεταβολὰς τῶν ἡλικιῶν, διαλύεται καὶ ἀπογίνεται. ταῦτα οὖν ἐςὶ σημεῖά τε καὶ τεκμήρια τοῦ τὸ μὲν ὅλον καὶ τὸ περιέχον μένειν ἀεὶ καὶ σώζεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ μέρους καὶ ἐπιγινόμενα (αὐτοῦ) φθείρεσθαι καὶ διαλύεσθαι.

Ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τοῦ χρόνου καὶ τῆς οὐσίας, τοῦτο πιςοῦται, διότι ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. ἥτε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα, κύκλος. οὗτος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος. διόπερ ἄναρχος καὶ ἀτελεύτητος. ἥτε τῆς κινήσεως κατὰ κύκλον. αὕτη δὲ ἀπαράβατος καὶ ἀδιέξοδος. ὅτε χρόνος (ὁ) ἄπειρος, ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. ἥ γε μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμετάβλητος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ

ſtantiæ, quemadmodum ignis & aër, aqua & terra, viciſſim mutantur; ſed cùm per quatuor, qua diſpartitum orbem, & mutationes ætatum confecerint, diſſolvuntur & pereunt. Hæc ſunt igitur ſigna & indicia univerſum quidem ipſum, quod omnia continet, permanere, & conſervari ſemper, ſingulas ejus partes & res adventitias interire & deſtrui.

Præterea univerſi figura, motus, tempus & ſubſtantia, cùm hujuſmodi ſint, ut principium non habeant, neque finem, nobis fidem faciunt, quâ ratione mundus nec genitus, nec interiturus ſit. Nam figuræ forma globoſa eſt, undequaque par, & ſui ſimilis. quapropter forma hæc principio caret & fine. *Motionis* quoque illud eſt genus, quod in orbe fertur: firmum & ſtabile, & priſtinum ſtatum nunquam deſerens. Tempus item eſt infinitum, in quo verſatur motus. nam ipſum ut ſui motûs non accepit initium, ſic nec finem accepturum eſt. Poſtremò ejus ſubſtantia nec augeſcere, nec mu-

χείρο-

tiam transferre volui. Nec ſum deterritus, quòd Theodorus Gaza circùm obſiſtendi rationem; reciprocationem Hermolaus Barbarus; alii adverſum conatum, converterint. Cauſam interpretationis expoſui in illâ Epiſtolâ Veronenſi, quæ eſt ad Timotheum Juſtum ſobrinum meum, qui paucis his diebus dum hæc ſcriberem, cum meo magno dolore ex hâc vitâ migravit: in quâ quidem epiſtolâ duplicem oſtendi in naturâ reperiri ἀντιπερίςασιν. Platonis unam (tametſi eo vocabulo nunquam uſus eſt Plato) alteram Ariſtotelis, quam ipſe ex hoc Ocelli opuſculo, ſi non ex alio, fortaſſe mutuatus eſt. Verùm hæ duæ ἀντιπεριςάσεις longè inter ſe differunt. prima enim loci mutatione, ſecunda alteratione qualitatum effici ſolet.

1 Hanc

tari poteſt: quippe quæ nec à deteriori in melius, nec contrà à meliori in deterius ſuâ naturâ mutabilis ſit. Ex iis igitur omnibus facilè credi poteſt, nec mundi ortum fuiſſe, nec interitum fore. Ac de toto quidem & univerſo hactenus ſatis.

χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον, μήτε ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πεφυκέναι μεταβάλλειν. ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων σαφῶς πιςοῦται, ὅτι ὁ κόσμος ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος. καὶ περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς ἅλις εἰρήσθω.

Caput II.

VErùm cùm in univerſo duæ exiſtant res, quarum altera generatio, altera generationis habetur cauſa; ac generatio quidem ea eſſe videatur, in quâ res ipſæ mutantur, & id quod ſunt eſſe deſinunt: generationis verò cauſa, ubi ſubjecta res eadem ſervatur & permanet: hanc ſanè efficiendi, & movendi, illam verò accipiendi & patiendi vim habere perſpicuum eſt.

Fata autem ipſa impatibilem atque immobilem mundi

Κεφάλαιον β'.

[1] ΕΠεὶ δὲ ἐν τῷ παντὶ, τὸ μέντοι γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσεως· καὶ γένεσις μὲν, ὅπου μεταβολὴ καὶ ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων· αἰτία δὲ γενέσεως, ὅπου ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου· φανερὸν ὅτι περὶ μὲν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ (τὸ) κινεῖν ἐςί. περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν, τό τε πάσχειν καὶ τὸ κινεῖσθαι.

Αἱ δὲ μοῖραι αὐταὶ διορίζουσι καὶ τέμνουσι [2] τό τε ἀπαθὲς μέ-

ρος

1 Hanc naturalium cauſarum diſtinctionem (aliis tamen verbis) ſic in Academicis expreſſit Cicero: *De naturâ autem (id enim ſequebatur) id dicebant, ut eam dividerent in res duas, ut altera eſſet efficiens, altera quaſi huic ſe prabens; eam quâ efficeretur aliquid in eo, quod efficeret, vim eſſe cenſebant, in eo autem quod efficeretur, materiam quandam.* Idem primo de Finibus & in Topicis. Ex quibus quidem locis facilè colligi poteſt verè locutum Ariſtotelem, cùm in libro de ortu animalium & alibi dixit, veteres naturæ interpretes, quos ſequitur Cicero, duas rerum tantummodò vidiſſe cauſas, effectricem & materiam.

2 Τό τε ἀπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸ ἀκίνητον] Melius arbitror ſi legatur, τό τε ἀειπαθὲς μέρος, καὶ ἀεικίνητον. ut ſit ſenſus, ſemper patibilem, & ſemper mobilem partem diſtinguunt ac ſeparant. nam in fine hujus capitis utramque complectens naturam, & quæ infra & quæ ſupra Lunam eſt, ita dicet: Τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ κόσμου ἁρμογή ἐστιν. Mercurii Triſmegiſti locum adumbrâſſe Ocellus mihi viſus eſt, quamvis ille de duobus loquatur animalium generibus. ſic enim ſcribit in Pœmandro: Θέασαι δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀθανάτων ὅσον ἐστὶ καὶ τῶν θνητῶν. μέσην δὲ ἀμφοτέρων ζώων ἀθανάτων καὶ θνητῶν τὴν σελήνην περιπορευομένην. hoc eſt, *Contemplare quanta animalium & immortalium & caducorum vis exiſtat, útque inter utrumque genus luna circuitus medius interjectúſque ſit.*

 3 Τὴν ὕλη

ρος τοῦ κόσμου καὶ (τὸ) ἀκίνητον· ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος. τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν, καὶ τὸ ἐπ' αὐτὴν θεῶν κατέχει γένος· τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης, νείκους καὶ φύσεως. τὸ μὲν (γάρ) ἐστιν ἐν αὐτῇ διαλλαγὴ γεγονότων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογεγονότων.

partem diſtinguunt & ſeparant; nam Lunæ curſus inter immortalitatem & ortum interclusus interſeptúſque eſt, ut illa quidem regio univerſa, tam quæ eſt ſupra Lunam, quàm quæ ad ipſam pertinet, Deorum contineat genus. Hæc verò infra eandem contentioni & naturæ aſſignata ſit, in quâ modò quæ genita ſunt commutantur, modò generantur, quæ interierint.

Ἐν ᾧ δὲ μέρει τοῦ κόσμου φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι τὴν δυναστείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπεῖναι. πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς, καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως οὕτως ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτῶν γενόμενα, ὡς ὕδωρ πρὸς χύλον, καὶ ψόφος πρὸς σιγὴν, καὶ σκότος πρὸς φῶς, καὶ ὕλη [3] πρὸς τεχνιτόν. τό τε γὰρ ὕδωρ,

In eâ autem mundi parte, in quâ natura & generatio dominantur, hæc tria ponenda ſunt. Ac primùm quidem corpus contrectabile, quod omnibus rebus, ad quas ortus venit, ſubjectum eſt. Hoc ſanè in ſe recipit omnia, & ipſius generationis habetur effigies. quod quidem ſic ad ea quæ ex ſe ipſo gignantur, ut aqua ad ſaporem, ſonus ad ſilentium, & ad lumen tenebræ, materia ad artificioſas res ſeſe habet. Aqua enim ſaporis & qualitatis ex-

ἄχυλον

3 Τῇ ὕλῃ, quæ Latinè dicitur materia, verbum Ciceronis temporibus (ut ipſe innuit in Academicis) non ſatis uſitatum & tritum, nunquam Plato uſus eſt, præſertim cùm de eâ agit materiâ, quæ eſt rerum naturalium initium. quamvis eandem pluribus explicet nominibus, quorum duo ſumpſit ex Ocello & Timæo Locro, quæ ſunt πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον. τὴν ὕλην tamen & Mercurius Triſmegiſtus in Pœmandro, & Timæus Locrus anteà uſurpârunt. Verùm illud addo, quod aliâs prætermiſi, Platonem artificioſam materiam τῆς ὕλης vocabulo nuncupâſſe. à quâ etiam formavit, διϋλάζω verbum. & participium διϋλασμένος. ſic in Timæo ſcribit, Ὅτ' οὖν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διϋλασμένα. Ocellus autem noſter utramque materiam, tam artificioſam quàm naturalem ὕλην appellavit. Hunc locum de tribus rebus, quæ generationi ſunt neceſſariæ, ex Ocello mutuatus eſt Ariſtoteles, & in ſuum de ortu & interitu ſecundum volumen retulit his verbis: Ἡμεῖς δὲ φαμὲν ὕλην τινὰ τῶν σωμάτων αἰσθητῶν, ἀλλὰ ταύτην οὐ χωριστὴν, ἀλλὰ μετὰ ἐναντιώσεως, ἐξ ἧς γίνεται καὶ τὰ καλούμενα στοιχεῖα. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν ἑτέροις ἀκριβέστερον. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ἐστὶν ἐκ τῆς ὕλης τὰ σώματα, πρῶτα διοριστέον, καὶ περὶ τούτων ἀρχὴν, καὶ πρῶτον ὑποθεμένοις εἶναι τὴν ὕλην τὴν ἀχώριστον μὲν, ὑποκειμένην δὲ τοῖς ἐναντίοις· οὐ γὰρ τὸ θερμὸν ὕλη τῷ ψυχρῷ, οὐδὲ τοῦτο τῷ θερμῷ, ἀλλὰ

τὸ

pers, ſapori quidem dulci & amaro, acuto & ſalſo proportione reſpondet. Aër quoque omni carens informatione, ad ſonum, elocutionem, & concentum refertur. Tenebræ pariter, quæ nec colore ſuffuſæ ſunt, nec aliquâ formâ figuratæ, lucem & colorem flavum & album reſpiciunt; quamvis candor etiam ad artem ſtatuariam, & ad iſtam quæ ex cerâ aliquid fingit, pertineat. ſed alio modo materia arti ſtatuariæ comparatur. In hoc igitur corpore priùs quàm gignatur, omnia poteſtate; perfectione verò cùm genita ſunt, & naturam acceperunt, continentur. ex quo quidem fit, ut ad complendam generationem, unum primum ſubjici & ſubſterni neceſſe ſit.

ἄχυλον καὶ ἄποιον, πρὸς δὲ τὸ γλυκὺ καὶ πικρὸν ἀνάλογον, καὶ πρὸς δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. καὶ ὁ ἀὴρ ἀδιατύπωτος πρὸς ψόφον, καὶ πρὸς λέξιν, καὶ (πρὸς μέλος. καὶ τὸ σκότος ἄχροον, καὶ ἄμορφον, πρός τε λαμπρὸν καὶ ξανθὸν καὶ λευκόν. λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαςικήν, ἄλλως δὲ ἡ ὕλη πρὸς ἀνδριαντοποιητικήν. δυνάμει οὖν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως, συντελείᾳ δὲ, γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν. ἓν οὖν δεῖ τοῦτο πρῶτον ὑπεῖναι πρὸς τὸ γίνεσθαι γένεσιν.

Secundum quod requiritur,

4 Δεύτερον δὲ, τὰς ἐναντιότητας,

τὸ ὑποκείμενον ἀμφοῖν. ὥς τε πρῶτον μὲν δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. quod eſt, *Nos verò corporum, quæ percipiuntur ſenſu, quandam eſſe materiam aſſerimus inſeparabilem, & cum re contrariâ conjunctam, unde oriuntur, quæ appellantur elementa, ſed de iis alio in loco accuratiùs diſputavimus. verùm cùm primùm corpora efficiantur ex materiâ, ità agendum eſt, ut materiam eſſe rerum contrariarum principium, & primum ſtatuamus, inſeparabilem quidem, ſed iiſdem ſubjectam, ac ſubſtratam. non enim calor rigoris, nec frigus caloris habetur materia, immò potiùs quod utrique ſubſternitur. quare primum corpus, quod poteſtate ſub ſenſum cadit, principium eſt.*

4 Ariſtoteles ibidem Ocellum ſecutus, δεύτερον δὲ (inquit) αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δὲ, οἷον ψυχρότης καὶ θερμότης. id eſt, *ſecundò res contrariæ (dico frigus & calorem) neceſſariæ ſunt.* ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται. Ex iis Ocelli verbis Simplicium meritò poſſe reprehendi perſpicuè cernitur, qui Platonis ſui, cujus dialogos frequenter legerat, videtur oblitus. Nam cùm Ariſtotelem ipſe libro 5. de Phyſica auſcultatione ſic loquentem animadvertiſſet, ἡ μὲν οὖν κατὰ ποιὸν κίνησις, ἀλλοίωσις ἔστω, locum exponens ait, ἔοικε τὸ τῆς ἀλλοιώσεως ὄνομα αὐτὸς ἐπιθεῖναι τῇ κατὰ ποιὸν κινήσει, id eſt, *videtur motui, qui per quale agitur, alterationis nomen impoſuiſſe.* Quod tamen conſtat eſſe falſum. nam Ocellus & Timæus Locrus, ac poſt ipſos etiam Plato, hoc mutationis genus eâdem appellatione nuncupârunt. ſic enim Timæus in libello de natura mundi & anima, μετὰ δὲ ταῦτα αἱ τῶν αἱμάτων τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις. Plato quoque in Theæteto, τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ἔστω εἶδος. ὅταν δὲ ᾖ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκει δὲ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίνεται, ἤ τινα ἄλλην ἀλλοίωσιν ἀλλοιοῦται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως, ἀναγκαῖον μὲν οὖν

τητας, ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πάθος καὶ διαθέσεις ἐπιδεχομένης τῆς ὕλης· καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις ἀντιπαθεῖς οὖσαι, μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὐταὶ αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὐταὶ ὑπ' αὐτῶν. τυγχάνουσι δὲ αὗται τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν.

ſunt res contrariæ, ut mutationes & alterationes compleantur, idque dum materia perpeſſionem & affectionem recipit, ac ne facultates mutuò patibiles, viciſſim ſeſe prorſus vincant, & vincantur. hæ verò ſunt calor & frigus, humor & ſiccitas.

ſ Τρίτον

δύο δὴ λέγεται τούτω εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν τὴν δὲ περιφοράν, idem in Parmenide: ὅτι κινούμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν. αὗται γὰρ μόναι κινήσεις, ναὶ, ἀλλοιούμενον δὲ τὸ ἓν ἑαυτοῦ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα κατ' ἀλλοίωσίν γε κινεῖται.

Præterea Mercurius Triſmegiſtus, qui (ut Lactantii Firmiani ex primo libro Divinarum Inſtitutionum utar verbis) vir fuit antiquiſſimus & inſtructiſſimus in omni genere doctrinæ, adeò ut ei multarum rerum ſcientia Triſmegiſti nomen imponeret, ἀλλοιώσεως nomen motui qualitatis inditum eſſe non ignoravit. quod ſanè oſtendit, ita ſcribens in Pœmandro: Πρὸς ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης εἶπε, πρῶτον ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος ὑλικοῦ παραδίδωσιν αὐτὸ τὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν. Illud ſilentio præterire non poſſum, quod primo de Ortu & Interitu ſcriptum reliquit Joannes Grammaticus, mutationem, quæ ratione ipſius, qualis in Ulyſſem facta eſt, Homerum ἀλλοίωσιν nuncupâſſe, cùm illud protulit carmen:

Ἀλλοῖός μοι ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πάροιθεν (ſic enim Telemachus patrem affatur mutatum à Pallade) in quo quidem ipſum ait ἀλλοῖον non autem ἄλλον ſibi videri. Hoc vocabulum δύναμις, quod ſæpenumerò (ut ex hoc Ocelli codice ſatis perſpicuum eſt) qualitatem tertiæ ſpeciei ſignificat, frequens eſt apud antiquos philoſophos, qui ſcripſerunt ante Ariſtotelis tempora. Sic enim Timæus Locrus in eodem libello, Dorico utens ſermone, νόσω δὲ ἀρχαὶ τῶν πρώτων δυναμίων ἀσυμμετρίαι εἴκα πλεονάζοιεν, ἢ ἐλλείποιεν ταὶ ἁπλαὶ δυνάμεις, θερμότας ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας ἢ ξηρότας. ita quoque Plato ſcribit in Timæo: ἔτι ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα ἴσχει παντοῖα. Ariſtoteles etiam in eâdem ſignificatione & in quarto Meteor. & alibi τὴν δύναμιν frequenter uſurpat: ſed illud tamen palam dicam, ut juvenes admoneam, non recordari me in Hippocratis commentariis, nec in Ocelli, nec in Timæi Locri opuſculis, τὴν ποιότητα unquam legiſſe, tametſi id eſſe philoſophorum, non vulgi verbum in Academicis affirmat Cicero; à Mercurio Triſmegiſto, vetere admodum & priſco Theologo ſæpiùs, ſemel à Platone uſurpatum comperi, qui ſic in Theæteto: καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν, ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν, ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δὲ ποιοῦν ποιόν τι, ἀλλ' οὐ ποιότητα. ἴσως οὖν ἡ ποιότης, ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ οὐ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον. id eſt: *ac patiens quidem ſenſum movet, non tamen efficitur ſenſus, ac faciens quale quiddam eſt, ſed non qualitas. fortaſſe igitur qualitas alienum & extraneum tibi eſſe videtur nomen, nec ut ſæpius dictum, intelligis.* Quæ quidem verba cùm (ut arbitror) vidiſſet Ariſtoteles, veluti à Platone diſſentiens, qui τὴν ποιότητα vocabulum ἀλλόκοτον ſibi videri dixerat, de qualitate agere in Categoriis ſic fidenter incepit: Ποιότητα δὲ καλῶ, καθ' ἣν ποιοί τινες λέγονται. qui ſanè ad hunc modum locutus eſt, non ut ſe hujus nominis inventorem, & quaſi architectum (ut nonnulli falsò

putant)

Tertio loco ſequuntur ſubſtantiæ, quarum illæ facultates ſunt, ut ignis & aqua, & aër, & terra. quæ quidem corpora à facultatibus longè differunt. nam illa in locis ſuis viciſſim ſeſe deſtruunt, & labefactant: facultates verò nec oriuntur, neque occidunt: ſiquidem ipſarum rationes corporis ſunt expertes.

Harum porrò facultatum quæ quatuor numero ſunt, calor & frigus, ut cauſæ & efficientes; ſiccitas & humor, ut materia & patibiles eſſe cenſentur. Materia autem ea eſt, quæ primò cuncta recipit. eſt enim commune quoddam, quod rebus omnibus ſubjicitur, ut initium ſit primum corpus, quod ſenſu poteſtate percipi poſſit. ſecundò accidunt res contrariæ, verbi gratiâ, calor, frigus, humor & ſiccitas. ſequuntur tertiò ignis & aqua, terra & aër. Hæc enim elementa viciſſim mutantur, res contrariæ non mutantur.

[5] Τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, ὧν αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται, πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ καὶ γῆ. διαφέρουσι δὲ αὗται τῶν δυνάμεων. αἱ μὲν γὰρ οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων· αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται· [6] λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων.

[7] Τῶν δὲ τεσσάρων, τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ὡς ὕλη καὶ παθητικά. πρῶτον δὲ ὕλη τὸ πανδεχές· κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν· ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν, ἀρχή· δεύτερον δὲ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότητος καὶ ψυχρότητος· καὶ ὑγρότητος καὶ ξηρότητος. τρίτον δὲ πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι.

Αἱ

putant) profiteretur, ſed potiùs, ut id ſuo judicio, rei naturæ proprium, & accommodatum oſtenderet, quemadmodum etiam cum eodem Magiſtro ſuo conſentiens in analyticis protulit, ὅρον δὲ καλῶ.

5 Hanc etiam partem ab Ocello accepit Ariſtoteles, qui ſic ait eodem libro: Τρίτον δ᾽ ἅμα πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, καὶ οὐχ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς καὶ ἄλλοι λέγουσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἀλλοίωσις· αἱ δὲ ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι. *Tertiò neceſſaria quoque ſunt ea corpora, ignem dico, & aquam & quæcumque hujus generis. nam elementa viciſſim mutantur, non tamen eo modo, quo Empedocles & alii aſſerunt: res contrariæ non item.*

6 Λόγοι γὰρ ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων] Ita legitur in Ocelli opuſculo Romæ deſcripto, & ad me Veronam tranſmiſſo. idem tamen Lovanii impreſſum ſic habet: Λόγον γὰρ ἀσώματον τυγχάνουσι· τούτων δὲ τῶν —— priorem lectionem ut quæ melior & clarior ſit, magis probo.

7 Ariſtoteles in hanc ſententiam libro ſecundo de Ortu & Interitu: θερμὸν δὲ καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ δὲ τῷ παθητικὰ λέγεται, id eſt, *calor & frigus, ſiccitas & humor, illæ qualitates quia vim habent agendi, hæ quoniam patiendi, nomen adeptæ ſunt.* quem locum accuratè admodùm expoſuit Joannes Gram-

 mati-

Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων, δύο· αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γενομένων ἐκ τούτων. θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν, καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, τῶν πρώτων· τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον, καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν, τῶν γενομένων ἐκ τούτων. τυγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἕξ. θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, βαρὺ καὶ κοῦφον, ἀραιὸν καὶ πυκνὸν, λεῖον καὶ τραχὺ, σκληρὸν καὶ μαλακὸν, λεπτὸν καὶ παχὺ, ὀξὺ καὶ ἀμβλύ. τούτων δὲ γνωστικὴ καὶ κριτικὴ πάντων ἁφή. διὸ καὶ (τὸ) πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται δυνάμει, αἰσθητικόν ἐστι πρὸς ἁφήν.

Τὸ μὲν οὖν θερμὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ἀραιὸν, καὶ τὸ ὀξὺ, πυρός ἐστί· τὸ δὲ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ πυκνὸν, καὶ τὸ ἀμβλὺ, ὕδατος. τὸ δὲ μαλακὸν, καὶ τὸ λεῖον, καὶ τὸ κοῦφον, καὶ τὸ λεπτὸν, ἀέρος· τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τραχὺ καὶ βαρὺ καὶ παχὺ, γῆς.

9 Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν

8 Corporum differentiæ duæ ſunt, aliæ primæ, aliæ ex primis ortæ: primæ quidem habentur calor & frigus, humor & ſiccitas. ex primis ortæ ſunt gravitas & levitas, raritas & denſitas, lævor & aſperitas, durities & mollities, tenuitas & craſſitudo, acumen & obtuſitas. Omnes autem enumerantur ſexdecim, calor & frigus, humor & ſiccitas, gravitas & levitas, raritas & denſitas, lævor & aſperitas, durities & mollitudo, tenuitas & craſſitudo, acumen & obtuſitas. quas quidem omnes tactionis ſenſus cognoſcit & judicat. ex quo ſanè fit, ut primum illud corpus, in quo hæ differentiæ poteſtate reſident, ſenſu tactûs comprehendi poſſit.

Ac calor quidem & ſiccitas, raritas & acumen propriæ ipſius ignis ſunt facultates: aquæ verò frigus, humor, denſitas & obtuſitas: aëris mollitudo, levitas, lævor, & tenuitas: terræ autem durities, aſperitas, gravitas, & craſſitudo tributæ ſunt.

Ex quatuor corporibus ignis

καὶ

maticus. hoc idem quod illîc dixit Ariſtoteles, repetit libro quarto Meteor.

8 Cicero in Academicis, qui Ocelli fortè opuſculum viderat, hanc qualitatum diviſionem ſic diſtributam interpretatur: *Earum igitur qualitatum ſunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. principes ſunt unius modi & ſimplices. ex his autem ortæ variæ ſunt, & quaſi multiformes.*

9 Hunc locum ferè totum ex Ocello ſumpſit Ariſtoteles & in ſecundo de Ortu & Interitu ſuis rationibus accommodavit, ita ſcribens,

Τὸ μὲν πῦρ ἐστὶν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ γὰρ πῆξις καὶ ζέσις ὑπερβολαί τινες· ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος. εἰ οὖν κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρός.

Verùm

& terra redundantiæ & rerum contrariarum extremitates ſunt. atque ut ignis quidem caloris, ſic glacies frigoris exuperantia eſt. Quòd ſi glacies humoris & frigoris concretio, ignis pariter caloris & ſiccitatis habetur fervor. Quapropter neque ex glacie neque ex igne quidpiam gignitur.

Ignis ſanè & terra extrema ſunt elementa, aqua & aër media, quippe quæ admiſtam habeant ſui corporis effectionem. Nec verò ut unum tantùm ſit extremum, fieri poteſt, cùm id contrarium eſſe oporteat. Similiter neque duo, quandoquidem media extremis oppoſita contrariáque ſint.

Atque ignis quidem calidus

καὶ γῆ ὑπερβολαὶ, καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἐςιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥςπερ ὁ κρύςαλλος ψυχρότητος. ἐὰν οὖν ὁ κρύςαλλος ἐςὶ πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τὸ πῦρ ἔςαι ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυςάλλου γίνεται, οὐδὲ ἐκ πυρός.

10 Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὴν γὰρ ἔχουσι τὴν σωματοποιΐαν. οὔτε δὲ ἓν τῶν ἄκρων οἷόν τε εἶναι, δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι· οὔτε δὲ δύο, δεῖ γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀντίθετοι γὰρ ταῖς ἀκρότησιν αἱ μεσότητες.

11 Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν

Verùm Ariſtoteles cùm id concluſit, Ocellum ſecutus, *διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυςάλλου γίνεται, οὔτε ἐκ πυρός*, à ſe ipſo videtur diſſentire; quippe qui libro 5. de Hiſtoriâ animalium, tam ex nive, quæ gelatio quædam eſt, quàm ex igne oriri poſſe animal aſſerat. Nam Plinius civis meus Ariſtotelis locum ſic interpretatur. Quin etiam in iis, quæ putredinem nullam poſſe recipere exiſtimantur, naſci animalia novimus, ut vermes in nive vetuſtiore, qui hirti ſunt pilis & rubidi. quoniam & ipſa nix vetuſtate rubeſcit. ſed in nive mediæ terræ candidi & grandiores inveniuntur, torpent omnes, & difficulter moventur. Idem ſtatim de igne. In Cypro ærariis fornacibus, ubi chalcites lapis pluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ, paulo muſcis grandioribus majores, quæ per ignem ſaliunt, atque ambulant. emoritur & hoc genus, cùm ab igne dimotum eſt. Sed cum primo Meteororum libro dixerim, philoſophum facilè poſſe cum ſe ipſo conciliari, eò quòd aliter in extrariis, aliter in auſcultatoriis libris ſuis loqui ſolitus ſit, idem nunc repetere ſupervacaneum arbitror. Verùm illud velim conſideret diligens lector: quânam moti ratione Plinius & Theodorus Gaza, illa Ariſtotelis verba, *ἐκ τῆς ἐν μέσῳ χιόνος*, *in nive mediæ terræ* converterint.

10 Ariſtoteles in eodem ſecundo. *Καὶ ἄκρα μὲν, καὶ εἰλικρινέςατα πῦρ καὶ γῆ, μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀὴρ, καὶ ἑκάτερα δὲ ἑκατέροις ἐναντία. πυρὶ μὲν γὰρ ἐναντίον τὸ ὕδωρ, ἀέρι δὲ γῆ. ταῦτα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων παθημάτων συνέςηκεν· Ignis quoque & terra extrema & ſinceriſſima ſunt, media & magis admiſta aqua & aër, & utraque utriſque contraria. aqua enim igni, aëri terra repugnant & adverſantur: quippe quæ ex contrariis qualitatibus concreta ſint.*

11 Hæc eadem ferè omnia ſecundo de Ortu & Interitu repetit Ariſtoteles, ubi quonam modo aër ſit humidior quàm aqua, perſpicuè declaravit Joannes Grammaticus.

καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά. ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμόν· ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν· γῇ δὲ καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν· ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. ἴδια δὲ ἑκάςου, πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν· κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τοῦ ἐναντίου κατακρατήσει.

& ſiccus, aër calidus & humidus, aqua humida & frigida, terra frigida & ſicca eſſe ſentiuntur. Aër igitur & ignis calorem, frigus aqua & terra, terra & ignis ſiccitatem, humorem aqua & aër communem habent. quamvis unicuique propriæ facultates, ut igni calor, terræ ſiccitas, humor aëri, & frigus aquæ, tributæ ſint. quorum quidem ſubſtantiæ permanſionem à communibus, à propriis mutationem accipiunt. Hoc autem accidit, cùm contrarium vincit & ſuperat contrarium.

Τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ. καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τοῦ ἐν τῇ γῇ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ψυχροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ. καὶ οὕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων.

Quare cùm aëris humor ignis ſiccitatem, aquæ frigus calorem aëris, terræ ſiccitas aquæ humorem interimit; ac viciſſim retrò cùm aquæ humor terræ ſiccitatem, aëris calor aquæ frigus, & ignis ſiccitas humorem aëris labefactat & deſtruit, tum mutationes & ortus eorúmque viciſſitudines effici ſolent.

Τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα, καὶ τὸ δεχόμενον τὰς μεταβολὰς, τὸ πανδεχὲς, καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς τὴν ἁφήν.

At corpus quod ſubjicitur, & mutationes recipit, omnium rerum capax eſt, & poteſtate primum contrectabile.

Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαὶ, ἤτοι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν, καὶ τρίτον ὅταν τὸ ἐν ἑκάςῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταλειφθῇ τὸ συγγε-

Mutantur autem elementa, aut cùm ex terrâ ignis, aut ex igne aër, vel aqua ex aëre, vel ex aquâ terra oritur. Tertio quoque modo efficitur mutatio, cùm uniuſcujuſque elementi contraria interit facultas; co-

νὲς

gnata verò, & quæ ejuſdem generis eſt, ſervatur & permanet, ita deleto uno contrariarum rerum pari generatio abſolvitur. Nam ignis calidus ſiccúſque eſt, aër calidus & humidus, quorum utrique communis exiſtit calor; ſiccitas autem ignis, humor aëris proprius peculiariſque eſt. quare cùm humor aëris ignis ſiccitatem exuperat, ignis in aërem convertitur.

νὲς καὶ τὸ σύμφυλον. ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν μία ἐναντιότης φθαρῇ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν· ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς (τὸ) θερμὸν, ἴδιον δὲ πυρὶ μὲν (τὸ) ξηρὸν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα.

Præterea aqua cùm ſit humida & frigida, aër humidus & calidus, iis ambobus communis eſt humor: aqua verò frigus, & aër calorem, ſuas & proprias facultates habent. itaque ſi aquæ frigus aëris calori dominetur, ex aëre in aquam efficitur mutatio.

Πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμὸς, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτῶν τὸ ὑγρόν. ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ὕδατος, τὸ ψυχρόν· τοῦ δὲ ἀέρος, τὸ θερμόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή.

Terra quoque frigida ſiccáque eſt, aqua frigida & humida, quarum utraque frigus communiter poſſidet, ſeparatim verò terra ſiccitatem, humorem aqua ſibi ipſis aſciſcunt: ex quo fit, ut cùm terræ ſiccitas aquæ humore valentior eſt, aqua in terram vertatur, mutetúrque.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ψυχρόν· ἴδιον δὲ τῆς γῆς ξηρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν ἐπικρατήσει τοῦ ἐν τῷ ὕδατι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.

Contrà verò, quæ è terrâ ſurſum aſcendit mutatio, & quæ per internecionem agitur, tunc accidit, cùm totum ſuperat totum, & ambæ contrariæ facultates interimuntur, nihílque quod illis elementis commune ſit, remanet. Nam cùm ignis calidus & ſiccus exiſtat,

Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κατὰ τὸ ἐναντίον. ἡ δὲ κατ' ἐναλλαγὴν, ὅτε ὅλον ὅλου κρατήσει, καὶ δύο δυνάμεις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντος αὐτοῖς κοινοῦ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ἐπι-

κρατή-

κρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ ξηροῦ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ πυρὶ θερμοῦ, γίνεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή.

aqua frigida & humida; ſi aquæ humor ignis ſiccitatem, & aquæ frigus ignis calorem domet & comprimat, ex igne in aquam converſio fit.

Πάλιν ἡ μὲν γῆ ἐςὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὅταν οὖν τὸ ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ἐπικρατήσῃ τοῦ ἐν τῷ ἀέρι θερμοῦ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν, τοῦ ἐν τῷ ἀέρι ὑγροῦ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς γῆν μεταβολή.

Jam verò terra frigida ſiccáque eſt, aër calidus & humidus. Quare cùm terræ frigus calorem aëris, & terræ ſiccitas humorem aëris vincit & ſuperat, aër in terram mutatur & vertitur.

Ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος φθαρῇ τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ θερμὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ. καταλείπεται γὰρ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν. τὸ δέ γε πῦρ ἐςι θερμὸν καὶ ξηρόν.

Cùm verò humor aëris, & ignis deſtruitur calor, ex utroque ignis orietur. Nam aëris calor, & ignis remanet ſiccitas. Atqui calidus & ſiccus ignis eſſe deprehenditur.

Ὅταν δὲ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γεννηθήσεται ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν (ἡ) γῆ. καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ψυχρόν. ἡ δὲ γῆ ἐςὶ ψυχρὰ καὶ ξηρά.

At cùm terræ frigus & aquæ humor interit, ex ambabus gignitur terra. ſiquidem terræ ſiccitas, & aquæ ſervatur frigus, quibus quidem facultatibus terra prædita eſt.

Ὅταν δὲ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, καὶ τοῦ πυρὸς τὸ θερμὸν, γένεσις οὐκ ἔςαι. τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπεται ἐπ' ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς τὸ ξηρόν· τὸ δὲ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον.

Sed cùm aëris & ignis pariter deletur calor, nullius elementi erit ortus. Nam aëris humor, & ignis relinquitur ſiccitas, quæ quidem facultates inter ſe contrariæ & oppoſitæ ſunt.

[12] Καὶ πάλιν ὅταν τῆς γῆς μὲν φθαρῇ

Poſtremò, cùm terræ & a-

12 Ocellus & Ariſtoteles de elementis ut viciſſim mutentur, egerunt. ille enim primùm duo poſuit mutationum genera, unum quod à terrâ ad ignem ſurſum aſcendit, alterum quod deorſum agitur, ut cùm aër ex igne, ex

quæ juxtà frigus deſtruitur, eodem modo nulla ſequitur generatio, ſiquidem terræ ſiccitas & humor aquæ ſervantur incolumes. At humor & ſiccitas facultates adverſæ inimicæque

φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, ὕδατος δὲ ὅμοιον, οὐδὲ οὕτως ἔσαι γένεσις· καταλείπεται γὰρ τῆς μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ ὕδατος τὸ ὑγρόν· τὸ δὲ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. καὶ περὶ

ex aëre aqua, ex aquâ terra oritur; quæ quidem duæ generationes, ſeu mutationes una tantùm mutatio quæ in orbem efficiatur, ab Ariſtotele eſſe dicitur, & ea quidem illorum elementorum, quæ deinceps & loci ordine ſe conſequuntur. Addit etiam tertium genus, quod ſanè eſt, cùm utriuſque elementi contraria remanet facultas, cognata verò & ſimilis tollitur: ſed cum in eâ mutatione nullum gignatur elementum, nihil ipſius Ariſtoteles meminit. Adjungit idem Ocellus aliam quandam mutationem *κατ' ἐναλλαγὴν*, id eſt, per internecionem fieri (quamvis apud eundem etiam legatur *κατ' ἀναλλαγὴν*) quæ quidem quâ ratione eveniat, ipſe declarat dicens eam effici, cùm totum ſuperat totum, & duæ facultates ſic intereunt, ut nulla illis corporibus ſervetur communis. Hos mutandi modos intellexit Ariſtoteles, quos tamen aliis verbis explicuit, cùm mutationem elementorum in facilem, ac difficilem, in velocem & tardam generatim diſtinxit. Cujus quidem diviſionis primam particulam elementis, quæ proxima ſunt *καὶ σύμβολα ἔχει*, tribuit; alteram uni extremo & medio, quorum aliud domat & comprimit aliud, & duæ contrariæ deſtruuntur qualitates; ut cùm ignis ex aquâ, aut ex aëre oritur terra, vel contrà cùm aqua in ignem vel terra in aërem mutatur & vertitur.

Verùm unum adhibuit Ariſtoteles, quod ab Ocello fuerat omiſſum, ex duobus elementis ſummè contrariis tertium gigni poſſe: verbi gratiâ, ex igne & aquâ aërem & terram, atque ex aëre & terrâ, ignem & aquam: idque tunc evenire, cùm utriuſque una qualitas deperditur, altera conſervatur. Ariſtotelis verba, quibus has elementorum mutationes ab Ocello ſumptas declaravit, hæc ſunt ex ſecundo libro de Ortu & Interitu.

Ariſtotelis Particula XXV.

Ἤδη καθ' ἕκαστον οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν πῶς. ἅπαντα γὰρ ἐξ ἁπάντων, διοίσει δὲ τῷ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ τῷ ῥᾷον καὶ χαλεπώτερον. ὅσα μὲν γὰρ ἔχει σύμβολα πρὸς ἄλληλα, ταχεῖα τούτων ἡ μετάβασις· ὅσα δὲ μὴ ἔχει, βραδεῖα, διὰ τὸ ῥᾷον εἶναι τὸ ἓν, ἢ τὰ πολλὰ μεταβάλλειν. οἷον ἐκ πυρὸς μὲν ἔσται ἀὴρ, θᾶττον μεταβάλλοντος τούτου. τὸ μὲν γὰρ ἦν θερμὸν καὶ ξηρὸν, τὸ δὲ θερμὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε ἐὰν κρατηθῇ τὸ ξηρὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, ἀὴρ ἔσται. πάλιν δὲ ἐξ ἀέρος ὕδωρ, ἐὰν κρατηθῇ τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ· ὁ μὲν γὰρ ἦν ὑγρὸν καὶ θερμὸν, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ὑγρόν. ὥστε μεταβάλλοντος τοῦ θερμοῦ ὕδωρ ἔσται. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐξ ὕδατος γῆ, καὶ ἐκ γῆς πῦρ, ἔχει ἄμφω πρὸς ἄμφω σύμβολα. τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὥστε κρατηθέντος ὑγροῦ γῆ ἔσται. καὶ πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν πῦρ ξηρὸν καὶ θερμὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ἐὰν φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, πῦρ ἔσται ἐκ γῆς. ὥστε φανερὸν, ὅτι κύκλῳ τε ἔσται ἡ γένεσις τοῖς ἁπλοῖς σώμασι, καὶ ῥᾷστος οὗτος ὁ τρόπος τῆς μεταβολῆς, διὰ τὸ σύμβολα ἐνυπάρχειν τοῖς ἐφεξῆς. *Jam verò quonam modo id accidat, videre non eſt difficile: omnia enim orientur ex omnibus: ſed differt, eò quòd celeriùs & tardiùs, faciliùs & magis difficulter efficiatur mutatio. nam quæ cognata ſunt, & communem habent qualitatem, horum velox eſt tranſitus: quæ autem non habent, tardus. proptereà quòd unum quàm multa faciliùs mutationem recipit, ut ex igne orietur aër, eo uno celeriùs immutato. nam alter calidus & ſiccus, alter calidus humidúſque eſt. Quare ſi ab humore deſtruatur ſiccitas, aër generabitur: ex aëre item prodibit aqua, ſi calorem frigus everteret. ſiquidem ille erat calidus*

περὶ μὲν γενέσεως τῶν πρώτων σωμάτων πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνεται, ἱκανῶς εἴρηται διὰ βραχέων.

ſunt. Ac de ortu quidem primorum corporum, & quonam modo, & quibus ſubjectis efficiatur rebus, ſatis ac breviter expoſitum eſt.

Ἐπεὶ

calidus & humidus, hæc verò frigida & humida. Quapropter ſi mutetur calor, erit aqua, ſimiliter ex aquâ oritur terra, atque ex terrâ ignis (utraque enim utrique cognata eſt) nam aqua frigida & humida, & terra frigida ſiccáque percipitur. undè ſi domitus fuerit humor, prodibit terra, præterea cùm ignis ſiccus ſit & calidus, terra autem frigida & ſicca, ſi aboleatur frigus, ignis orietur è terra. Itaque generationem in orbem ſimplicibus ineſſe corporibus ſatis perſpicuum eſt, cùm elementa quæ ordine loci ſe conſequuntur, cognationem habeant.

Ariſtotelis Particula XXVI.

Ἐκ πυρὸς δ' ὕδωρ, καὶ ἐξ ἀέρος γῆν. καὶ πάλιν ἐξ ὕδατος καὶ γῆς ἀέρα καὶ πῦρ ἐνδέχεται γίνεσθαι· χαλεπώτερον δὲ διὰ τὸ πλειόνων εἶναι μεταβολήν. ἀνάγκη γὰρ εἰ ἔσται ἐξ ὕδατος πῦρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρόν. καὶ πάλιν εἰ ἐκ γῆς ἀὴρ, φθαρῆναι καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος ὕδωρ καὶ γῆ, ἀνάγκη ἀμφότερα μεταβάλλειν. αὕτη μὲν οὖν χρονιωτέρα ἡ γένεσις. *Mox etiam ex igne aqua, & terra ex aëre; ac rurſus ex aquâ & terrâ aër & ignis oriri poſſunt, quamvis id difficiliùs accidat; nam plurium requiritur mutatio. ſi enim ignis ex aquâ fieri debeat, ut humor & frigus corrumpantur neceſſitas cogit: item ſi aër ex terrâ, frigus & ſiccitas interimendæ ſunt. eâdem ratione ſi ex igne & aëre terra & aqua gignantur, ambæ qualitates mutentur, neceſſe eſt. Atque hæc quidem longior & diuturnior habetur generatio.*

Hoc mutationis genus, in quo duæ elementorum delentur qualitates, in XXVI. particulâ expoſitum eſt, quam mutationem appellavit Ocellus κατ' ἐναλλαγὴν, eámque fieri dixit cùm totum ſuperat totum, & duæ qualitates intereunt ſic, ut nulla communis remaneat. mutatio igitur κατὰ τὴν ἐναλλαγὴν, Latinè mutatio per internecionem, ſive univerſa qualitatum conſumptio, reddenda eſt.

Ariſtotelis Particula XXVII.

Ἐκ δ' ἑκατέρου δυοῖν φθαρῇ, ῥᾷον μὲν, οὐκ εἰς ἄλληλα δὲ ἡ τούτων μετάβασις, ἀλλ' ἐκ πυρὸς μὲν καὶ ὕδατος ἔσται γῆ καὶ ἀὴρ, ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ὕδατος φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τοῦ δὲ πυρὸς ξηρὸν, ἀὴρ ἔσται· λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, τοῦ δὲ ὡσαύτως τὸ ὑγρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν πυρὸς τὸ θερμὸν, τοῦ δ' ὕδατος τὸ ὑγρὸν, γῆ ἔσται, διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ τὸ ξηρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὡσαύτως καὶ ἐξ ἀέρος καὶ γῆς πῦρ καὶ ὕδωρ. ὅταν μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδωρ ἔσται. λείπεται γὰρ τοῦ μὲν τὸ ὑγρὸν, τοῦ δὲ τὸ ψυχρόν. ὅταν δὲ τοῦ μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τῆς δὲ γῆς τὸ ψυχρὸν, πῦρ, διὰ τὸ λείπεσθαι τοῦ μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἅπερ ἦν πυρός. *At ſi utriuſque altera deſtruatur, facilis quidem, ſed non mutuus erit tranſitus; quin immò ex igne & ex aquâ terra & aër, & ex aëre & ex terrâ aqua & ignis ortum habebunt. Nam cùm aquæ frigus & ſiccitas ignis interibunt, orietur aër. ſiquidem hujus calor, illius humor pariter relinquitur. Quòd ſi calor ignis & aquæ humor deſtruantur, efficitur terra; nam ignis ſiccitas, & aquæ frigus remanet. Similiter ex aëre & terrâ ignis & aqua gignitur. Nam ſi aëris calor & terræ ſiccitas diſſipentur, orietur aqua. humor enim aëris, & terræ frigus cuſtoditur illæſum. Cùm verò humor aëris & terræ frigus diſpereunt, exultat ignis: propterea quòd illius quidem calor, hujus autem ſervatur ſiccitas, quæ quidem ipſius ignis qualitates ſunt.*

Hanc mutationem, quâ ex duobus elementis ſummè contrariis tertium generatur, Ocellum ignoráſſe, cùm de eâ nihil ſcripſerit, facilè ſuſpicari poſſumus. verùm hortor & moneo illud hominum genus, qui Divi Thomæ Aquinatis, & Joannis Duns Scoti diſcipli-

ſcipli-

Verùm cùm ingenitus mundus, & interiturus nunquam ſit, atque ut neque initium ſumpſit, ita nec finem ſit accepturus, duo efficientia, quorum alterum in alio, alterum in ſe ipſo generet, viciſſim conſtituantur neceſſe eſt: atque quod in alio generat, ea cenſetur eſſe univerſa mundi pars quæ ſupra Lunam poſita eſt. propiùs verò Sol ipſe, qui appulſu ſuo & abſceſſu aërem continenter immutat & variat, ut eundem modò frigidum reddat, modò calidum, cujus mutationem ſequitur terræ mutatio & eorum quæ ſunt in terrâ.

Orbis etiam ſignifer, qui obliquus eſt, ad ſolis motum maximè confert, cùm & ipſe generationis cauſa ſit, necnon univerſi ornatus ac deſcriptio, ídque generatim efficiat, ut in eo alia res gignendi, alia patiendi vim habeat. Quod ergò in alio generat, ſupra Lunam, quod autem in ſe ipſo, infra eandem collocatum eſt: at quod ex ambabus conſtat partibus, ex unâ ſcilicet divinâ & ſemper currente, ex alterâ verò genitâ, & mutationibus ſemper obnoxiâ, id certè mundus eſt.

Ἐπεὶ δὲ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος καὶ ἀγέννητος, καὶ οὔτε ἀρχὴν γενέσεως εἴληφεν, οὔτε τελευτήν ποτε λήψεται, δεῖ καὶ τὸ ποιοῦν ἐν ἑτέρῳ τὴν γένεσιν, καὶ τὸ γεννῶν ἐν ἑαυτῷ συνυπεῖναι ἀλλήλοις. τὸ μὲν ποιοῦν (ἐν ἑτέρῳ) τὴν γένεσιν, τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐςὶ πᾶν. σύνεγγυς δὲ μᾶλλον ὁ ἥλιος κατά γε τὰς προσόδους καὶ τὰς ἀφόδους, μεταβάλλων τὸν ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχους (τε) καὶ θερμασίας, ᾧ συνεπακολουθεῖ καὶ τὴν γῆν μεταβάλλειν, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς.

Εὖ δὲ ἔχει καὶ ἡ * λόξις τῶν ζωδίων τοῦ πόλου πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φοράν· αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς γενέσεως ἐςί. καθόλου δὲ ἡ τοῦ παντὸς διακόσμησις, ὥςτε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ γεννῶν, τὸ ὑπεράνω (τῆς) σελήνης ἐςί· τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ, τὸ ὑποκάτω σελήνης. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τοῦ μὲν ἀεὶ θέοντος θείου, τοῦ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντος γεννητοῦ, κόσμος ἄρα ἐςίν.

Κεφά-

ſciplinam pertinaciter defendunt, ut hunc Ariſtotelis locum de mutatione elementorum accuratè conſiderent ac perpendant. nam ſi fecerint, ipſos non arbitror poſthac tam audacter negaturos, eandem numero in re quæ interierit, & quæ orta ſit, ſervari qualitatem ac conſiſtere.

* Scrib. ἡ λόξωσις.

Κεφάλαιον γ΄.

ΑΝθρώπου δ' ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων, οὔτε φυτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα, καὶ τὰ ἐνδιακεκοσμημένα συνυπεῖναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συνυπάρχειν· λέγω δὲ μέρη, οὐρανὸν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων· ὃ δὴ [1] μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται· οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις, καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος.

Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα συνυπάρχειν αὐτοῖς. οὐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας καὶ πλανήτας· τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτὰ, χρυσὸν, ἄργυρον·

Caput. III.

NEc verò primum humani ortûs initium, quemadmodum nec cæterorum animalium, neque plantarum è terrâ ductum eſt, ſed mundi ornatus & diſpoſitio cùm ſemper exiſtat, etiam quæ in eo diſpoſita, digeſtáque ſunt, ſemper exiſtant neceſſe eſt. ſiquidem mundus primùm ſemper manet. Quare partes ejus unâ cum eo ſtatuendæ ſunt. partes inquam cœlum & terra, & quæ iis interjecta ſunt & media (porrò quod μετάρσιον, id eſt, ſublime dicitur, etiam aërium nuncupatur) non enim ſine iis, ſed cum iis, atque ex iis concretus eſt mundus.

Verùm cùm partes ſimul exiſtant, etiam quæ continentur, unà cum eiſdem ſtatuuntur, ut cum cœlo Sol, Luna, & Stellæ tam infixæ certis locis quàm errantes: cum terra, animalia, ſtirpes, & plan-

2 μεταρ-

1 Μετάρσιος, verbum Græcum Latinè ſublimis interpretatur, quo uſus Mercurius Triſmegiſtus in Pœmandro (tametſi μετάρσιον pro excellenti & præſtanti accipiat) cùm ait: ἀλλὰ εὐθὺς ἐπεκύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους πρὸς τὰς φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητόρων ἀῤῥενοθήλυας καὶ μεταρσίους. Sed infrà in eodem dialogo μετάρσιον ſumit pro animali pennigero & aërio, ſic ſcribens: ἐκεῖνο δὲ ὅρα ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων, ἐνὶ μέρει ὅπητοιτὰ τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἔνυδρα τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι. Idem reperitur vocabulum pro ſublimi uſurpatum à Philone Judæo tum in opuſculo περὶ καταστάσεως ἄρχοντος, tum etiam περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Ocellus (ut ſatis conſtat) μετάρσιον ſumit pro aërio: atque eam mundi partem intelligit, quæ igni & aëri tributa eſt, quam quidem dicit poſteà à Dæmonibus occupatam. Verùm Ariſtoteles non hanc regionem inter cœlum terrámque conſtitutam μετέωρον vocavit, ſed omnes eas res, quæ in eâdem gignuntur & apparent, unde ſuo commentario περὶ τῶν μετεώρων titulum impoſuit, in quo diſputari περὶ τῶν μεταρσίων Olympiodorus Ariſtotelis interpres aſſerit. μετάρσιον quoque in eâdem ſignificatione accipitur à Laërtio in Epicuri vitâ. Quid autem ſit propriè μετέωρος, abundè jam dixi cùm illius libri inſcriptionem explicarem.

2 Μεταρ-

tæ, aurum & argentum: cum ſublimi & aëria regione ſpiritus & venti, necnon & mutatio in vim calidiorem & frigidiorem mutatio conſiſtunt. Nam ipſius cœli illud eſt proprium, ut eas res intra ſe habeat, quas ejus ambitus complectitur. Terræ ut plantas ſuſtineat, quæ ex ipſa pullulant, & animalia, quæ paſtum capeſſunt. Sublimis & aëria pars hoc ſibi vendicat, ut quæ in ea gigni poſſunt, gignantur.

Cùm igitur in unaquaque mundi parte collocatum ſit aliquod eximium animalium genus, verbi gratiâ, in cœlo Dii, homines in terra, in ſublimi loco Dæmones, neceſſe

[2] μεταρσίῳ δὲ καὶ ἀερίῳ πνεύματα, ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον· σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ σὺν τῷ τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ὑπεῖναι, καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον καὶ ἀέριον, σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι.

Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ἀποτομὴν ὑπερέχον τι γένος ἐντέτακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος· [3] ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες

2 Μεταρσίῳ καὶ ἀερίῳ πνεύματα καὶ ἄνεμον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον. In ſublimi & aëriâ regione duæ fiunt mutationes; una cùm exhalatio calida & ſicca è terris excitata calidior redditur, ex aquâ ſtellarum crines & trajectiones apparent, quæ quidem in ſupremâ aëris parte (hæc autem ab Ariſtotele dicitur ὑπέκκαυμα, id eſt, fomes ſuccendens) gignuntur. Hoc ſanè idem eſt, quod ignis elementum. Altera accidit mutatio, cùm vapor calidus & humidus, qui ex aquis tollitur, in nubium loco, qui frigidus eſt, vi frigoris concreſcit, & in pluviam, nivem, & grandinem convertitur. Nam grando contrarii caloris circumſtantiâ, quæ Græcè nuncupatur ἀντιπερίστασις, quâ exhalationis augetur frigus, cogi ſolet.

3 Ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες] Ocelli hæc ſunt verba, quibus eſſe Dæmones cenſuiſſe ſatis perſpicuum eſt. quam ſententiam ſecutus eſt Plato, qui quatuor Dæmonum genera poſuit. Ariſtoteles verò (ut omnes contendunt Peripateticæ ſectæ philoſophi) Dæmonas eſſe omninò negavit, quippe qui nullum aſſeruerit inveniri mentem à materiâ ſeparatam, quæ aliquam cæleſtem ſphæram non moveat. Verùm ipſe libro tertio de ortu animalium eoſdem aſſerere viſus eſt, ſed non incorporeos. Ejus locum aſcribere libuit, ut qui legerint, meliùs judicent, an quod ipſe ſenſerit, locutus ſit, & ſcriptum reliquerit. cap. x. Τὸ δὲ τέταρτον γένος οὐκ ἐπὶ τούτων δεῖ ζητεῖν, καίτοι βούλεταί γέ τε κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς εἶναι τάξιν· τοῦτο γὰρ καὶ τέταρτον ἀριθμεῖται τῶν σωμάτων· ἀλλὰ μὲν πῦρ ἀεὶ φαίνεται τὴν μορφὴν οὐκ ἰδίαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ σωμάτων. ἢ γὰρ ἀὴρ, ἢ καπνὸς, ἢ γῆ φαίνεται τὸ πεπυρωμένον. ἀλλὰ δεῖ τοιοῦτον γένος ζητεῖν ἐπὶ τῆς σελήνης. αὕτη γὰρ φαίνεται κοινωνοῦσα τῆς τετάρτης ἀποστάσεως. ἀλλὰ περὶ τούτων ἄλλος ἂν εἴη λόγος. i. *Verùm quartum genus in iis non eſt quærendum, quamvis ipſius ignis ordo requirat ut ſit, id enim quartum inter corpora numeratur: verùm ignis propriam habere formam nunquam apparet, niſi in alio corpore. Nam quod igneſcit, aut aër, aut fumus, aut terra eſſe cernitur. Hoc autem genus proximè infra Lunam quærere neceſſe eſt. quippe quæ quartæ diſtantiæ ſive abſceſ-*

μονες, ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀΐδιον εἶναι· εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι.

Φθοραὶ δὲ καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται κατὰ τὰ μέρη τῆς γῆς· ὁτὲ μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης (τῆς) θαλάσσης εἰς ἕτερον μέρος· ὁτὲ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς γῆς εὐρυνομένης καὶ διϊσαμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων, κρύβδην ἐπιφερομένων. παντελὴς δὲ φθορὰ τῆς περὶ τὴν γῆν διακοσμήσεως, οὔτε γέγονεν, οὔτε ἔσται ποτέ.

4 Διὸ καὶ τοῖς λέγουσι τὴν τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως, οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταβολῆς κατ' αὐτήν. πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται βάρβαρος ἡ Ἑλλὰς, οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων μόνον γινομένη μετανάστατος, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως οὐ μείζονος οὐδὲ μείονος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ καὶ νεωτέρας ἀεὶ, καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανούσης.

Περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ παντὸς, ἔτι δὲ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν ἑαυτῷ γινομένης, ὡς οὕτως

eſt humanum genus eſſe perpetuum. Siquidem verò præſcribit ratio, non ſolùm mundi partes unà cum mundo: verùm & quæ mundus continet, ſimul cum partibus exiſtere.

At terræ partes vi mutantur & intereunt: interdum quidem cùm altera pars maris effunditur, quandoque verò cùm terra à ventis & aquis quæ in ipſam latenter ingrediuntur, dilatatur, ac dirimitur: terræ tamen conſtitutio nunquam anteà tota prorſus interiit, nec pòſt ullo tempore interitura eſt.

Quapropter quod dicitur, hiſtoriam Græcam ab Inacho Argivo initium duxiſſe, ſic eſt interpretandum, ut non ab aliquo primo principio, ſed aliquâ ejus mutatione quæ acciderit, ortum habuerit. Nam terra Græcia anteà ſæpius fuit & poſthac etiam erit Barbara, non modò, quòd ad eam exules aliunde commigraverint, verùm quòd à naturâ id etiam proveniat, quæ tametſi nec major redditur neque minor, recentior tamen ſemper eſt, & ratione noſtri principium ſumit.

De toto quidem & univerſo, déque ortu & interitu, qui in eo fiunt, & ut ſe habeant,

abſceſſus particeps ſit. ſed de iis alia fuerit diſputatio.

4 Plinius tamen civis meus Cadmum Mileſium primùm hiſtoriam condidiſſe tradit libro VII.

ἔχει

& in omni æternitate ſint habituri? cùm natura partim ſempiterno cieat motu, partim perpeſſionem ſemper ſentiat, atque tum ſemper gubernet, cùm gubernetur, iis verbis ſatis explicuimus.

ἔχει, καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τῆς μὲν ἀεικινήτου φύσεως οὔσης, τῆς δὲ ἀειπαθοῦς· καὶ (τῆς) μὲν ἀεὶ κυβερνώσης, τῆς δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς μοι εἴρηται διὰ τούτων.

Caput IV.

DE mutuâ autem ipſorum hominum generatione, quo modo ſcilicet, & ex quibus rectè perfici poſſit, ita ut non modò legitimè facta, ſed temperantiâ & pietate ſimul operante, habita eſſe videatur, operæ precium exiſtimo hunc in modum ſtatuere, & primo quidem hoc ipſum cogitare, quòd non voluptatis, ſed procreandæ ſobolis causâ mulieribus admiſcemur.

Siquidem facultates ipſas, inſtrumenta, & appetitus hominibus dedit Deus, non ut voluptate fruantur, ſed ut eorum genus perpetuò duret, ac permaneat. Nam cùm fieri non poſſit, ut homo ipſe qui mortalis natus eſt, divinitatis efficiatur particeps, ſi generis immortalitas abſumatur, in ſingulis ſupplevit Deus, & generationem hanc infinitam & continuatam reddidit. Hoc unum igitur ſpectare in primis oportet, non eſſe concumbendum voluptatis causâ.

Mox eandem hominis conſtitutionem ad univerſam referendam, quippe qui non ſo-

Κεφάλαιον δʹ.

ΠΕρὶ δὲ τῆς ἐξ ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως, ὅπως τὲ καὶ ἐκ τίνων ἔςαι, κατὰ τρόπον ἐπιτελούμενα, νόμῳ τὲ καὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος ἐπισυνεργούσης, τάδε καλῶς ἔχειν οἴομαι· πρῶτον μὲν τοῦτο διαλαβεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα προςίεμεν, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.

Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ ὄργανα, καὶ τὰς ὀρέξεις τὰς πρὸς (τὴν) μίξιν, ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τῆς εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμονῆς τοῦ γένους. ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον ἦν θνητὸν φύντα θείου (βίου) κοινωνῆσαι, τῆς τοῦ γένους ἀθανασίας φθειρομένης, καθ' ἕκαςον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς, ἀκατάληκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην γένεσιν. ἓν οὖν τοῦτο πρῶτον δεῖ θεωρεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μίξις.

Ἔπειτα δὲ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σύνταξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ

πόλεως, καὶ τὸ μέγιϛον κόσμου, συμπληροῦν ὀφείλει τὸ ἀπογενόμενον τούτων ἕκαϛον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑϛίας λειποτάκτης γενέσθαι, μήτε πολιτικῆς, μήτε μὴν τῆς θείας.

Οἱ γὰρ καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιΐαν συναπτόμενοι, ἀδικήσουσι τὰ τιμιώτατα τῆς κοινωνίας συϛήματα. εἰ δὲ καὶ γεννήσουσιν οἱ τοιοῦτοι μεθ' ὕβρεως, καὶ ἀκρασίας, μοχθηροὶ (οἱ) γενόμενοι, καὶ κακοδαίμονες ἔσονται, καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν, καὶ δαιμόνων, καὶ ἀνθρώπων, καὶ οἴκων καὶ πόλεων.

Ταῦτα οὖν προδιανοουμένους οὐ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν ἡγουμένους. εἴπερ ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων, τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τοὺς οἴκους, καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληρεῦσθαι. ἡμερώτατον γὰρ πάντων καὶ βέλτιϛον ζῶον ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιϛον, εὐανδρεῖσθαι.

Διὰ γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας οἰκήσουσι, καὶ τοὺς ἰδίους οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῖς κατὰ τὰς πολιτείας, καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσιν, ὅτε μὴ μόνον πολυπληθείᾳ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εὐανδρίᾳ χορηγοῦνται.

lùm domûs & civitatis, verùm etiam mundi maxima habetur pars. quæ quidem, quæcunque res deſit, eam ſupplere & complere debeat. alioquin tum domeſtici & civilis, tum etiam divini laris deſertor futurus ſit.

Nam qui prorſus cauſâ procreationis liberorum non coierint, ii nobiliſſimos communionis cœtus injuriâ afficient & violabunt. Quòd ſi tales fuerint, ut nec legitimè nec temperanter generent, qui orientur filii, ſceleſti, improbi, & miſeri Diis, Dæmonibus, hominibus, nec non familiis & civitatibus execrandi & deteſtabiles futuri ſunt.

Qui igitur hæc antea conſideraverint, ii non belluarum more ad concubitum ferri debent, ſed ita ut qui res venereas neceſſaria bona eſſe putent. quod ſanè probi viri faciunt, qui non ſolùm domos & plurima terræ loca magnâ hominum multitudine replere neceſſarium & bonum exiſtimant (manſuetiſſimum enim atque optimum animalium omnium eſt homo) ſed etiam probis viris, maximum eſſe cenſent.

Hanc enim ob cauſam eveniet, ut civitates benè inſtitutas inhabitent, res ſuas domeſticas & familiares rectè gubernent & tueantur, amiciſque ipſis (ut civilis ſtatûs requirit ratio) civiles actiones præbeant, cùm illi non multos tantùm homines, ſed etiam probos ſuppeditabunt.

Ὅθεν

Itaque peccant complures, qui in matrimoniis contrahendis, non fortunæ magnitudinem, neque publicam utilitatem ſibi proponunt, ſed divitias aut generis præſtantiam tantùm reſpiciunt. Pro eo enim quod adoleſcentes & integrâ ætate ducere deberent, vetulas ſibi ipſis adjungunt, atque cùm uxores ejuſdem ſecum mentis, & ſui ſimillimæ ducendæ eſſent, nobilitate præſtantes & divitiis affluentes ducunt. Quapropter pro concordiâ diſcordiam, pro legitimo conſenſu diſſenſionem ſibi parant, ſiquidem maritus & uxor inter ſe de principatu contendunt. Quæ enim mulier divitiis, genere, & amicis antecellit, ut ſibi pareat vir contra naturæ leges exoptat: at ille, tametſi juſtè repugnet, quippe qui ſibi primas, non ſecundas deferri velit, obtinere tamen principatum nullo modo poteſt.

ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τύχης, μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιστάντες τοὺς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν πλοῦτον, ἢ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους ἀποβλέποντες. ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ νέαν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι, συνηρμόσαντο ἂν τὴν ὑπερηλικεστέραν· ἀντὶ δὲ τοῦ συμπαθῆ τὴν ψυχὴν καὶ ὁμοιοτάτην, ἐπίδοξαν τῷ γένει, ἢ περιχρήματον. τοιγάρ τοι ἀντὶ συμφωνίας διαφωνίαν, καὶ ἀντὶ ὁμοφροσύνης, διχοφροσύνην κατασκευάζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει καὶ φίλοις, ἄρχειν προαιρεῖται τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον· ὁ δὲ διαμαχόμενος δικαίως, καὶ οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐφικέσθαι.

Quæ quidem res cùm eveniunt, non familiæ tantùm, & domus, verùm etiam civitates infelices reddantur, neceſſe eſt. Domus enim civitatum partes ſunt: ex partibus totum & univerſum conſtituitur. Conſentaneum igitur eſt, quales ſunt partes, tale & totum & univerſum exiſtere, ex hujuſmodi conſtans partibus.

Ὧν δὲ γενομένων, οὐ μόνον τοὺς οἴκους κακοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαίνει γενέσθαι. μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ δὲ τῶν μερῶν, ἡ τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς σύνθεσις. εἰκὸς οὖν ὁποῖα τὰ μέρη τυγχάνουσιν ὄντα, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν τὸ ἐκ τοιούτων συντιθέμενον, τοιοῦτον εἶναι.

Atque ut primarum quidem partium primæ ſtructuræ ad univerſum opus benè aut malè complendum plurimum fa-

Καὶ ἐν (ταῖς) πρώταις δὲ αἱ πρῶται οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς (τὸ) καλῶς ἢ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελεσθῆναι. οἷον

ἐπὶ μὲν οἰκοδομίας, θεμελίου καταβολή· ἐπὶ δὲ ναυπηγίας, τρόπις· ἐπὶ δὲ συναρμογῆς καὶ μελοποιΐας, τάσις φωνῆς καὶ λῆξις. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ πολιτείας εὐνομουμένης τε καὶ κακονομουμένης, οἴκων κατάστασις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται.

Περὶ γενέσεως οὖν σκοπουμένους, τάδε χρὴ πράττειν. καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· οὔτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, οὔτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεται. ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι τινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τελειουμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίνωνται.

Ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ τροφὴν προσφέρεσθαι (τὴν) ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ.

Πολλὰ δὴ τῶν κατὰ ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα ἐστὶν, ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία. διὸ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν οὕτως ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, [1] ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῶν εἴ-

ciunt: verbi gratiâ ad domum ædificandam, fundamenti jactus; ad navem ſtruendam, carinæ fabrica; ad exercendam concentionis & muſicæ artem, contentio vocis & remiſſio: ſic Reipublicæ benè vel malè inſtituendæ familiarum conſtitutio, concordia, & convenientia magnoperè utilis eſt.

Quapropter qui de generatione cogitant, hæc agere opus eſt, ut generatim quodcunque diſſimile imperfectúmque eſt obſervent. Nam nec plantæ ipſæ, nec animalia, cùm adhuc imperfecta ſunt, fœcunda ſunt. quin potiùs requiritur, ut aliquo temporis ſpacio genita ſint antea, quàm fructum ferant, ut cùm robur & perfectionem aſſumpſerint corpora, ſemen & fructus producant.

Ex quo fit, ut tam pueri, quàm puellæ virgines, in exercitationibus tolerantiiſque decoris alendi ſint: quibus is etiam adhibendus eſt cibus, qui laborioſæ, temperatæ, & toleranti vitæ ſit aptiſſimus.

Multa ſanè exiſtunt hujuſmodi in vitâ humanâ, quæ melius eſt, ſi ſerò diſcantur. quare adoleſcens ad rerum venerearum uſum ita eſt agendus, ut ipſis ante xx. annum non fruatur: quas etiam cùm

κοσι

1 Ὡς μηδὲ ἐπιζητεῖν πρὸ τῆς εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν] *ut ante annos viginti rerum venerearum uſum non quærat.* in hanc ſententiam Cæſar libro VI. de bello Gallico, de Germaniæ moribus loquens, *Intra annum* (inquit) *XX. fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus.*

2 Plato

guſtaverit, rarenter exerceat. Quod ſanè erit, ſi bonum corporis habitum & continentiam res eſſe optimas & honore dignas cenſuerit.

Quin etiam hujuſmodi inſtitutorum diſciplina in terræ Græciæ civitates inducenda eſt, ne cum matre, filiâ, ſorore, nec in locis ſacris, nec in propatulis coëant. Nam præclarè & utiliter agetur, ſi huic actioni plurima adhibeantur impedimenta.

Tollendæ porrò ſunt penitùs omnes illæ generationes, quæ præter naturam & contumelioſæ ſunt. Contrà relinquendæ & ſervandæ, quæ ſecundum naturam & temperanter efficiuntur, ut filii ſobriè & legitimè geniti ſint.

Opus eſt præterea ut qui liberorum procreationi operam dant, futuræ ſobolis multò antè curam ſuſcipiant. Ea porrò prima & potiſſima adhibebitur animadverſio, ſi temperato & ſalubri utantur cibo, non ebrietate capiantur, nec quidpiam ſumant, quod perturbationem afferat, ex quibus qui-

κοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησάμενον, σπανίως χρῆσθαι. ἔσαι δὲ τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν.

[2] Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μήτε ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ. καλὸν γάρ ἐςι καὶ πρόςφορον τὸ ὡς πλεῖςα κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐνεργείας ταύτης.

Καθόλου δὲ δεῖ περιαναιρεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γενέσεις, καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γινομένας. καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν, καὶ μετὰ σωφροσύνης ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένῃ.

Δεῖ δὲ πάλιν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τοὺς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων. πρώτη μὲν οὖν μεγίςη φυλακὴ πρὸς γένεσιν τῷ τεκνοποιεῖν βουλομένῳ, δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινή· ὡς μήτε πληρώσει χρῆσθαι τροφῆς ἀκαίρου, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τῇ ταραχῇ, ἐξ ὧν χείρους (αἱ) αὐτῶν

2 Plato lib. 5. de Rep. hæc Ocelli præcepta vidiſſe palam oſtendit: qui tametſi plures enumeret cognationis gradus à quibus abſtinere nos oporteat, coitum tamen cum ſorore non videtur prohibere. verba Platonis hæc ſunt: Ὅταν δὲ δὴ οἶμαι αἵ τε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, ἀφήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγίγνεσθαι ᾧ ἂν ἐθέλωσι πλὴν θυγατρὶ καὶ μητρὶ, καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων καὶ ταῖς ἄνω μητρός. καὶ τὰς γυναῖκας αὖ, πλὴν ὑεῖ καὶ πατρὶ, καὶ τοῖς τῶν τοιούτων εἰς τὸ κάτω καὶ εἰς τὸ ἄνω.

αὐτῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται. μάλιςα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ τῆς καθεςηκυίας τῆς διανοίας τὰς μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ ταραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

Μετὰ πάσης οὖν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γεννώμενα γίνηται χαριέςατα, καὶ γεννώμενα, καλῶς ἀνατραφῇ. [3] οὔτε (δὲ) γὰρ δίκαιον, τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας, μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, [4] ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τοῦ μὴ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι τὰ γεννώμενα· τοὺς δὲ ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων· ἀλλὰ (καὶ) γεννᾶν ὡς ἔτυχε, καὶ γεννωμένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας.

dem rebus habitus corporis deteriores evadunt. Illud verò omnium maximè curandum eſt, ut non niſi pacatâ & tranquillâ mente concumbant. nam cùm pravi & inconſtantes, ac perturbati ſunt corporis habitus, ex illis vitioſa ſemina ſolent prodire.

Ita quoque omni ſtudio & intento animo eniti debent, ut ſciti admodùm & elegantes naſcantur liberi, & cùm orti ſuſcepìque fuerint, liberaliter educentur. iniquum eſt enim philippos quoſdam, & philornithas, & philocynas, id eſt qui equos alunt, aut aves aut canes ad venandum, omni diligentiâ curare, ut belluas, quemadmodum, & ex quibus, & quo tempore oporteat, generent, & quonam modo affectæ ſeſe admiſcere & copulare debeant, ne vilis ac vulgaris naſcatur ſoboles; homines verò nullam filiorum ſuorum curam ſuſcipere, quin potiùs illos (ut ſors tulit) procreare, &, cùm genuerint, ipſorum educationem inſtitutionémque negligere.

[5] Ταῦτα

3 Hoc eodem exemplo uſus eſt Plato libro quinto de Rep. ubi nobis ſuadet ut in gignendis liberis eos imitemur, qui belluarum ſtudioſi dant operam, ut ex optimis canibus, equis & avibus, optima oriatur proles. Platonis verba huic loco brevitatis causâ apponere nolui, cum nimis multa ſint, tum maximè quòd vulgo habeantur benè converſa.

4 Ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς] His verbis modos exprimit Ocellus, qui in generandis animalibus ſervandi ſunt. Hos τὰς περιςάσεις appellant Græci, circumſtantias Latinè reddunt, tum Seneca in quæſtionibus Naturalibus, tum etiam Quintilianus libro V. ſuarum inſtitutionum. Similiter circumſtantias quæ in dandis requiruntur pecuniis, ſecundo de Moribus libro Ariſtoteles ſic enumerat: Καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι ῥᾴδιον, τὸ δ᾽ ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς, οὐκ ἐπὶ παντὸς, οὐδὲ ῥᾴδιον.

5 Huic

Nam iſtæc ſi contemnantur, omnis improbitatis & nequitiæ cauſæ ſunt, quippe quæ efficere ſoleant, ut qui orti fuerint, belluarum ſimiles, viléſque ac degeneres evadant.

[5] Ταῦτα γὰρ ἀμελούμενα, πάσης κακίας καὶ φαυλότητος παραίτια γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγεννῆ ἀποτελοῦντα τὰ γεννώμενα.

5 Huic libello nonnulla deeſſe arbitror, eâ adductus ratione, quòd Ocellus in fine hujus ultimi capitis, (id quod fecerat in aliorum calce) quæ priùs explicuit, non recenſuit.

OCELLI LUCANI
DE
LEGIBUS

Fragmentum ex Stobæo Egl. Phyſ. Lib. 1. Cap. 16.

Cum Verſione CAROLI EMMANUELIS VIZZANI.

Corporis, mundi, domûs, & civitatis natura nobili comparatione conſideratur.

Continet quidem corpora vita, hujus verò cauſa anima: mundum verò harmonia, hujus autem cauſa Deus; familias verò & civitates concordia, hujus autem cauſa lex. Cauſa igitur aliqua eſt, & natura, mundum quidem ſemper aptè cohærere, & nunquam in ſtatum perturbatum declinare,

Συνέχει γὰρ τὰ μὲν σκάνεα ζωά, ταύτας δ' αἴτιον ψυχά· τὸν δὲ κόσμον ἁρμονία, ταύτας δ' αἴτιος ὁ θεός. τοὺς δ' οἴκως καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιος ὁ νόμος. τίς οὖν αἰτία καὶ φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόσθαι διὰ παντός, καὶ μηδέποτ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν,

τὰς δὲ πόλιας καὶ τοὺς οἴκως ὀλιγοχρονίους ἦμεν, ὧν γεννατὰ καὶ θνατὰ τὰν φύσιν ἐξ ἧς συνέςακεν ὕλας, τὰν αὐτὰν αἰτίαν ἔχει τᾶς διαλύσιος. συνέςη γὰρ ἐκ μεταβολίας καὶ ἀειπαθέος. ἡ γὰρ τῶν γενομένων ἀπογένεσις σωτηρία τᾶς γεννάτορος ὕλας. τὸ δὲ ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δ' ἀειπαθὲς κυβερνεῖται, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τᾷ δυνάμει, τὸ δὲ ὕςερον. καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ λόγον ἔχον καὶ ἔμφρον. τὸ δὲ γεννατὸν, καὶ ἄλογον, καὶ τὸ μεταβάλλον.

civitates verò & familias brevis eſſe temporis: quorum genita, & mortalis natura materiæ, ex quâ conſtituta ſunt; ipſam habent cauſam diſſolutionis: conſtant enim ex mutabili & ſemper paſſibili. Eorum enim quæ genita ſunt interitus, ſalus genitricis materiæ. quod verò ſemper movet, gubernat: quod ſemper patitur, gubernatur: & illud quidem poteſtate prius, hoc verò poſterius; & illud quidem divinum, & rationem habens, & mentis particeps, hoc verò genitum, & rationis expers, & mutabile.

ΤΈΛΟΣ.

FINIS.

ΤΙΜΑΊΩ ΤΩ͂ ΛΟΚΡΩ͂

ΠΕΡῚ

ΨΥΧΑ͂Σ ΚΌΣΜΩ

ΚΑῚ ΦΎΣΙΟΣ.

TIMÆI LOCRI

DE

ANIMA MUNDI,

ET NATURA.

DE TIMÆO LOCRO VETERUM TESTIMONIA.

Plato in Timæo. Τίμαιός τε γὰρ ὅδε εὐνομωτάτης ὢν πόλεως, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, οὐσίᾳ καὶ γένει οὐδενὸς ὕστερος ὢν τῶν ἐκεῖ, τὰς μεγίστας μὲν ἀρχάς τε καὶ τιμὰς ἐν τῇ πόλει μετακεχείρισται, φιλοσοφίας δ' αὖ, κατ' ἐμὴν δόξαν, ἐπ' ἄκρον ἁπάσης ἐλήλυθε. *Nam & Timæus hic cùm eſſet è Locris civitate in Italia, optimis legibus fundatâ, neque quoquam civium aut divitiis aut genere inferior, ſummos in ea civitate & honores & Magiſtratus geſſit, &, ut ego arbitror, ad ſummum in omni Philoſophiâ faſtigium pervenit.* Et paulò pòſt, Ἔδοξε γὰρ ἡμῖν Τίμαιον μὲν, ἅτε ἀστρονομικώτατον ἡμῶν, καὶ περὶ φύσεως τοῦ παντὸς εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένον, πρῶτον λέγειν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τελευτῶντα δ' εἰς ἀνθρώπων φύσιν. *Viſum eſt enim nobis, ut Timæus, utpote Aſtronomiæ maximè peritus, & qui in ſcientia naturæ Univerſi potiſſimùm operam collocavit, primas dicendi partes ſuſtineret, ab ipſa mundi generatione incipiens, & in hominum procreatione finiens.*

Cicero Libro 5. de Finibus. *Cur Plato Ægyptum peragravit, ut à ſacerdotibus barbaris numeros & cœleſtia acciperet? cur pòſt Tarentum ad Archytam? cur ad cæteros Pythagoréos, Echecratem, Timæum, Acrionem Locros, ut cùm Socratem expreſſiſſet, adjungeret Pythagoreorum diſciplinam, eáque quæ Socrates repudiabat, addiſceret?* Et lib. 1. Tuſcul. Quæſtionum. *Platonem ferunt ut Pythagoreos cognoſceret in Italiam veniſſe, & in ea cùm alios multos tum Archytam, Timæúmque cognoviſſe, & didiciſſe Pythagoréa omnia.*

Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 5. Τίμαιος ὁ Λοκρὸς ἐν τῷ φυσικῷ συγγράμματι κατὰ λέξιν ὧδέ μοι μαρτυρήσει. Μία ἀρχὰ πάντων ἐστὶν ἀγένητος· εἰ γὰρ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχὰ, ἀλλ' ἐκείνα ἐξ ἇς ἁ ἀρχὰ ἐγένετο. *Timæus Locrus in Libro de Natura his verbis mihi feret teſtimonium.* Unum principium omnium eſt infectum. Si enim eſſet factum, non eſſet utique ampliùs principium, ſed illud ex quo factum eſt principium; vel, ex quo tanquam principio factum eſt; legitur enim ἐξ ἇς ἀρχᾶς ἐγένετο, apud Theodoretum, qui eundem locum citat ſermone 2. de Principio.

Vide S. Hieronymum adverſus Ruffinum, ubi eadem ferè habes.

Jamblichus in Nicomachi Arithmeticâ, de Muſica proportione agens. Εὑρίσκονται γοῦν πολλοὶ τῶν Πυθαγορείων αὐτῇ κεχρημένοι, ὥσπερ Ἀρισταῖος ὁ Κροτωνιάτης, καὶ Τίμαιος ὁ Λοκρός. *Quare multi Pythagorei inveniuntur qui illa ſunt uſi, ut Ariſtæus Crotoniates, & Timæus Locrus, &c.* Et rurſus agens de proportione Geometricâ. Τίμαιός τ' οὖν ὁ Λοκρὸς, ἐν τῷ περὶ φύσεως κόσμου καὶ ψυχᾶς, (ἀφ' οὗπερ ἐφοδιασθέντα Πλάτωνα τὸν διὰ τοῦτο φερώνυμον Τίμαιον συντάξαι λέγουσιν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς Σίλλους ποιήσας Τίμων λέγων οὕτως,

Πολ-

Πολλῶν δ᾽ ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξατο βίβλον
Ἔνθεν ἀφορμηθεὶς Τιμαιογραφεῖν ἐπεχείρει.)

οὕτω πως φησί. τριῶν γὰρ ὡντινωνοῦν ὅρων, ὅταν καὶ τὰ διαστάματα κατ τὸν αὐτὸν λόγον ἑστάθη ποτ᾽ ἄλλα (leg. *ἄλλαλα*) *τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῶ δίκας ὁρήμεθα ποττὸ πρᾶτον, ὅπερ τὸ τρίτον ποτ᾽ αὐτὸ, κἀνάπαλιν, καὶ παραλλάξ. Quare Timæus Locrus in Libro de Natura Mundi atque Animâ* (*ex quo inſtructum Platonem Timæum cognominem compoſuiſſe ferunt nonnulli, inter quos etiam eſt Timon Sillographus; ita ſcribens*,

Magno nummorum numero parvum emit librum;
Unde materiam nactus aggreſſus eſt Timæum ſcribere.)

ità loquitur. (ſecundum interpretationem editam) Cùm enim tres quidam exiſtant termini, & intervalla quoque eâdem ratione inter ſe diſtent, tunc videlicet medium radii inſtar videmus ad primum eſſe, quod tertium eſt ad ipſum, & contrariâ vice, commutatíſque intervallis.

Syriani Teſtimonium vide ad Ocellum.

Proclus Diadochus in Commentario in Timæum Platonis. *Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Τιμαίου γράμμα περὶ φύσεως τὸν Πυθαγορικὸν τρόπον διατάττεται. ἔνθεν ἀφορμηθεὶς ὁ Πλάτων Τιμαιογραφεῖν ἐπιχειρεῖ, κατὰ τὸν Σιλλογράφον. ὃ καὶ προὐπήξαμεν τῶν ὑπομνημάτων, ἵν᾽ ἔχοιμεν γινώσκειν τίνα μὲν ὁ Πλάτωνος Τίμαιος λέγει ταυτὰ ἐκείνῳ, τίνα δὲ προστέθηκε, τίνα δὲ καὶ διάφωνα. Etenim Liber Timæi Pythagoréi de Naturâ Pythagorico more diſponitur.* Unde materiam nactus Plato Timæum ſcribere aggreſſus eſt, *ſecundùm Sillographum. Quem librum etiam Commentariis noſtris præfiximus, ut noſcere poſſimus quænam Platonis Timæus tradit illi conſentanea, quænam addidit, quænam etiam diſſentanea.* Hunc igitur Librum ab ipſo conſervatum, & à nobis editum in Commentariis ſæpe citat Proclus, quem nunc *περὶ φύσεως* indigitat, nunc *περὶ παντός*.

Damascius *περὶ ἀρχῶν* MS. *Χρόνος ἅμα τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν Τίμαιον*, Tempus ſimul cum cœlo factum eſt, juxta Timæum. & alibi, *αἰωνίων* [l. *αἰώνων*] *εἰκόνα τὸν χρόνον ὁ Τίμαιος πεποίηκε*, ſæculorum imaginem Timæus fecit tempus. & alibi ſæpe.

Æneas Gazæus in Theophraſto. *Ὁ δὲ δὴ Πλάτων τὸν Τίμαιον ἐπιδεικνὺς*, Plato Timæum explicans.

Suidas in Lexico. *Τίμαιος Λοκρὸς, Φιλόσοφος Πυθαγόρειος, μαθηματικὰ, περὶ φύσεως, περὶ τοῦ Πυθαγόρου βίου. Timæus Locrus, Philoſophus Pythagoréus, Mathematica, de Natura, de vita Pythagoræ.*

TIMÆI LOCRI DE ANIMA MUNDI, Id eſt, Natura.

ΤΙΜΑΊΩ ΤΩ͂ ΛΟΚΡΩ͂ ΠΕΡῚ ΨΥΧΑ͂Σ ΚΌΣΜΩ, Καὶ φύσιος.

ARGUMENTUM.

VERE aureus libellus, & purioris priſcorum philoſophorum doctrinæ pulcherrimum *μνημόσυνον*, ſuperioris verò diſputationis à Platone copioſè de Natura perſcriptæ verum autographum: cui fuſiùs & dilucidiùs nimirum explicando commentarii vice illa adhibita eſt. unde nomen etiam autoris retinuit Platonis candor. Nos, ne actum agamus, ſummis tantùm capitibus notatis, hæc autographi verba ad commentarium revocabimus. nam & libri ſubjectum & ipſa *οἰκονομία* planè cum illo conſentiunt. Illic latior & magnificentior via, hîc ejuſdem doctrinæ certa & perſpicua animadvertuntur veſtigia. Hoc tamen notandum, Platonem, ad doctrinam amplificandam, fœda quædam commenta ex Ægyptiorum ſcholis, putidâ quâdam diligentiâ, illuc congeſſiſſe, quæ commodiùs & modeſtiùs hîc notantur à Timæo: veluti ſunt nugæ *περὶ μεταφύσεως*, in quibus ſanè nimius eſt Plato. hîc notantur quidem, ſed ita ut & confictæ dicantur, & *ξέναι τιμωρίαι* appellentur, quibus minimè ſit fides adhibenda: eas tamen neceſſariò dici, ut tam horribili pœnarum denuntiatione homines à ſceleribus abſterreantur. Fuit autem hic Timæus Locrus, Pythagoréus philoſophus, purioris philoſophiæ, ut apparet, peritiſſimus: ut non immeritò eum quaſi archetypum in phyſicis rebus explicandis ſibi propoſuerit Plato. Quo tempore vixerit, dubitatur. quidam Platone antiquiorem, quidam ei *σύγχρονον* fuiſſe arbitrantur.

TIMÆUS Locrus hæc dixit. Duas eſſe rerum omnium cauſas: Mentem quidem, earum quæ ratione quâdam naſcuntur, et Neceſſitatem earum quæ exiſtunt vi quâdam, ſecundum corporum potentias & facultates. Harum rerum, id eſt, Naturæ bonorum, optimum

ΤΊΜΑΙΟΣ ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. δύο αἰτίας εἶμεν τῶν συμπάντων· νόον μὲν, τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων· ἀνάγκαν δὲ, τῶν βίᾳ καττὰς δυνάμεις τῶν σωμάτων. τουτέων δὲ, τὸν μὲν,

τᾶς * τἀγαθῶ φύσιος εἶμεν, θεόν τε ὀνυμαίνεσθαι, ἀρχάν τε τῶν ἀρίστων· τὰ δ' ἑπόμενά τε καὶ συναίτια, ἐς ἀνάγκαν ἀνάγεσθαι. τὰ δὲ ξύμπαντα, ἰδέαν, ὕλαν, αἰσθητόν τε, οἷον ἔκγονον τουτέων. καὶ τὸ μὲν, εἶμεν ἀγένατόν τε καὶ ἀκίνατον, καὶ μένον τε, καὶ τᾶς ταυτῶ φύσιος, νοατόν τε καὶ παράδειγμα τῶν γεννωμένων, ὁκόσα ἐν μεταβολᾷ ἐντί. τοιοῦτον γάρ τι τὰν ἰδέαν λέγεσθαί τε καὶ νοεῖσθαι. τὰν δ' ὕλαν, ἐκμαγεῖον καὶ ματέρα, τιθάναν τε καὶ γεννατικὰν εἶμεν τᾶς τρίτας οὐσίας. δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα ἐς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν, ἀποτελεῖ[†] πάντα τὰ γεννάματα. ταύταν δὲ τὰν ὕλαν ἀΐδιον μὲν ἔφα, οὐ μὰν ἀκίνατον· ἄμορφον δὲ καθ' αὐτὰν, καὶ ἀσχημάτιστον, δεχομέναν δὲ πᾶσαν μορφάν. τὰν δὲ περὶ τὰ σώματα, μεριστὰν εἶμεν, καὶ τᾶς θατέρω φύσιος. ποταγορεύοντι δὲ τὰν ὕλαν, τόπον καὶ χώραν.

esse quoddam rerum optimarum principium, & Deum vocari: ea verò quæ conſequuntur & tanquam adjuvantes cauſæ accedunt, ad Neceſſitatem reduci. 2 omnia enim eſſe Ideam, Materiam, Senſile, veluti illarum fœtum. & hanc quidem eſſe ingenitam & immobilem. Eſſe præterea in hac naturæ univerſitate quiddam quod maneat, & intelligibile ſit, rerum genitarum, quæ quidem in perpetuo quodam mutationum fluxu verſantur, exemplar. hujuſmodi nimirum in his rerum ſingularum viciſſitudinibus conſtans & perpetuum exemplar, Ideam dici & mente comprehendi. Materiam autem eſſe expreſſum rerum ſimulacrum, & matrem & nutricem, & ad generationem Tertiæ eſſentiæ aptam. quum enim effigies rerum in ſeſe ſuſceperit & veluti impreſſerit, hos fœtus producere. 3 Hanc verò Materiam aiebat eſſe ſempiternam, nec verò mobilem: & ab omni forma & figura per ſe immunem & liberam, quaſlibet tamen formas recipientem; circa verò corpora dividuam eſſe, & alterius naturæ participem. Appellant autem Materiam, Locum

* *Legitur etiam τἀγαθῶν.*

1 De principiis rerum naturalium, Materiâ & Formâ. Harum naturalium cauſarum Deus eſt ſumma & princeps cauſa, ἀρχὰ τῶν ἀρίστων, ἀρχαγὸς πάντων, δαμιουργὸς τῶ βελτίονος. Ita Deus univerſi opifex agnoſcitur. Vide in Tim. Plat. pag. XXVIII, uſque ad XXX.

2 Rerum naturalium mirabilis οἰκονομία· Forma, Materia, Senſile. Formæ & Materiæ in mente Dei, vis & ἐνέργεια· unde res creatæ prodeunt veluti fœtus, Opificis decreto. à pag. XLVIII, uſque ad LIII.

† *Legitur etiam τάδε τὰ γεννάματα. Paulò poſt ἀμόρφωτον, pro ἄμορφον.*

3 Materiæ primæ deſcriptio, & miniſterium in opificio naturæ. Ibidem.

& Sedem. Duo hæc igitur ſunt contraria principia. Idea quidem [id eſt, Forma] rationem habet maris & patris: Materia autem, fœminæ & matris: Tertiam verò eſſe eſſentiam, ea quæ ex his, ut fœtus, naſcuntur. Quum hæc tria ſint, tribus quoque modis cognoſci: Formam quidem, mente & ſcientia: Materiam adulterinâ quâdam ratiocinatione (quod videlicet non rectâ quâdam & æquâ rei animadverſione, ſed ex proportione quâdam & collatione intelligatur) Fœtus verò qui ex illis naſcuntur, ſenſu & opinione. Antequam igitur Cœlum extaret, [1] ratione erant Forma & Materia, & quidem Deus ille erat melioris opifex. Quandoquidem igitur antiquius juniore præſtantius eſt, & id quod ordinatum eſt inordinato, Deus quum nimirum bonus ſit, & videret Materiam recipere formam, & alterari variè quidem, ſed tamen inordinatè: vidit quoque opus eſſe ut eam ipſe in ordinem reduceret, & ex indefinitis mutationibus ad certam definitámque conſtitueret: ut corporum diſtinctiones mutuâ ratione inter ſe reſponderent, neque temerè viciſſitudines ultrò citróque reciperent. Hunc igitur mundum ex omni materia creavit Deus, univerſíque naturam terminum ipſum circumſcripſit atque definiit: quòd videlicet omnia alia in ſeipſo complectatur, quippe quod unum ſit

δύο ὦν αἵδε ἀρχαὶ ἐναντίαι ἐντί· ὧν τὸ μὲν εἶδος λόγον ἔχει ἄρρενός τε καὶ πατρός· ἁ δ' ὕλα, θήλεός τε καὶ ματέρος. τρίτα δὲ εἶμεν τὰ ἐκ τούτων ἔκγονα. τρία δὲ ὄντα, τρισὶ γνωρίζεσθαι, τὰν μὲν ἰδέαν, νόῳ κατ' ἐπιστάμαν· τὰν δ' ὕλαν, λογισμῷ νόθῳ· τῷ μήκω κατ' εὐθυωρίαν νοεῖσθαι, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν. τὰ δ' ἀπογεννάματα, αἰσθήσει καὶ δόξᾳ. πρὶν ὦν ὠρανὸν γενέσθαι, λόγῳ ἤστην ἰδέα τε καὶ ὕλα, καὶ ὁ θεὸς δαμιουργὸς τῶ βελτίονος. ἐπεὶ δὲ τὸ πρεσβύτερον κάρρον ἐστὶ τῶ νεωτέρω, καὶ τὸ τεταγμένον πρὸ τῶ ἀτάκτω, ἀγαθὸς ὢν ὁ θεός, ὁρῶν τε τὰν ὕλαν δεχομέναν τὰν ἰδέαν καὶ ἀλλοιουμέναν, παντοίως μέν, ἀτάκτως δέ, ἐδεῖτ' ἐς τάξιν αὐτὰν ἄγεν, καὶ ἐξ ἀορίστων μεταβολᾶν, ἐς ὡρισμέναν καταστᾶσαι· ἵν' ὁμόλογοι ταὶ διακρίσεις τῶν σωμάτων γίγνοιντο, καὶ μὴ κατ' αὐτόματον τροπὰς δέχοιτο. ἐποίησεν ὦν τόνδε τὸν κόσμον ἐξ ἁπάσας τᾶς ὕλας, ὅρον αὐτὸν κατασκευάξας τᾶς τῶ ὄντος φύσιος, διὰ τὸ πάντα τἆλλα ἐν αὐτῷ περιέχεν, ἕνα, μονογενῆ, τέλειον, ἔμψυχόν τε καὶ λογικόν· (κρέσσονα γὰρ τὰ-

δὲ

1 Mundi ἐυταξία, & penè æterna firmitas. Pag. jam notatis: ubi hæc erunt diligenter perquirenda ſuis locis.

δε ἀψύχω καὶ ἀλόγω ἐςὶν) καὶ σφαιροειδὲς σῶμα· τελειότερον γὰρ τῶν ἄλλων σχημάτων ἦν τοῦτο. δηλεόμενος ὦν ἄριςον γένναμα ποιεῖν, τοῦτον ἐποίει θεὸν γεννατὸν, οὔ ποκα φθαρησόμενον ὑπ᾽ ἄλλω αἰτίω, ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ, εἴ ποκα δήλετο αὐτὸν διαλύεν. ἀλλ᾽ οὐ γὰρ τἀγαθῶ ἐςιν ὁρμᾶν ἐπὶ φθορὰν γεννάματος καλλίςω. διαμένει ἄρα, τοιόσδε ὤν, ἄφθαρτος καὶ ἀνώλεθρος καὶ μακάριος. κράτιςος δ᾽ ἐςὶ γεννατῶν, ἐπεὶ ὑπὸ τῶ κρατίςω αἰτίω ἐγένετο, ἀφορῶντος οὐκ εἰς χειρόκματα παραδείγματα, ἀλλ᾽ ἐς τὰν ἰδέαν καὶ ἐς τὰν νοατὰν οὐσίαν· ποθ᾽ ἂν γὰρ τὸ γεννώμενον ἀπακριβωθὲν, κάλλιςόν τε καὶ ἀπαρεγχείρητον γίγνεται. τέλειος δ᾽ ἀεὶ κατὰ τὰ αἰσθητά ἐςιν, ὅτι καὶ τὸ παράδειγμα τῆνο αὐτῶ περιέχον πάντα τὰ * νοατὰ ζῶα ἐν αὐτῷ, οὐδὲν ἐκτὸς ἀπέλιπεν ἄλλο, ὅρος ὢν νοατῶν παντελὴς, ὡς ὅδε ὁ κόσμος αἰσθητῶν. ςερεὸς δὲ ὤν, ἁπτός τε καὶ ὁρατὸς, γᾶς μεμόρακται,

unigenitum, perfectum, animâ & ratione præditum (ſic enim melius erat futurum, quàm illud quod animæ & rationis eſt expers) globoſo corpore. (hæc enim figura omnibus figuris perfectior eſt.) Quum igitur Deus vellet pulcherrimum fœtum producere, hunc effecit Deum genitum, nunquam corrumpendum ab alia cauſa, præterquam à Deo qui ipſum compoſuit, ſiquando voluerit ipſum diſſolvere. At non eſt boni genitoris, ad ſui fœtus, & pulcherrimi quidem illius, perniciem impelli. Permanet igitur mundus conſtanter talis qualis eſt creatus à Deo, ab omni corruptione liber & interitu, beatus, optimus rerum omnium genitarum: quandoquidem ab optima cauſa extitit, proponente ſibi non exemplaria quædam manuum opificio edita, ſed illam Ideam intelligibilémque eſſentiam: ad quam videlicet quum res ipſæ exquiſitâ quâdam ratione effectæ fuerint, pulcherrimæ extiterunt, & hujuſmodi ut novâ quâdam operâ emendari minimè debeant. Perfectus verò ſemper eſt mundus, rerum ſenſilium comparatione: quoniam & Exemplar illud quod & omnia animalia in ſeipſo complectitur, nihil extra reliquit aliud: hoc verò Exemplar, intelligibilium perfectus eſt terminus, quemadmodum hic mundus, ſenſilium. 1 Eſt porro ſolidus, & hujuſmodi ut & tangi &

πυρός

* *Legitur & αἰσθητὰ ζῶα.*

1 Mundi forma abſolutiſſima, è perfectis corporibus conſtituta, perfecta ἀναλογίᾳ: ut quidem nihil in ipſo deſit, nihil ſuperfluat. quam elementorum mirabilem proportionem explicat. Illud autem eſt Mundi Corpus.

Pap.

cerni poſſit: ac proinde Terram ſortitus eſt & Ignem, &, quæ inter terram & ignem media intercedunt, Aërem & Aquam. E perfectis autem conſtitutus eſt corporibus, quæ tota in ipſo exiſtunt, ut nulla quidem pars extra ipſum relicta ſit: ut ſit Univerſi corpus abſolutiſſimum, ut in ipſo nihil deſiderari poſſit, & interitui nullo modo obnoxium, extra omnem leti noxam. Non enim alia quæpiam ſunt ſeorſim à terra & igne, & duobus aliis intermediis elementis. Nam ipſa ex optimæ proportionis formula, æquali quâdem inter ſe poteſtate continentur, ut neque contineant neque contineantur ex parte inter ſe mutuò, ut alia incrementum, alia diminutionem capiant: ſed profectò indiſſolubili quâdam compage, optimæ cujuſdam rationis vinculo conſtricta permaneant. Quum enim tres quidam exiſtant termini, & intervalla quoque eâdem illâ ratione inter ſe diſtent: tunc videlicet medium radii inſtar videmus ad primum eſſe, quod tertium eſt ad ipſum: & contrariâ vice, commutatíſque congruenter intervallis, ſervato locorum ordine. Hæc autem recenſere, ita ut numeri & quaſi articuli harum proportionum intelligantur, nequaquam fieri poteſt, niſi res quædam pari poteſtate præditæ, ſubjectâ oculis deſcriptione, opponantur. quæ quidem docendi ratio opportuna eſt & ad figuræ & ad motûs ratio-

πυρός τε καὶ τῶν μεταξὺ ἀέρος καὶ ὕδατος. ἐκ παντελέων δὲ συνέστακε σωμάτων, τά περ ὅλα ἐν αὐτῷ ἐντὶ, ὡς μή ποκα μέρος ἀπολειφθῆμεν ἐκτὸς αὐτῶ· ἵνα ᾖ αὐταρκέστατον τὸ τῶ παντὸς σῶμα, ἀκήρατον τῶν ἐκτὸς κηρῶν. οὐ γὰρ ἦν δίχα τουτέων ἄλλα, καὶ τῶν ἐντός· τὰ γὰρ καττὰν ἀρίσταν ἀναλογίαν συντεθέντα ἐν ἰσοδυναμίᾳ, οὔτε κρατεῖ ἀλλάλων ἐκ μέρεος, οὔτε κρατέεται· ὡς τὰ μὲν, αὔξαν, τὰ δὲ φθίσιν λαμβάνεν. μένει δ' ἐν συναρμογᾷ ἀδιαλύτῳ καττὰ λόγον ἄριστον. τριῶν γὰρ ὡντινωνοῦν ὅρων, ὅταν καὶ τὰ διαστάματα κατ τὸν αὐτὸν ἐστάθη λόγον ποτ' ἄλλαλα, τότε δὴ τὸ μέσον ῥυσμῷ * δίκαν ὁρήμεθα ποττὸ πρᾶτον ὅ, τί περ τὸ τρίτον ποτ' αὐτό· κἀν πάλιν καὶ παραλλὰξ, κατ' ἐφάρμοσιν τόπων καὶ τάξιος. ταῦτα δ' ἀριθμήμεναι μὴ μετ' ἰσοκρατείας, ἀμάχανον παντί· εὖ δ' ἔχει καὶ καττὸ σχῆμα, καὶ καττὰν κίνασιν. καθ' ὃ μὲν σφαῖρα ὂν, ὡς ὅμοιον αὐτὸ αὐτῷ, πᾶν τε εἶμεν, καὶ πάντα τἄλλα ὁμογενέα σχήματα χωρεῖν δύνασθαι·

καθὰν

Pag. xxxi. &c.

* *Al.* δίκας.

1 Cur

κατταν δὲ ἐγκύκλιον μεταβολὰν, ἀποδιδὸν δι' αἰῶνος. μόνα δὲ ἁ σφαῖρα ἐδύνατο καὶ ἀρεμέουσα καὶ κινουμένα ἐν τᾷ αὐτᾷ συναρμόσεν χώρᾳ, ὡς μή ποκα ἀπολείπεν, μήτε λαμβάνεν ἄλλον τόπον, τῷ ἐκ μέσου ἴσον εἶμεν πάντα. λειότατον δ' ὂν ποτ' ἀκρίβειαν, κατταν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, οὐ ποτιδέεται θνατῶν ὀργάνων, ἃ διὰ τὰς χρείας τοῖς ἄλλοις ζώοις ποτάρτηταί τε καὶ διᾶκται. ταν δὲ τῶ κόσμω ψυχὰν μεσόθεν ἐξάψας ἐπάγαγεν ἔξω, περικαλύψας αὐτὸ ὅλον αὐτᾷ, κρᾶμα αὐταν κερασάμενος ἔκ τε τᾶς ἀμερίσω μορφᾶς καὶ τᾶς μεριςᾶς ὠσίας· ὡς ἓν κρᾶμα ἐκ δύω τουτέων εἶμεν. ᾧ ποτέμιξε δύο δυνάμις, ἀρχὰς κινασίων, τάς τε ταυτῶ καὶ τᾶς τῶ ἑτέρω. ἃ καὶ δύσμικτος ἔασσα, οὐκ ἐκ τῶ ῥᾴςω συνεκίρνατο. λόγοι δ' οἵ δε πάντες ἐντὶ κατ' ἀριθμὼς ἁρμονικὼς συγκε-

nem repræſentandam. 1 Quatenus igitur Mundus globoſâ eſt figurâ, ſibíque adeò undiquaque ſimilis, omnes certè alias figuras, quæ quidem unius ſint generis, capere poteſt. Jam & ex illo circulari motu perpetuum quendam tenorem conſervat. ſola enim globoſa illa ſive circularis figura poteſt, & dum quieſcit & dum movetur, in eodem loco aptâ quadam commenſuratione componi: ut nunquam vel deficiat, vel in alium quempiam commigret locum: quoniam videlicet omnia paribus ab ipſo medio diſtent intervallis. Quum porro læviſſimus ſit & prorſus æquabilis, ut nihil ad ſummam perfectámque æquabilitatem deſiderari in eo poſſit: minimè indiget mortalibus inſtrumentis, quæ ad facilem expeditúmque uſum cæteris animantibus aptata ſunt & accommodata. 2 Animam autem mundi in ipſius medio indidit Deus, & extrà eduxit: ipſúmque univerſum ipsâ contexit, certo quodam temperamento contemperatam, ex forma nimirum individua, & ex dividua eſſentia: ut unum quoddam temperamentum ex his duobus exiſtat: cui duas potentias immiſcuit, motuum principia, Ejuſdem videlicet & Alterius. quæ quidem Anima, quum difficulter ſuſcipiat mixtionem, neque facilè etiam ad hujus temperamenti formulam coaluit. Hæ autem omnes rationes ſunt contempe-

κρα-

1 Cur circularis ſit mundi FIGURA. Iiſdem pag.

2 De Mundi Anima, id eſt, Naturæ Ordine, graphica & διαγραμματικὴ deſcriptio: præclaris exemplis illuſtrata: ut ex muſicorum, arithmeticorúmve numerorum harmonia, Naturæ eximius ille concentus intelligatur, oculis per hæc exempla ſubjectus. Diagrammatis explicationem vide in Timæo majore. Ταυτῶ autem & θατέρου articulis illam harmoniam conſtare docet, pag. xxxiv, uſque ad xxxvii.

1 Deus

rata ad numeros harmonicos: quas & ipſe rationis Opifex congruenter diſtinxit, certis ſcientiæ auſpiciis: ut quidem minimè incognitum eſſe poſſit, ex quibus hæc mundi anima ſit conſtituta. Hanc verò non ultimam ordinavit Deus poſt corpoream ipſam eſſentiam, quemadmodum nos affirmamus. (illud enim quod honoratius eſt atque auguſtius, & poteſtate & tempore prius eſt) ſed antiquiorem creavit. & quidem hoc ordine: Quum primæ eſſent unitates quatuor, unam ex illis aufert, ad octo Denarios & tres Centenarios. hujus autem duplum & triplum facile eſt colligere, primo numero conſtituto. Omnes autem numeros cum ſuis ſupplementis & ſeſquioctavis oportet eſſe, terminos ſex & triginta: omnem autem numerum fieri, Centena & quatuordecim millia, ſexcenta nonaginta quinque. Diviſiones autem hæ ſunt, CENTENA QUATUORDECIM MILLIA SEXCENTA NONAGINTA QUINQUE. Univerſi igitur animam hunc in modum ferè diviſit.

κραμένοι· ὡς λόγως κατὰ μοῖραν διαιρήκει ποτ' ἐπισάμαν· ὡς μὴ ἀγνοεῖν ἐξ ὧν ἁ ψυχὰ καὶ δι' ὧν συνεσάκει. ἂν οὐχ ὑσέραν τᾶς σωματικᾶς οὐσίας συνετάξατο ὁ θεὸς, ὥσπερ λέγομες ἄμμες. (πρότερον γὰρ τὸ τιμιώτερον καὶ δυνάμει καὶ χρόνῳ) ἀλλὰ πρεσβυτέραν ἐποίει, μίαν ἀφαιρέων τᾶν πρώταν μονάδων ἐασσαν τεττόρων ποτὶ ὀκτὼ δεκάσι καὶ τρισὶν ἑκατοντάσι. ταύτας δὲ τάν τε διπλασίαν καὶ τριπλασίαν ῥᾷον συλλογίξασθαι, ἑσαμένω τῶ πράτω. δεῖ δ' εἶμέν πως πάντας σὺν τοῖς πληρώμασι καὶ τοῖς ἐπογδόοις, ὅρους ϛ' καὶ λ'. τὸν δὲ σύμπαντα ἀριθμὸν γενέσθαι μυριάδα ιά, καὶ τεττόρων χιλιάδων ἑξακοσίων ϟε'. ταὶ δὲ διαιρέσιες αὗται ἐντὶ, μυριάδες ιά δ χ ϟε. τὰν μὲν οὖν τῷ ὅλῳ ψυχὰν ταῦτά πως διεῖλε.

1 DEUM porro ſola mens videt in his omnibus ſanè rebus, principem autorémque & parentem horum omnium. Id autem quod genitum eſt, oculis videmus, & hunc mundum per ipſius partes. quarum quidem præcipuæ ſunt Cœleſtes:

ΘΕΟΝ δὲ, τὸν μὲν αἰώνιον νόος ὁρῇ μόνος, τῶν ἁπάντων ἀρχαγὸν καὶ γενέτορα τουτέων· τὸν δὲ γεννατὸν ὄψει ὁρέομες, κόσμον τε τόνδε καὶ τὰ μέρεα αὐτῶ, ὁκόσα ὠράνια ἐντί. τάπερ αἰθέρια ὄντα, διαιρετὰ δίχα· ὡς

τὰ

1 Deus, per ſe inconſpicuus, in rerum naturalium opificio apparet. Ipſarum porro rerum aliæ conſtantiorem habent naturam, aliæ, caducam. Motum autem ταυτῶ, uniformem quidem illum cœli motum; & θατέρω, varium & multiplicem explicat, in variis planetarum curſibus, pag. XXXVIII, uſque ad XL. &c.

Mm 3

1 Solis

τὰ μὲν, τᾶς ταυτῶ φύσιος εἶμεν· τὰ δὲ, τῶ ἑτέρω· ὧν τὰ μὲν, ἔξωθεν ἄγει πάντα ἐν αὐτοῖς τὰ ἐντὸς, ἀπ' ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν τὰν καθ' ἅπαν κίνασιν· τὰ δὲ, τᾶς τῶ ἑτέρω, ἐντὸς ἀπὸ ἑσπέρας, τὰ ποθ' ἕω μὲν ἐπαναφερόμενά τε καὶ καθ' αὑτὰ κινεόμενα. συμπεριδινέεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς τᾷ ταυτῶ φορᾷ, κράτος ἐχοίσᾳ ἐν κόσμῳ κάῤῥον. αἱ δὲ τῶ ἑτέρω φορὰ, μεμερισμένα καθ' ἁρμονικὼς λόγως, ἐς ἑπτὰ κύκλως συντέτακται. ἁ μὲν ὦν σελάνα ποτιγειοτάτα ἔασσα, ἔμμηνον τὰν περίοδον ἀποδίδωτι· ὁ δ' ἅλιος μετὰ ταύταν ἐνιαυσιαίῳ χρόνῳ τὸν αὐτῶ κύκλον ἐκτελεῖ. δύο δ' ἰσόδρομοι ἀελίῳ ἐντὶ, Ἑρμᾶ τε καὶ Ἥρας· τὸν, Ἀφροδίτας καὶ Φωσφόρω οἱ πολλοὶ καλέοντι. νομῆς γὰρ καὶ πᾶς ὅμιλος οὐ σοφὸς τὰ περὶ τὰν ἱερὰν ἀςρονομίαν ἐντὶ, οὐδ' ἐπιςάμων ἀνατολᾶν τᾶν ἑσπερίων καὶ ἑώων. ὁ γὰρ αὐτὸς, πόκα μὲν ἕσπερος γίγνεται, ἑπόμενος τῷ ἁλίῳ τοσοῦτον, ὁκόσον μὴ ὑπὸ τᾶς αὐγᾶς αὐτῶ ἀφανισθῆμεν· πόκα δὲ, ἑῷος, αἴκα προαγέηται τῷ ἁλίῳ, καὶ προανατέλλῃ ποτ' ὄρθρον. Φωσφόρος ὦν πολλάκις μὲν γίγνεται ὁ τᾶς Ἀφροδίτας, διὰ τὸ ὁμοδρομεῖν

quæ & ipſæ bifariam dividuntur: ut quidem nonnullæ ſint Ejuſdem naturæ, nonnullæ, Alterius. Harum aliæ quidem extrinſecus ducunt omnes in ipſis internas, ab Oriente ad Occidentem, univerſi quodam motu: eæ verò quæ ad motum Alterius pertinent intrà ab Occidente ad Orientem revertuntur, & peculiari quodam motu moventur. circumrotantur autem per accidens Ejuſdem motu, qui in mundo præſtantiorem habet poteſtatem. At motus ille Alterius per harmonicas rationes diſtributus, ſeptem circulorum ordinibus diſtinguitur. Luna ſiquidem, omnium maximè infima, & ad terram accedens propiùs, menſtruum peragit circulum: Sol autem poſt hanc annuo tempore ſuum circulum abſolvit. Duo verò pari [1] cum Sole curſu eunt, Mercurii & Junonis aſtrum: quod Veneris ſive Luciferum vulgus vocat. neque enim quilibet hominum cœtus rerum aſtronomicarum ex certæ cognitionis legibus, eruditus eſt, neque ortuum aut occaſuum diſcrimina peritè novit. Idem enim aliquando Veſperus eſt, [i. occiduus] dum Solem ſequitur, hactenus ut nobis conſpicuus ſit Sole lucem ſuam abſcondente: aliquando Eōus vocatur [i. orientalis] quum Solem adventantem antecedit, & ſub diluculum prior oritur. Lucifer igitur ſæpenumero eſt Veneris ſtella, quòd eodem cum Sole

ἁλίῳ·

1 Solis miniſterium, iiſdem paginis.

1 Tim-

curſu feratur. Non tamen unus ipſe eſt Lucifer. nam id præſtant multæ ſtellæ & fixarum & inerrantium. omne enim juſtâ magnitudine aſtrum quod ſuper horizontem ante Solem extat, diem denuntiat. Jam verò alii tres Planetæ, Martis nimirum, Jovis & Saturni, habent peculiares celeritates & inæquales annos. Curſus autem ſuos juſtis ſpatiis conficiunt, ita ut certâ exploratâque cognitione percipi poſſint: quippe qui certis temporibus & appareant & lateant & deficiant, veróſque ortus & occaſus generent. Jam & manifeſtas apparitiones orientales & occiduas perficiunt ad Solem: qui DIEM ex eo curſu reddit, dum ab oriente ad occidentem pergit: NOCTEM verò alio contrario modo ex occidentis ad orientem motu: quatenus Sol videlicet ex illo Ejuſdem motu defertur: ANNUM verò, quatenus ſuo & peculiari motu. Ex duobus his motibus Sol duplicem curſum peragrat, dum univerſo quidem illo motu cœli circumfertur: & ſpiram gyrúmque obliquo quodam motu involvit. hoc quidem ſecundum unam partem dierum tempora & diſcrimina deſignat: illo verò, dum fixarum ſtellarum motu rapido circumvolvitur, ad unumquemque circuitum, Noctem & Diem facit. 1 Sunt verò hæ Temporis partes, quas Circuitus vocant. Deus autem TEMPUS cum

ἀλίῳ· οὐχ εἷς δὲ, ἀλλὰ πολλοὶ μὲν τῶν ἀπλανέων, πολλοὶ δὲ τῶν πλαζομένων. πᾶς δὲ ἐν μεγέθει ἀστὴρ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα πρὸ ἀλίω προγενόμενος, ἀμέραν ἀγγέλλει. τοὶ δ᾽ ἄλλοι τρεῖς, Ἄρεός τε καὶ Διὸς καὶ Κρόνω, ἔχοντι ἴδια τάχεα καὶ ἐνιαυτὼς ἀνίσως· ἐκτελέοντι δὲ τὸν δρόμον, περὶ καταλάψιας ποιεύμενοι, φάσιάς τε, καὶ κρύψιας, καὶ ἐκλείψιας, γεννῶντες ἀτρεκέας τε ἀνατολὰς καὶ δύσιας· ἔτι δὲ φάσιας φανερὰς ἑώας ἢ ἑσπερίας ἐκτελέοντι ποτὶ τὸν ἅλιον, ὃς ἀμέραν ἀποδίδωτι τὸν ἀπ᾽ ἀνατολᾶς ἐπὶ δύσιν αὐτῶ δρόμον· νύκτα δὲ, τὰν ἀπὸ δύσιος ἐπ᾽ ἀνατολὰν κίνασιν κατ᾽ ἄλλο ποιέεται, ἀγόμενος ὑπὸ τᾶς ταυτῶ φορᾶς· ἐνιαυτὸν δὲ, καττὰν αὐτῶ καθ᾽ ἑαυτὸν κίνασιν. ἐκ δὲ τουτέων τῶν κινασίων, δύο ἐωσᾶν, τὰν ἕλικα ἐκτυλίσσει, ποθέρπων μὲν κατὰ μίαν μοῖραν ἐν ἀμερησίῳ χρόνῳ, περιδινεύμενος δὲ ὑπὸ τᾶς τῶν ἀπλανέων σφαίρας, καθ᾽ ἑκάσταν περίοδον, ὄρφνας καὶ ἀμέρας. χρόνω δὲ τὰ μέρεα, τάσδε τὰς περιόδως λέγοντι, ἃς ἐκόσμησεν ὁ θεὸς σὺν κόσμῳ.

1 TEMPORIS deſcriptio, id eſt diei, menſis, anni διορισμὸς, iiſdem paginis.

κόσμῳ. οὐ γὰρ ἦν πρὸ κόσμω ἄϛρα· διόπερ οὐδ' ἐνιαυτός· οὐδ' ὡρᾶν περίοδοι, αἷς μετρέεται ὁ γεννατὸς * κόσμος οὗτος. εἰκὼν δέ ἐϛι τῶ ἀγεννάτω χρόνω, ὃν αἰῶνα ποταγορεύομες. ὡς γὰρ ποτ' αἴδιον παράδειγμα τὸν ἰδανικὸν κόσμον ὅδε ὠρανὸς ἐγεννάθη, οὕτως ὡς πρὸς παράδειγμα τὸν αἰῶνα ὅδε χρόνος σὺν κόσμῳ ἐδαμιουργήθη.

ipſo mundo ordinavit. non enim erant aſtra ante tempus, neque proinde annus, neque anni tempeſtates certis circuitibus diſtinctæ, quibus genitum hoc tempus definitur. Eſt autem tempus ingeniti temporis imago, quod Æternitatem vocamus. Quemadmodum enim hæc Univerſitas ad intelligibilis mundi exemplar creata eſt, ita & hoc tempus ad Æternitatem, veluti ad exemplar quoddam, cum mundo ab Opifice fuit conſtitutum.

Γᾶ δ' ἐν μέσῳ ἱδρυμένα, ἑϛία θεῶν, ὅρος τε ὄρφνας καὶ ἀμέρας γίνεται· δύσιάς τε καὶ ἀνατολὰς γεννῶσα κατ' ἀποτομὰς τῶν ὁριζόντων, ὡς τᾷ ὄψει καὶ τᾷ ἀποτομᾷ τᾶς γᾶς περιγραφόμενα. πρεσβύϛα δ' ἐντὶ τῶν ἐντὸς ὠρανῶ σωμάτων. οὐδέποκα ὕδωρ ἐγεννάθη δίχα γᾶς, οὐδὲ μάντοι ἀὴρ, χωρὶς ὑγρῶ. πῦρ τε ἔρημον ὑγρῶ καὶ ὕλας ἃς ἐξάπτοι, ἄυκ ἂν διαμένοι. ὥϛτε ῥίζα πάντων καὶ βάσις ἁ γᾶ ἐρήρειϛαι ἐπὶ τᾶς αὐτᾶς ῥοπᾶς. ἀρχαὶ μὲν ὧν τῶν γεννωμένων, ὡς μὲν ὑποκείμενον, ἁ ὕλα· ὡς δὲ λόγος μορφᾶς, τὸ εἶδος. ἀπογεννάματα δὲ τουτέων ἐϛὶ τὰ σώματα, γᾶ τε, καὶ ὕδωρ, ἀήρ τε, καὶ πῦρ. ὧν ἁ γέννασις τοιαύτα. ἅπαν σῶμα ἐξ ἐπιπέδων ἐϛί· τοῦ-

Terra porro in medio ſtabilita, deorum ſedes, terminus eſt noctis & diei: occaſus & ortus generat, prout cœli medium orbium illorum qui ὁρίζοντες [i. finientes] vocantur, quaſi abſciſſionibus dividitur. ſic enim ex vario terræ aſpectu eos circumſcribimus atque definimus. Antiquiſſimum verò eſt omnium quæ in hac univerſitate ſunt, corpus. neque enim Aqua nata eſt ſine terra, neque vero Aër ſine humido. Ignis autem humido, veluti materiâ quâ inflammetur, deſtitutus, haudquaquam poſſit conſiſtere. quocirca omnium radix & firmamentum aliorum, Terra eodem momento firmata eſt. Rerum igitur creatarum, ut ſubjectum, eſt Materia, veluti autem ratio proportióque formæ, eſt Idea. harum autem fœtus, Corpora: nimirum Terra, Aqua, Aër, Ignis. quorum quidem hujuſmodi eſt generatio atque

τὸ δὲ

* γρ. χρόνος.

1 Elementorum ipſorum συζυγία, conformatio, uſus pag. LIII, uſque ad LVIII.

1 K.

productio. Omne corpus ex planis conſtat : hoc verò ex Triangulis : quorum alter quidem eſt ex rectis angulis æqualium laterum, ſemiquadrangulus : alter autem inæqualium laterum, qui habet majorem angulum potentiâ triplum minoris. minimus verò in ipſo angulus, tertia recti pars eſt : hujus autem duplum, medius eſt. hic enim duarum tertiarum partium eſt : maximus autem rectus ad mediam ſeſquialteram proportionem habet : triplus autem eſt ad minimum. Hic igitur triangulus, ſemiquadrangulus eſt, quatenus cum æquilatero triangulo comparatur, perpendiculo bifariam abſciſſo à vertice ad imum, in partes æquales. duo igitur utrique ſunt rectanguli : at in uno, duo quidem latera, quæ quidem in recto ſunt, æqualia ſunt tantùm, in altero autem omnia tria inæqualia. Hæc verò figura Obliqua vocetur. Ille autem ſemiquadrangulus primordium fuit conſtituendæ terræ. nam quadrangulus ex his quatuor videlicet quadrangulis componitur. ex quadrangulo verò cubus generatur, omnium corporum firmiſſimum & maximè ſtatarium, ut nullam in partem moveri poſſit : utpote quod ſex latera, octo autem habeat angulos. Hâc nimirum conſtitutione Terra elementum eſt &

τὸ δὲ ἐκ τριγώνων, ὧν τὸ μὲν ὀρθογώνιον ἰσοσκελὲς, ἁμιτετράγωνον, τὸ δὲ, ἀνισόπλευρον, ἔχον τὰν μέζονα δυνάμει τριπλασίαν τᾶς ἐλάσσονος· ἁ δ' ἐλαχίστα ἐν αὐτῷ γωνία, τρίτον ὀρθᾶς ἐστι· διπλασία δὲ ταύτας, ἁ μέσα. δύο γὰρ τρίτων ἅδ' ἐστίν. ἁ δὲ μεγίστα ὀρθὰ, ἁμιόλιος μὲν τᾶς μέσας ἔασσα, τριπλασία δὲ τᾶς ἐλαχίστας. τοῦτο δ' ὦν τὸ τρίγωνον, ἁμιτρίγωνόν ἐστιν ἰσοπλεύρω τριγώνω, δίχα τετμαμένω καθέτῳ, ἀπὸ τᾶς κορυφᾶς ἐς τὰν βάσιν, ἐς ἴσα μέρεα. δύο ὀρθογώνια μὲν ὦν ἐντὶ ἑκατέρῳ· ἀλλ' ἐν ᾧ μὲν, ταὶ δύο πλευραὶ, ταὶ περὶ τὰν ὀρθὰν, μόναι ἴσαι· ἐν ᾧ δὲ, ταὶ τρεῖς πᾶσαι ἄνισοι. σκολιὸν δὲ τοῦτο μὲν καλέεσθω· κεῖνο δὲ ἁμιτετράγωνον, ἀρχὰ συστάσιος γᾶς. τὸ γὰρ τετράγωνον ἐκ τουτέων, ἐκ τεττόρων ἁμιτετραγώνων * συντεθειμένων. ἐκ δὲ τῶ τετραγώνω γεννᾶσθαι τὸν κύβον, ἑδραιότατον καὶ σταδαῖον πάντη σῶμα, ἓξ μὲν πλευρὰς, ὀκτὼ δὲ γωνίας ἔχον. κατ τοῦτο δὲ, βαρύτατόν τε καὶ δυσκίνατον ἁ γᾶ, ἀμετάβλητόν τε σῶμα ἐς * ἄλλα, διὰ τὸ

graviſſimum & difficulter mobile : Hujuſmodi quidem certè ut in aliud corpus tranſmutari nullo modo poſſit, quod nullam habeat cum ullo triangu-

ἀκοι-

* γρ. συντεθειμένον.

* γρ. ἄλλο.

* γρ.

ἀκοινώνευτον εἶμεν τῶ ἄλλω γένεος τῶ τριγώνω. μόνα γὰρ ἁ γᾶ ἀΐδιον σοιχεῖον ἔχει τὸ ἀμιτετράγωνον. τοῦτο δὲ σοιχεῖον τῶν ἄλλων σωμάτων ἐςὶ, πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος. ἑξάκις γὰρ συντεθέντος τῶ ἀμιτριγώνω, τρίγωνον ἐξ αὐτῶ ἰσόπλευρον γίνεται. ἐξ ὧ ἁ πυραμὶς, τέσσαρας βάσιας καὶ τὰς ἴσας γωνίας ἔχοισα, συντίθεται, εἶδος πυρὸς εὐκινατότατον, καὶ λεπτομερέσατον. μετὰ δὲ τοῦτο, ὀκτάεδρον, ὀκτὼ μὲν βάσιας, * ἓξ δὲ γωνίας ἔχον, ἀέρος σοιχεῖον. τρίτον δὲ, τὸ εἰκοσίεδρον, βασίων μὲν εἴκοσι, γωνιᾶν δὲ δώδεκα, ὕδατος σοιχεῖον, * πολυμερέσατον καὶ βαρύτατον. ταῦτα ὦν ἀπὸ ταυτῶ σοιχείω συγκείμενα ἐς ἄλλαλα τρέπεται. τὸ δὲ δωδεκάεδρον εἰκόνα τῶ παντὸς ἐςάσατο, ἔγγιςα σφαίρα ἐόν. πῦρ μὲν ὦν διὰ τὰν λεπτομέρειαν διὰ πάντων ἥκει· ἀήρ τε διὰ τῶν ἄλλων, ἔξω πυρός· ὕδωρ δὲ, διὰ τᾶς γᾶς. ἅπαντα δ' ὦν πλήρη ἐντὶ, οὐδὲν κενεὸν ἀπολείποντα. συνάγεται δὲ τᾷ περιφορᾷ τῶ παντὸς, καὶ ἠρεισμένα τρίβεται μὲν ἀμοιβαδὸν, ἀδιάλειπτον δὲ ἀλλοίωσιν ποτὶ γενέσιας καὶ φθορὰς ἀποδίδωτι. τούτοις δὲ ποτιχρεόμενος ὁ θεὸς, τόνδε τὸν κόσμον

lorum genere communitatem. ſola enim terra proprium habet & peculiare elementum, Semiquadrangulum. Hoc porro elementum eſt aliorum corporum, Ignis, aëris, aquæ, ſexies enim compoſito ſemiquadrangulo triangulus ex ipſo æqualibus fit cruribus: ex quo pyramis, quæ quatuor baſes & æquales angulos habet, componitur, ſpecies ignis maximè mobilis & tenuiſſimarum partium. Poſt hoc autem, id quod octo conſtat ſedibus, octo quidem baſes, octo verò angulos habens, eſt Aëris elementum. Tertium autem quod viginti ſedes habet, baſes quidem viginti, angulos autem duodecim, Aquæ elementum eſt, plurimarum partium atque graviſſimarum. Hæc igitur ab eodem elemento compoſita, inter ſe commutantur. At id quod duodecim conſtat ſedibus, imaginem Univerſi ſtatuit, quippe quod ad ſphæricam figuram proximè accedat. Ignis igitur ob partium tenuitatem per omnia penetrat: Aër item per alia elementa, excepto igne: Aqua autem, per terram. Omnia igitur plena ſunt, nec vacui quicquam relinquunt. Rapido autem illo univerſi motu circumaguntur, & firmata teruntur quidem viciſſim, indeſinentem verò alterationem ad ortus & interitus perficiunt. Horum miniſterio & operâ utens Deus hunc mundum conſtruxit: qui

* γρ. ὀκτὼ δὲ γωνίας.

* γρ. πολυμερέστερον καὶ βαρύτερον.

κατε-

quidem mundus propter terram tangi poteſt, videri autem propter ignem: quæ duo ſunt extrema. Per aërem verò & aquam, firmiſſimi cujuſdam vinculi proportione, mundum colligavit, quâ & ipſa & quæ per ipſam comprehenduntur, conſtringi contineríque poſſint. Si igitur id quod colligatur, planum fuerit, una medietas ſatis eſt: ſin verò ſolidum, duabus indiget. Duobus igitur mediis duo extrema adaptavit, ut eſſent, veluti ignis ad aërem, aër ad aquam, aqua ad terram: & viciſſim, ut ignis ad aquam, aër ad terram. & viciſſim, veluti terra ad aquam, aqua ad aërem, & aër ad ignem: & viciſſim, velut Terra ad aërem, aqua ad ignem. Quandoquidem autem omnia ſunt potentiâ æqualia, ipſorum rationes totæ ſunt in æqualitate. Unus igitur hic mundus felicis cujuſdam & planè divini vinculi proportione conſiſtit. Horum porro quatuor corporum unumquodque multas ſpecies habet. Ignis quidem, flammam, lucem, ſplendorem, propter triangulorum, qui in unoquoque ipſorum ſunt, inæqualitem. Eodem etiam modo & Aër, partim quidem purus & ſiccus, partim humidus & nebuloſus. Aqua etiam, quædam fluida eſt, quædam congelata, veluti nix, grando, glacies. Humor autem, alius eſt humidus, ut mel, oleum: alius, compactus, ut pix, cera. Compacti verò ſpecies, alia, fuſilis, ut aurum, argen-

κατεσκεύαξεν· ἁπτὸν μὲν, διὰ τὰν γᾶν· ὁρατὸν δὲ, διὰ τὸ πῦρ· ἅπερ δύο ἄκρα. δι᾽ ἀέρος δὲ καὶ ὕδατος συνεδήσατο δεσμῷ κρατίστῳ, ἀναλογίᾳ, ἃ καὶ αὐτὰν καὶ τὰ δι᾽ αὐτᾶς κρατεόμενα συνέχεν δύναται. εἰ μὲν ὦν ἐπίπεδον εἴη τὸ συνδεόμενον, μία μεσότας ἱκανὰ ἐστιν· εἰ δὲ καὶ στερεὸν, δύο χρήζει. δυσὶν ὦν μέσοις δύο ἄκρα προσαρμόξατο, ὅκως εἴη ὡς πῦρ ποτ᾽ ἀέρα, ἀὴρ ποτὶ ὕδωρ, καὶ ὕδωρ ποτὶ γᾶν· καὶ κατ᾽ ἐναλλαγὰν, ὡς πῦρ ποτὶ ὕδωρ, ἀὴρ ποτὶ γᾶν· καὶ ἀνάπαλιν, ὡς γᾶ ποτὶ ὕδωρ, ὕδωρ ποτ᾽ ἀέρα, καὶ ἀὴρ ποτὶ πῦρ· καὶ κατ᾽ ἐναλλαγὰν, ὡς γᾶ ποτ᾽ ἀέρα, ὕδωρ ποτὶ πῦρ. καὶ ἐπεὶ δυνάμει ἴσα ἐντὶ πάντα, τοὶ λόγοι αὐτῶν ἐν ἰσονομίᾳ ἐντί. εἷς μὲν ὦν ὅδε ὁ κόσμος δαιμονίῳ δεσμῷ τὸ ἀνάλογόν ἐστι. ἕκαστον δὲ τῶν τεττάρων σωμάτων πολλὰ εἴδεα ἔχει. πῦρ μὲν, φλόγα, καὶ φῶς, καὶ αὐγὰν, διὰ τὰν ἀνισότατα τῶν ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν τριγώνων. κατ᾽ αὐτά τε καὶ ἀὴρ, τὸ μὲν, καθαρὸν καὶ αὖον, τὸ δὲ, νοτερὸν καὶ ὁμιχλῶδες. ὕδωρ τε, τὸ μὲν, ῥυτὸν· τὸ δὲ πακτόν· ὁκόσον χιών τε καὶ πάχνα, χάλαζά τε καὶ κρύσταλλος. ὑγρόν τε, τὰ μὲν ῥυτὸν, ὡς μέλι, ἔλαιον· τὸ δὲ, πακτὸν, ὡς πίσσα, κηρός. πακτῶ δὲ εἴδεα, τὸ μὲν, χυτόν· χρυσός,

ἀργυ-

ἄργυρος, χαλκὸς, κασσίτερος, μόλιβδος, σταγών· τὸ δὲ, θραυστόν· θεῖον, ἄσφαλτον, νίτρον, ἅλες, στυπταρία, λίθοι τοὶ ὁμογενέες.

tum, æs, ſtannum, plumbum, ferri defæcati genus, quod σταγόνα ſive σταγονίαν vocant: alia, fragilis, ut ſulphur, bitumen, nitrum, ſal, alumen, & lapides ejuſdem generis.

ΜΕΤΑ' δὲ τὰν τῶ κόσμω σύστασιν, ζώων θνατῶν γέννασιν ἐμαχανάσατο, ἵν' ᾖ τέλεος, ποτὶ τὰν εἰκόνα παντελῶς ἀπειργασμένος. τὰν μὲν ὧν ἀνθρωπίναν ψυχὰν ἐκ τῶν αὐτῶν λόγων καὶ δυναμίων συγκερασάμενος, καὶ μερίξας, διένειμε τᾷ φύσει τᾷ ἀλλοιωτικᾷ παραδούς. διαδεξαμένα δ' αὐτὸν ἐν τῷ ἀπεργάζεν θνατά τε καὶ ἐφαμέρια ζῶα, ὧν τὰς ψυχὰς ἐπιῤῥύτως ἐνέσταγε, τὰς μὲν, ἀπὸ σελάνας, τὰς δ', ἀφ' ἀλίω· τὰς δὲ, ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν πλαζομένων ἐν τᾷ τῶ ἑτέρω μοίρᾳ· ἔξω μιᾶς τᾶς τῶ αὐτῶ δυνάμιος, ἂν ἐν τῷ λογικῷ μέρει ἔμιξεν, εἰκόνα σοφίας τοῖς εὐμοιρατοῦσι. τᾶς μὲν γὰρ ἀνθρωπίνας ψυχᾶς τὸ μὲν, λογικόν ἐστι καὶ νοερὸν, τὸ δ', ἄλογον καὶ ἄφρον. τῶ δὲ λογικῶ τὸ μὲν κρέσσον, ἐκ τᾶς ταυτῶ φύσιος· τὸ δὲ χέρειον, ἐκ τᾶς τῶ ἑτέρω. ἑκά-

1 JAM VERO poſt mundi conſtitutionem, mortalium animantium generationem molitus eſt Deus ut ad imaginem illam perfectus eſſet planè atque abſolutus. 2 Humanam igitur animam ex iiſdem rationibus atque potentiis contemperatam atque diviſam diſtribuebat, Naturæ alteratrici hoc tributo miniſterio: quæ acceptis harum rerum mandatis, ipſius Opificis quaſi vicem obivit in mortalibus & *diurnis* animalibus efficiendis, quorum animas quaſi per fluxum quendam inſtillabat: ita alias quidem à Luna, alias à Sole, alias à cæteris quæ in Alterius parte oberrant aſtris deducebat. Unam animam excepit, quæ Ejuſdem potentiâ prædita eſt, quam in parte illa rationis participe admiſcuit, imaginem ſapientiæ his qui bono fato utuntur. nam humanæ animæ altera pars rationis eſt particeps & intelligens: altera, rationis expers atque inſipiens. Ejus verò quæ rationis eſt particeps, melior potiórque pars de Ejuſdem natura eſt: deterior verò, Alterius. Utraque autem circa caput ſedem ha-

τερον

1 Animalium, & hominis maximè, qui cæteris animalibus dignitate præſtat, μικρόκοσμος nimirum, creatio. Corporum autem creandorum poteſtatem, ut ξυναιτίῳ & Opificis miniſtræ Naturæ tribuit, diſtinctius quàm Plato, qui θεῶν illorum γεννητῶν crebriorem facit mentionem quàm philoſophum deceret: cui eſt inhoneſta in rebus maximis ἀκυρολογία. p. x l i. &c.

2 De animæ creatione. Ibidem.

1 De

bet. ut reliquæ tum animæ tum corporis partes huic inſerviant, quemadmodum ſub ipſo corporis tabernaculo univerſo. 1 At partis ejus quæ rationis eſt expers; ea pars quæ ad iram prona eſt, circa cor: ea quæ concupiſcit, circa jecur ſedem habet. Jam verò Cerebrum, eſt principium & radix medullæ, in eóque etiam eſt animæ principatus. Ab hoc autem diffuſio quædam manat per dorſi vertebras, quaſi prono alveo, ut inde ad ſemen generationémque materia ſufficiatur. Oſſa autem, medullarum munimenta ſunt: Caro, horum tegmen & cooperimentum eſt. Articulos autem nervis connexuit per ligamenta ad modum. Ex internis autem inſtrumentis quædam alimenti gratiâ, quædam ſalutis fecit. Ex motibus autem qui ab externis proficiſcuntur, hi qui ad ſapientem illum locum tribuuntur, ſenſibus ſunt expoſiti: qui verò ſub perceptionem non cadunt, ſenſus effugiunt: ſive quòd corpora quæ afficiuntur, magis ſint terrea, ſive quòd motus ſint imbecilliores. Quicunque igitur motus ſint, qui naturam excedunt, dolorem pariunt: quicunque autem ad ipſam reſtituuntur, Voluptates nominantur. At verò ex ſenſibus viſum quidem nobis accendit Deus ad rerum cœleſtium contemplationem ſcientiámque comparandam. Audi-

τερον δὲ περὶ τὰν κεφαλὰν ἵδρυται μένον, ὡς τἄλλα μέρεα τᾶς ψυχᾶς καὶ τῶ σώματος ὑπηρετέεν τούτῳ, καθάπερ ὑπ' αὐτῷ τῶ σκάνεος ἅπαντος. τῶ δ' ἀλόγω μέρεος τὸ μὲν θυμοειδὲς, περὶ τὰν καρδίαν· τὸ δ' ἐπιθυματικὸν, περὶ τὸ ἧπαρ. τῶ δὲ σώματος, ἀρχὰν μὲν καὶ ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἁγεμονία· ἀπὸ δὲ τούτω, * ἀπόχυμα ῥεῖ διὰ τῶν νωτίων σπονδύλων τὸ λοιπὸν, ἐξ ὧ ἐς σπέρμα καὶ γόνον μερίζεται. ὀστέα δὲ, μυελῶν περιφράγματα. τουτέων δὲ σκέπαν μὲν τὰν σάρκα καὶ προκάλυμμα· συνδέσμοις δὲ ποττὰν κίνασιν τοῖς νεύροις σύναψε τὰ ἄρθρα. τῶν δ' ἐντοσθίων τὰ μὲν, τροφᾶς χάριν, τὰ δὲ, σωτηρίας. Κινασίων δὲ, τῶν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς, τὰς μὲν ἀναδιδομένας εἰς τὸν φρονέοντα τόπον, αἰσθασίας εἶμεν· τὰς δ' ὑπ' ἀντίλαψιν μὴ πιπτοίσας, ἀνεπαισθάτως, ἢ τῷ τὰ πάσχοντα σώματα γεωδέστερα εἶμεν, ἢ τῷ τὰς κινάσιας ἀμενηνοτέρας γίγνεσθαι. ὁκόσαι μὲν ὦν ἐξιστᾶντι τὰν φύσιν, ἀλγειναὶ ἐντί· ὁκόσαι δὲ ἀποκαθιστᾶντι ἐς αὐτὰν, ἁδοναὶ ὀνυμαίνονται. τᾶν δ' αἰσθασίων τὰν μὲν ὄψιν ἄμμιν τὸν θεὸν ἀνάψαι ἐς θέαν τῶν ὠρανίων, καὶ ἐπιστάμας ἀνάλαψιν·

τὰν

1 De corporis creatione, pag. XLIII. &c. uſque ad XLVIII. De ſingulis corporis partibus, earúmque officiis atque miniſteriis, pag. LXI, uſque ad LXXXI. &c.

* γρ. οἷον ἀπόχυμα.

τὰν δ' ἀκοὰν, λόγων καὶ μελῶν ἀντιλαπτικὰν ἔφυσεν· ἇς στερισκόμενος ἐκ γενέσιος ὁ ἄνθρωπος, οὔτε λόγον ἔτι προέσθαι δυνάσεται. διὸ καὶ συγγενεστάταν τῷ λόγῳ ταύταν αἴσθασιν φαντὶ εἶμεν. ὁκόσα δὲ πάθεα τῶν σωμάτων ὀνυμαίνεται, ποτὶ τὰν ἀφὰν κλήζεται, τᾷ δὲ ῥοπᾷ ποτὶ τὰν χώραν. ἁ μὲν γὰρ ἀφὰ κρίνει τὰς ζωτικὰς δυνάμιας, θερμότατα, ψυχρότατα· ξηρότατα, ὑγρότατα· λειότατα, τραχύτατα· εἴκοντα, ἀντίτυπα· μαλακὰ, σκλαρά. βαρὺ δὲ καὶ κοῦφον ἀφὰ μὲν προκρίνει, λόγος δ' ὁρίζει, τᾷ ἐς τὸ μέσον καὶ ἀπὸ τῶ μέσω νεύσει. κάτω δὲ καὶ μέσον, ταυτὸν φαντί. τὸ γὰρ κέντρον τᾶς σφαίρας, τοῦτό ἐστι τὸ κάτω· τὸ δ' ὑπὲρ τουτῶ, ἄχρι τᾶς περιφερείας, ἄνω. τὸ μὲν ὦν θερμὸν, λεπτομερές τε καὶ διαστατικὸν τῶν σωμάτων δοκεῖ εἶμεν· τὸ δὲ ψυχρὸν, παχυμερέστερον πόρων καὶ συμπιλωτικόν ἐστι. τὰ δὲ περὶ τὰν γεῦσιν ἔοικε τᾷ ἀφᾷ. συγκρίσει γὰρ καὶ διακρίσει, ἔτι δὲ τᾷ ἐς τὼς πόρως διαδύσει, καὶ τοῖς σχημάτεσσιν, ἢ στρυφνὰ, ἢ λεῖα. ἀποτάκοντα δὲ καὶ ῥύπτοντα τὰν γλῶτταν, στρυφνὰ φαίνεται· μετριάζοντα δὲ τᾷ ῥύψει, ἁλμυρά· ἐκπυροῦντα δὲ, καὶ διαιρέοντα τὰν σάρκα, δριμέα· τὰ δ' ἐναντία, λεῖά τε

tum autem creavit, accommodatum inſtrumentum ad ſermones & concentus percipiendos: cujus ſenſus beneficio ſi homo ab ipſo ortus primordio deſtitutus ſit, ſermonis quoque emittendi facultate deſtituetur. Itaque maximè cognatum ſermoni hunc ſenſum eſſe aiunt. Quæcunque verò affectiones corporum nominantur, tactus ratione appellationem ſortiuntur: ipsâ verò inclinatione, ad locum. tactus enim vitales facultates dijudicat, caliditatem, frigiditatem: ſiccitatem, humiditatem: lenitatem, aſperitatem: cedentia, renitentia: mollia, dura. Tactus autem grave & leve præjudicat: ratio verò definit atque determinat, eâ inclinatione quæ & ad medium & à medio tendit. Deorſum verò & medium idem omnino eſſe aiunt. nam centrum ſphæræ, ipſum eſt illud Deorſum: quod verò ſupra hoc eſt uſque ad circumferentiam, Surſum vocant. Calidum igitur tenuiſſimarum eſt partium, & vim habet atque facultatem corporum diſparandorum. Frigidum verò, craſſiorum eſt partium & meatus conſtringit. Guſtus autem tactui ſimilis eſt. nam concretione & diſcretione, præterea & ſubtili quodam ad meatus ingreſſu, & figuris, aut acerba ſunt aut lenia ea quæ ad guſtum pertinent. Nam ea quæ vim habent inducendi ſtuporem in linguam, ejúſque abſtergendæ, Acerba ſentiuntur: quæ moderatè linguam abſtergunt, Salſa: at quæ linguam inflammant, &

καὶ

in carnem penitius immanant, Acria. at contraria & lævia & dulcia, in ſuccum eliqueſcunt. Odoris porro ſpecies diſtinctæ non ſunt. per anguſtos enim meatus percolantur, qui ſolidiores quidem ſunt quàm ut contrahi & diſpeſci poſſint putrefactionibus & concoctionibus terræ, rerúmque terrearum. ſunt vero vel jucundi vel injucundi odoris. Vox autem, ictus in aëre [aëre intermedio] ad animum perveniens per aures: quarum aurium meatus procedentes ad jecur uſque contingunt. in his eſt ſpiritus, cujus motus eſt auditus. Vocis vero & auditus alia velox, alia acuta, alia tarda: gravis media, nullis tamen certæ menſuræ terminis definita: & alia quidem multa & diffuſa magna eſt: alia pauca & contracta, parva: alia vero ad rationes Muſicas ordinata, concinna eſt: alia confuſa & à ratione aliena, abſurda eſt atque intemperata. Quartum autem genus eorum quæ ſub ſenſus cadunt, varias habet atque multiplices ſpecies. ea porro dicuntur viſibilia: quo genere & varii colores & coloratæ res quamplurimæ comprehenduntur. Primi autem colores ſunt quatuor, Albus, niger, ſplendidus, puniceus. reliqui enim ex his permixtis generantur. Albus igitur color viſum diſpeſcit, niger componit atque coagmentat: quemadmodum Calidum diffundit tactum: frigidum con-

καὶ * γλυκέα, κεχύλωται. Ὀσμᾶς δὲ εἴδεα μὲν οὐ κεχώρισται. διὰ γὰρ ςενῶν πόρων διηθεῖται, ςερροτέρων ὄντων ἢ ὡς συνάγεσθαι καὶ διίςασθαι, σάψεσι καὶ πέψεσι, γᾶς τε καὶ γεωειδέων, εὐώδεά τε καὶ δυσώδεα εἶμεν. Φωνὰ δ' ἐςὶ μὲν πλᾶξις ἐν ἀέρι, διϊκνουμένα ποτὶ τὰν ψυχὰν δι' ὤτων, ὧν τοὶ πόροι διήκοντι ἄχρις ἥπατος χωρέοντες. ἐν τούτοις πνεῦμα, οὗ ἁ κίνασις ἀκοά ἐςι. Φωνᾶς δὴ καὶ ἀκοᾶς, ἃ μὲν, ταχεῖα, ὀξεῖα· ἃ δὲ * βραδεῖα· μέσα δ' ἁ συμμετροτάτα. καὶ ἃ μὲν πολλὰ καὶ κεχυμένα, μεγάλα· ἃ δὲ ὀλίγα καὶ συναγμένα, μικρά. ἃ δὲ τεταγμένα ποτὶ λόγως μωσικῶς, ἐμμελής· ἃ δὲ ἄτακτός τε καὶ ἄεργος, ἐκμελής τε καὶ ἀνάρμοσος. Τέταρτόν δὲ γένος αἰσθατῶν, πολυειδέςατον καὶ ποικιλώτατον. ὁρατὰ δὲ λέγεται· ἐν ᾧ χρώματά τε παντοῖα, καὶ κεχρωσμένα μυρία. πρᾶτα δὲ, τέττορα· λευκὸν, μέλαν, λαμπρὸν, φοινικοῦν. τἆλλα γὰρ ἐκ κιρναμένων τούτων γεννᾶται. τὸ μὲν ὦν λευκὸν διακρίνει τὰν ὄψιν, τὸ δὲ μέλαν συγκρίνει· ὅκως περ τὸ θερμὸν διαχεῖ τὰν ἁφὰν, τὸ δὲ ψυ-

χρὸν

* γρ. γλυκέα ἢ χύλῳ.

* *Invenitur etiam* βαρεῖα *poſt* βραδεῖα *ut legatur*, ἃ μὲν ταχεῖα, ὀξεῖα· ἃ δὲ βραδεῖα βαρεῖα. *Sic autem legendo, hic ſenſus fuerit*, *Velox quidem, acuta: tarda autem gravis. Paulo poſt autem pro* ἄεργος *invenitur* ἄλογος.

* Fat.

χρὸν συνάγεν δύναται· καὶ τὸ μὲν ϛρυφνὸν, συνάγεν τὰν γεῦσιν, τὸ δὲ δριμὺ, διαιρέεν πέφυκε. τρέφεται δὲ τὸ σκᾶνος τῶν ἐναερίων ζώων καὶ συνέχεται, τᾶς μὲν τροφᾶς διαδιδομένας διὰ τῶν φλεβῶν ἐς ὅλον τὸν ὄγκον, κατ᾽ ἐπιῤῥοάν· οἷιν δι᾽ ὀχετῶν ἀγομένας καὶ ἀρδομένας ὑπὸ τῶ πνεύματος, ὃ διαχεῖ αὐτὰν ἐπὶ τὰ πέρατα φέρον. Ἁ δ᾽ ἀναπνοὰ γίνεται, μηδενὸς μὲν κενεῶ ἐν τᾷ φύσει ἐόντος, ἐπιῤῥέοντος δὲ καὶ ἑλκομένω τῶ ἀέρος ἀντὶ τῶ ἀποῤῥέοντος διὰ τῶν ἀοράτων ϛομίων, δι᾽ ὧν καὶ ἁ νοτὶς ἐπιφαίνεται. τινὸς δὲ καὶ ὑπὸ τᾶς φυσικᾶς θερμότατος ἀπαναλωμένω. ἀνάγκα ὦν ἀντικαταχθῆμεν τὸ [illegible]ον τῷ ἀναλωθέντι[illegible] εἰ δὲ μὴ[illegible] κενώσιας εἶμεν. [illegible]περ ἀμάχαν[illegible]ν. οὐδὲ γὰρ ἔτι * εἴη κα[illegible] καὶ ἓν τὸ ζῶον, διαι[illegible]μένω τῶ σκάνεος ὑπὸ τῶ κενῶ. ἁ δ᾽ ὁμοία ὀργανοποιΐα γίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων, κατ τὰν τᾶς ἀναπνοᾶς ἀναλογίαν. ἁ γὰρ σικύα καὶ τὸ ἄλεκτρον, εἰκόνες ἀναπνοᾶς ἐντί. ῥεῖ γὰρ διὰ τῶ σώματος ἔξω θύραζε τὰ πνεύματα, ἀντεπεισάγεται δὲ διὰ τᾶς ἀναπνοᾶς, τῷ τε ϛόματι καὶ ταῖς ῥισίν· εἶτα πάλιν, οἷον εὔριπος,

trà poteſt contrahere : & acerbum quoque guſtum contrahere, acre verò diducere ſolet naturali quâdam facultate. Porro animalium eorum quæ aërem inſpirant, corpus & nutritur & conſervatur, dum alimentum per venas in univerſam corporis molem diſtribuitur, & defluxione quâdam veluti per canales derivatur, & à ſpiritu irrigatur, qui eum ad extremos uſque fines efficaci quodam motu diffundit. Reſpiratio autem fit quum nihil vacui in natura ſit: aër autem per oſcula quæ videri non poſſunt, & attrahitur, & influit in ejus vicem qui effluxit. ex illis etiam meatibus mador ſudórque perſpicuè exiſtit in ſuprema cutis parte. Jam quum & aliquid de ipſo à naturali calore abſumatur, neceſſe eſt viciſſim introduci æqualem motum ejus qui conſumptus eſt, quod niſi fieret, vacuum aliquid daretur in rerum natura: quod fieri nullo modo poteſt. non enim perpetuo illo motu quo ſolet animal quaſi fluere, vires ſuas reficere atque inſtaurare poſſet, ut unum videlicet perduret, ſi corporis tabernaculum à vacuo divideretur. Similis autem inſtrumentorum ſolet eſſe molitio, & in ipſis quidem inanimis, ex ea reſpirationis reciproca proportione. cucurbitula enim & ſuccinum imagines ſunt reſpirationis. nam fluunt per corpus foras ſpiritus, viciſſim autem introducuntur per reſpirationem & ore & naribus. deinde rurſus velut Euripus, viciſ-

ἀντε-

* *Fer. εἴη κασύῤῥοον. aut certè poſt particulam καὶ aliud quodpiam hujuſmodi vocabulum ſcriptum fuit.*

* *In*

ſim feruntur in corpus. illud verò ſecundum influxiones diſtenditur. At cucurbitula conſumpto igne ab aëre, attrahit humorem : ſuccinum verò excreto ſpiritu, ſuſcipit ſimile corpus.

Omne vero alimentum à radice quidem cordis, à fonte vero ventriculi in corpus inducitur. quod etiam, ſi plus irrigatur quàm defluat, Incrementum dicitur : ſi vero minus, Imminutio. Vigor autem in horum confinio conſiſtit, & in defluxionis ac influxionis æqualitate intelligitur. Quum autem conſtitutionis compages diſſolvuntur, ſi non ampliùs tranſitus eſt ſpiritui, aut alimentum minimè diſtribuitur, animal interit. Multæ vero ſunt peſtes & noxæ vitæ, & mortis cauſæ. unum autem genus nominatur Morbus. morborum vero princeps & primaria cauſa, eſt primarum facultatum intemperies atque perturbatio: ſi videlicet ſimplices facultates vel redundarint vel defecerint: caliditas nimirum, frigiditas, humiditas aut ſiccitas. Poſt has autem ſunt ſanguinis mutationes & alterationes ex corruptione, & depravationes carnis tabidæ : ſi viciſſitudinum alternationibus ad acidum vel ſalſum aut acre, ſanguinis alterationes aut carnis tabes exiſtant. Hinc enim bilis & pituitæ origines, humores morboſi & humorum putrefactiones, tenues quidem, ſi in

quit, nihil audivisti? Ergo ego te, ſicut video, rerum novarum epulis lautè excipiam. Ac ſtatim eſt illi aut miles aliquis, aut Aſtei tibicinis puer, aut manceps Lyco qui ex ipſo prælio ſit reverſus, à quo ſe dicat audiiſſe: auctores ſiquidem ille tales eorum quæ dictitat profert, quos nemo queat arguere. Refert autem accepiſſe ſe ab illis, Polyſperchontem cum rege hoſtes prælio fudiſſe, & ſuperâſſe: Caſſandrúmque vivum in hoſtium poteſtatem veniſſe. Quòd ſi quis ei dicat, Tu autem hæc credis? Imò, inquiet; rem enim clariſſimâ omnium voce totâ urbe ferri; rumorem creſcere; omnes congruere; eadem enim de prælio ab omnibus narrari: magnum nimirum eâ pugnâ fartum eſſe factum. Idque ſe ex eorum etiam vultu, qui rem gerunt publicam, colligere: quem viderit ipſis penitùs immutatum. Addit deinde ſe inaudiſſe, quendam qui ex Macedoniâ advenerit, quíque omnibus quæ geſta ſunt interfuerit, quintum jam diem ab illis domi occultari. Atque ubi hæc commemoravit, miſerationes adjicit: at ſcin' quomodo? ſanè quam perſuaſibiliter. O infelicem, inquiens, Caſſandrum! O virum ærumnoſum! En Fortuna quid poſſit. at fuit certè Caſſander præpotens. Tu verò,

[7] δεῖ

3 γ. μάχῃ.
4 πάντα συμφωνεῖν. MS. & Stob. Iidem, ταῦτα γὰρ λέγειν.

5 Ita MS. Step. & Cam. ſed φόνον Stob.
6 πιθανὸς σχετλιάζει MS.

7 δεῖ

ait, tacitum hoc tecum habere oportet. ipſe autem ad civium unumquemque accurrit, ut ei omnia narret. Equidem mirari ſoleo quid ſibi homines hoc genus falſis rumoribus fingendis ſpargendíſque velint: quæ res, ut taceam mendacii turpitudinem, non raro ipſis incommoda evenit. Factum enim ſæpe, ut dum iſti in balneis concurſus facerent, veſtes intereà ſuas furto amitterent: alii dum in porticu aut pedeſtri aut navali prælio vincunt, quòd vadimonium non ſtitiſſent, graviter multati ſunt. Quibuſdam etiam, dum urbes verbis ſuis fortiter caperent, cœna intereà loci periit. Enimverò miſera eſt iſtorum vita & conditio: nam quæ porticus eſt, quæ officina, quæ fori pars, in quâ dies non traducant integros, magno cum audientium, quos falſis ſuis narrationibus obtundunt, tædio?

[7] δεῖ δὲ αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι, πᾶσι δὲ τοῖς ἐν τῇ πόλει προσδεδράμηκε λέγων. τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τεθαύμακα [8] τί ποτε βούλονται λογοποιοῦντες· οὐ γὰρ μόνον ψεύδονται, ἀλλὰ καὶ ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι, τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν· οἱ δ' ἐν τῇ στοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες, ἐρήμους δίκας ὠφλήκασιν. εἰσὶ δ' οἱ καὶ πλεῖστοι [9] λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν. πάνυ δὲ ταλαίπωρον αὐτῶν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα. ποίᾳ γὰρ οὐ στοᾷ, ποίῳ δὲ ἐργαστηρίῳ, ποίῳ δὲ μέρει τῆς ἀγορᾶς οὐ διημερεύουσιν, ἀπαυδᾶν ποιοῦντες τοὺς ἀκούοντας οὕτως, καὶ καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις;

De Impudentiâ. 10.

IMpudentiam definire licet, famæ neglectum turpis quæſtûs gratiâ. Impudens autem is eſt, qui ſolet pecuniam mutuò rogaturus ad eum accedere, cujus aliquid per fraudem detineat: deinde quum ſacra diis facit, carnes victimæ ſuæ ſale aſperſas, condit, ipſe apud alium cœnans: atque ibi pediſequum ſuum compellans, ſublatis de menſâ carnium fru-

Περὶ Ἀναισχυντίας. ιά.

ΗΔὲ ἀναισχυντία ἐστι μὲν, ὡς ὅρῳ λαβεῖν, καταφρόνησις δόξης αἰσχροῦ ἕνεκα κέρδους. ὁ δὲ ἀναίσχυντος τοιοῦτος, οἷος πρῶτον μὲν ὃν ἀποστερεῖ, πρὸς τοῦτον ἀπελθὼν δανείζεσθαι. εἶτα θύσας τοῖς θεοῖς, αὐτὸς μὲν δειπνεῖν παρ' ἑτέρῳ, τὰ δὲ κρέα ἀποτιθέναι ἁλσὶ πάσας· καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι,

7 δεῖν Stob. & αὐτὸν σε, MS. Opor. Cam. Stob. ——

8 Τί δήποτε MS.

9 πλεῖστοι, λόγῳ, Stob.

ναι, ἀπὸ τῆς τραπέζης ἄρας, κρέας καὶ ἄρτον, καὶ εἰπεῖν ἀκουόντων πάντων, εὐωχοῦ τίμιε. καὶ ὀψωνῶν δὲ, ὑπομιμνήσκειν τὸν κρεωπώλην, εἴ τι χρήσιμον αὐτῷ γέγονε. καὶ ἑστηκὼς πρὸς τῷ σαθμῷ, μάλιστα μὲν κρέας, εἰ δὲ μὴ, ὀσοῦν εἰς τὸν ζυγὸν [1] ἐμβάλλειν· καὶ [2] ἐὰν μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει· εἰ δὲ μὴ, ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης χολίκιον, ἅμα γελῶν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ξένοις δὲ αὐτοῦ [3] θέαν ἀγοράσας, μὴ δοὺς τὸ μέρος, θεωρεῖν. ἄγειν δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς εἰς τὴν ὑςεραίαν, καὶ τὸν παιδαγωγόν. καὶ ὅσα ἐωνημένος [4] ἄξιά τις φέρει, μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ. καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐλθὼν, δανείζεσθαι κριθὰς, ποτὲ δὲ ἄχυρον. καὶ ταῦτα χρήσαντας, ἀναγκάσαι ἀποφέρειν πρὸς αὐτὸν. δεινὸς δὲ καὶ πρὸς τὰ χαλκεῖα τὰ ἐν τῷ βαλανείῳ προσελθὼν, καὶ βάψας [5] ἀρύταιναν, βοῶντος τοῦ βαλανέως, αὐτὸς [6] αὐτοῦ καταχέασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι [7] λέλουται, ἀπιών. [8] κἀκεῖ, Οὐδεμία σοι χάρις.

ſto, & pane, in omnium auribus, Tu vir honeſte, inquit, epulare hilariter. Quando obſonatur, lanium meminiſſe jubet, ſi ullâ unquam in re fuerit de eo benè meritus; deinde autem trutinæ aſſiſtens, principio quidem carnes; ſed ſi id non poſſit, os ſaltem aliquod in lancem injiciet: quod ſi auferre queat, id optimè: ſi non, tum ille è menſâ vel aliquod inteſtinorum fruſtum rapiet, & cum riſu diſcedet. Jam ſi peregrinis apud ſe divertentibus locum in theatro ad ſpectandum emerit, ipſe quoque nullo pro capite ſuo dato ære ſpectatum veniet: quinetiam liberos ſuos cum pædagogo eódem ſecum poſtero die ducere non dubitabit. Quæcunque autem parvo empta ferentem aliquem viderit, ſibi quoque communicari jubebit. Et ubi ad ædes alienas venerit, vel hordeum, vel, ſi uſus ita tulerit, paleam mutuaturus, eos coget à quibus acceperit, id quod dederint, domum ſibi apportare. Sæpe etiam in balneis ad aëna accedens poſtquàm arytænam merſam replevit, ſeſe ipſe, non ſine magno balneatoris clamore, perfundit: dein diſcedens, Lavi, inquit: & ad balneatorem converſus, Ego verò, ait, gratiam tibi nullam.

Περὶ

1 ἐμβαλεῖν MS.
2 ἐὰν μὲν λάβῃ. MS.
3 Pro κρέας, quod plurimi codd. habent, Caſaubonus in nonnullis invenit θέαν.
4 Stob. deeſt ἄξια.

5 ἀρύταινα eſt trulla balnearia, cujus formam habes apud Urſin. in appendice ad Ciac.
6 γρ. αὐτόν.
7 Opor. & Stob. λέγει.
8 f. κἀκεῖνο.

1 Opor.

De Sordidâ parſimoniâ. II.

SOrdida parſimonia eſt ſtudium parcendi ſumptibus ultra modum. Sordidè parcus is eſt, qui à *ſodalibus apud ſe convivia agitare ſolitis*, tanquam pro menſtruâ domûs penſione ſemiobolum exigat: & in convivio quot quiſque calices educat, numeret: qui etiam ex omnibus convivis Dianæ minima libamenta offerat. Jam quæcunque ei quiſpiam fert impenſa, etſi parvo empta, nimio tamen conſtare dicet. Si famulus ollam aut patinam fregerit, de ejus demenſo tantum detrahet, quanti erat quòd fractum eſt. Quòd ſi uxor trichalcum amiſerit, ille verò omnem ſuppellectilem, lectos etiam, atque capſas loco movebit, & omnia ſtragula ſcrutabitur. Quicquid vendit, tanti vendit, ut emptori ea res cedere bono non queat. Ficum de ſuo horto neminem guſtare ſiverit: neminem per fundum ſuum tranſire: aut ullam cadivam olivam, palmulámve auferre. quotidie terminos inſpectat ſuos, ecquid immoti eodem loco iidem maneant. Porrò autem debitum ſi quis

Περὶ Μικρολογίας. ιά.

Ἡ Δὲ μικρολογία ἐςὶ φειδωλία [1] τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν. ὁ δὲ μικρολόγος τοιοῦτός τις, οἷος ἐν τῷ μηνὶ [2] ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, καὶ [3] συσσιτῶν ἀριθμεῖν πόσας κύλικας ἕκαςος [4] πέπωκε· καὶ ἀπάρχεσθαι ἐλάχιςον τῇ Ἀρτέμιδι τῶν συνδειπνούντων. καὶ ὅσα μικροῦ τις πριάμενος λογίζεται, πάντα φάσκειν εἶναι [5] ἄγαν. καὶ οἰκέτου χύτραν ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπρᾶξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. καὶ τῆς γυναικὸς [6] ἀποβαλούσης τρίχαλκον, οἷος μεταφέρειν τὰ σκεύη, καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰς κιβωτοὺς, καὶ [7] διφᾶν τὰ καλύμματα. καὶ ἐάν τι πωλῇ, τοσούτου ἀποδόσθαι ὥςτε μὴ λυσιτελεῖν τῷ πριαμένῳ. καὶ [8] οὐκ ἂν ἐάσαι οὔτε συκοτραγῆσαι ἐκ τοῦ αὐτοῦ κήπου, οὔτε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀγροῦ πορευθῆναι, οὔτε [9] ἐλαίαν ἢ φοίνικα τῶν χαμαὶ πεπτωκότων ἀνελέσθαι. καὶ τοὺς ὅρους δὲ ἐπισκοπεῖσθαι [10] ὁσημέραν, εἰ διαμένου-

1 Opor. Stob. MS. τὴν διαφόρων. Stobæus etiam, ὑπὲρ τὴν καιρῶν.

2 Caſaub. Idem in ſuo reperit ἐλθὼν ἐπὶ. & capit de penſione menſtruâ ἐνοικίου.

3 Sylb. συσίτων.

4 ἐκπέπωκε Opor. & Stob.

5 φάσκειν εἶναι, deeſt ἄγαν in MS.

6 ἀποβαλλούσης MS.

7 Διφᾶν τὰ καλ. ita MS. & Steph. Oporinus propiùs δίφος. in margine Stob. δίφρους κ[illegible]αλυμ-- quæ eſt vera lectio.

8 Stob. ἐκ ἐάσαι.

9 ἐλάαν, Idem, quæ eſt Atticorum. & Sylb. ita.

10 ὁσημέραι corrige.

11 μήτε

μένουσιν οἱ αὐτοί. δεινὸς δὲ καὶ ὑπερημερίαν πρᾶξαι, καὶ τόκον τόκου. καὶ ἑςιῶν δημότας, μικρὰ τὰ κρέα κόψας παραθεῖναι· καὶ ὀψωνῶν, μηδὲν πριάμενος εἰσελθεῖν. καὶ ἀπαγορεῦσαι τῇ γυναικὶ, [11] μήτε ἅλας χρωννύειν, μήτε ἐλλύχνιον, μήτε κύμινον, μήτε [12] ὀρίγανον, μήτε οὐλὰς, μήτε ςέμματα, μήτε [13] θυηλήματα· ἀλλὰ λέγειν ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλά ἐςι τοῦ ἐνιαυτοῦ. καὶ τὸ ὅλον δὲ, τῶν μικρολόγων καὶ τὰς ἀργυροθήκας ἐςὶν [14] ἰδεῖν εὐρωτιώσας καὶ κλεῖς ἰωμένας· καὶ αὐτοὺς δὲ φοροῦντας ἐλάττω τῶν [15] μικρῶν τὰ ἱμάτια, καὶ ἐκ ληκυθίων μικρῶν πάνυ ἀλειφομένους, καὶ ἐν χρῷ κειρομένους, καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας [16] ὑπολυομένους, καὶ πρὸς τοὺς γναφεῖς διατεινομένους, ὅπως τὸ ἱμάτιον αὐτοῖς ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ [17] ῥυπαίνηται ταχύ.

die præſtitutâ non ſolverit, pœnam pro morâ, atque adeò uſuræ uſuram ſolet exigere. Populares convivio accipiens, minutas apponet carnes: quúmque ad obſonandum exierit, ſæpe vacuus domum revertetur. Uxori ſolet edicere, ne cuiquam ſalem aut ellychnium, aut cyminum, aut origanum, vel etiam farris quicquam, vel corollam ullam, vel libum ullum commodet: Magnam enim, inquit, parva hæc tandem in anno ſummam efficiunt. In ſummâ, ſordidorum iſtorum hominum loculos videas ſitu obſitos, claves ferrugine illitas. Ipſos quinetiam videre licet veſtes geſtare intra quàm modicas: guttulos, ex quibus ungantur, parvulos habere: capite eſſe, ad cutem uſque, attonſo: calceos medio die exuere: & cum fullonibus obnixè agere, ut ad poliendam ſuam veſtem cretæ multum adhibeant, ne ſordes facilè contrahat.

Περὶ Βδελυρίας. ιβ'.

ΟΥ χαλεπὸν δέ ἐςι τὴν βδελυρίαν διορίσασθαι. ἐςι γὰρ

De Impuritate, ſive *moribus impuris.* 12.

IMpuritatem verò definire non eſt difficile: Eſt ſiqui-

παι-

11 *μήτε ἅλας χρωννύειν.* Cam. omittit. poſt *ἅλας* * Stob. ponit, poſt *χρωννύειν* * Caſaub. MS. legit *ἅλας χρων*. Stob. interpres, *placentas colorare.* con. ex breviata Scriptura, *ἅλας* pro *ἀλλᾶντας*.

12 MS. deeſt *ὀρίγανον*.

13 *θυλήματα* Caſaub. ſed *θυηλή.* MS. Sylb. Stob. —

14 pro *ἰδεῖν*, *εὑρεῖν*, MS.

15 *μικρῶν* Steph. ſed. cap. prox. *ἐλάχιςα τῶν ἱκανῶν.* & Sophoc. *μείζονα τῶν μεγίςων.*

16 *ὑπολυομένους*, intelligo diſcalceatos. Steph. *ὑπολουομένους.*

17 *Ῥυπαίνοιτο* Stob.

I ἀπαι-

dem jocus luduſve evidens nimis ac flagitioſus. Impurus verò is eſt, qui ſi in liberas mulieres incidat, veſte ſubductâ pudenda illis oſtendat. In theatro reliquis tacentibus, ipſe plaudit: & quos alii libenter ſpectant, ipſe ſibilis conſectatur: & toto theatro ad ſpectandum intento, ipſe reſupinato corpore ructat, ut qui ſedent, oculos avertere neceſſe habeant. Ac quando maximè frequens eſt forum, ad nuces, mala, & reliquos omnis generis fructus accedens, ibíque ſtans, de iis comedit, ſermones interea cum eorum venditore ferens. Non etiam dubitat prætereuntium aliquem, nullâ ſibi familiaritate junctum, nominatim compellare: & ſi quem aliquò properantem videat, jubebit exſpectare. Solet etiam ad eum qui in grandis pecuniæ judicio causâ ceciderit, redeuntem è judicio, accedere, & ei gratulari: quúmque ſibi opſonia emerit, & tibicinas conduxerit, ut cuique obvius fuerit factus, obſonia illi oſtendere, & ad ea invitare. idémque ad tonſtrinam aut tabernam unguentariam aſtans, narrat velle ſe mox ad ebrietatem uſque bibere. Vinum vendens, etiam amico dilutum dabit. Ad ludos, quando maximè ſpectandum eſt, liberos ſuos ire non ſinit: tunc ſinit, quando gratis per theatrorum redemptores licet ſpectare. Cùm legatus

παιδιὰ ἐπιφανὴς καὶ ἐπονείδιϛος. ὁ δὲ βδελυρὸς τοιοῦτος, οἷος [1] ὑπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις, ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον. καὶ ἐν θεάτρῳ κροτεῖν, ὅταν οἱ ἄλλοι παύωνται, καὶ συρίττειν οὓς ἡδέως θεωροῦσιν οἱ λοιποί. καὶ ὅταν σιωπήσῃ τὸ θέατρον, ἀνακύψας ἐρυγεῖν, ἵνα τοὺς καθημένους ποιήσῃ μεταϛραφῆναι. καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἑϛηκὼς τραγηματίζεσθαι, ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν. καὶ καλέσαι δὲ τῶν παριόντων ὀνομαϛί τινα, ᾧ μὴ συνήθης ἐϛί. καὶ σπεύδοντα δέ που ὁρῶν, περιμεῖναι κελεῦσαι. καὶ ἡττωμένῳ δὲ μεγάλην δίκην ἀπιόντι ἀπὸ τοῦ δικαϛηρίου προσελθεῖν, καὶ συνησθῆναι. καὶ ὀψωνεῖν ἑαυτὸν, καὶ αὐλητρίδας μισθοῦσθαι. καὶ δεικνύειν δὲ τοῖς ἀπαντῶσι τὰ ὠψωνημένα, καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ταῦτα. καὶ διηγεῖσθαι προσϛὰς πρὸς κουρεῖον, ἢ μυροπώλιον, ὅτι μεθύσκεσθαι μέλλει. καὶ οἰνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. καὶ ἐπὶ θέαν ἡνίκα ἂν δέῃ πορεύεσθαι, [2] ἀπιὼν τοὺς υἱεῖς, ἡνίκα προῖκα ἀφιᾶσιν οἱ θεατρῶναι. καὶ ἀποδημῶν δημοσίᾳ,

1 ἀπαντήσας MS. ——
2 ἀπιὼν τὰς ὑεῖς, Caſ. Conji. ὐκ ἐῶν π. ὑ. Sylb. leg. τοῖς ὑέσι. ut ſubintelligas σὺν, Atticè. Thuc. πορθούμενο ὁπλίταις. Con. ἄγων τὰς ὑ.
3 Steph.

μοσίᾳ, τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλιπεῖν, παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείζεσθαι. καὶ τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν, καὶ ἐλάχιςα ἐπιτήδεια τῶν ἱκανῶν. καὶ ἀπὸ τῶν ξενίων τὸ μέρος τὸ αὑτοῦ ἀπαιτήσας ἀποδόσθαι. καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ, καὶ εἰπὼν, σαπρόν γε τὸ ἔλαιον ἐπρίω, τῷ παιδαρίῳ τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. καὶ τῶν ἑυρισκομένων χαλκῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, δεινὸς ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος, κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν. τὰ δὲ δὴ τοιαῦτα· Φειδωνίῳ μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖς ἔνδον τὰ ἐπιτήδεια, σφόδρα [3] ἀποψῶν, ὑποπρίασθαι. ἀμέλει δὲ καὶ χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν, ἔλαττον [4] τέτρασι δραχμαῖς ἀποδιδόναι. καὶ φράτορας ἑςιῶν, αἰτεῖν τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ [5] κοινοῦ ὄψον. τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν ῥαφανίδων [6] ἀπογράφεσθαι, ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσιν.

peregrè proficiſcitur, reſ[illegible] domi viatico quod publicè accepit, à legationis ſociis mutuò rogabit. Moris etiam habet famulum itineris comitem, onerare quidem ſarcinis ſupra modum, victum verò ei ſuppeditare anguſtè nimis & infra modum. Lautia ſi cum aliis acceperit, ſuam portionem petet, ut eam ſtatim vendat. In balneis lavans, puerulo appellato, Nam Hercule tu, inquit, oleum nimis rancidum mercatus es: & ſimul alieno ſe inungit. Quòd ſi quos pueri nummos æreos, ut fit, in viâ repererint, partem inde ſibi poſcet, illud uſurpans, Mercurium eſſe communem. Ejuſdem hominis ſunt hæc quoque. Phidonia menſura ſi quid metiatur, eam adhibet, cujus ſit fundum colliſum & introrſus adactum: domeſticis ſuis demenſum ipſe perquam ſtudioſè radens metitur..... & ſi triginta minas ſolvere habeat, ut quatuor tamen drachmæ de ſolido deſiderentur, operam dabit. quando etiam tribuleis convivio accipit, ſolet pueris ſuis obſonia è communi poſtulare: dimidiatos verò raphanos, ſi qui fortè de menſâ tollantur, annotat, ne eos pueri miniſtrantes capiant.

Περὶ

3 Steph. ὑποποιεῖσθαι --- ὑποπρίασθαι. φίλου ἐπιλαβὼν ἀποδόσθαι Sylb. MS. Stob. & Caſaub. in notis. & putat aliquid deeſſe, ut ὑπέγγυον vel παρακαταθήκην ——

4 MS. τέτταρσι --- prius apud Ariſtot.

5 γρ. κ. ὄψου.

6 Caſ. l. ὑπογράφ. ἀπογραφὴ, ἀρίθμησις, Heſych. de quodam parco Lucian. ἀριθμῷ παραλαβὼν τὰ κρέα —— κυμινοπριςοκαρδαμόγλυφος, Ariſtoph.

I MS.

De Intempeſtivitate, ſive inſcitiâ temporis. 13.

INtempeſtivitas eſt congreſſio moleſta iis quibuſcum congrediaris. Homo autem intempeſtivus is eſt, qui ad amicum occupatum accedens, velit re communicatâ cum illo deliberare: quíque ad amicam ſuam febri laborantem veniat comeſſatum. Solet etiam eum qui jam ante fuerit ex ſponſu condemnatus, adire, rogans ut pro ſe quoque intercedere velit. & ad dicendum teſtimonium tunc venit quum res eſt judicata: ad nuptias vocatus, in mulierum genus invehitur. Eos qui è longinquo itinere modò advenerint, ad deambulandum ſecum invitat: re jam venditâ emptorem adducit qui pluris ſit empturus. Sæpe etiam è medio hominum ſibi aſſidentium ſurgit, ut rem illis orſus à capite exponat, quam omnes jam audiverint ac pernorint: & quæ nollet quidem aliquis, ſed denegare tamen erubeſcit, ad illa curanda, promptus eſt. Ad eos qui ſacra faciunt, & epulas concelebrant, accedit, ut aliquam inde partem auferat. Quòd ſi præſente eo famulus cædatur; ſibi quoque puerum aliquando fuiſſe narrabit, qui ſimiliter virgis cæſus ſe ſuſpenderit. Idem captus arbiter, duos litigantes, quorum uterque rem tranſigi optat, inter

Περὶ Ἀκαιρίας. ιγ΄.

Ἡ Μὲν οὖν ἀκαιρία ἐςὶν ἐπίτευξις λυποῦσα τοὺς ἐντυγχάνοντας. ὁ δὲ ἄκαιρος τοιοῦτός τις, οἷος ἀσχολουμένῳ προςελθὼν [1] ἀνακοινοῦσθαι, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ ἐρωμένην κωμάζειν πυρέττουσαν. καὶ δίκην ὠφληκότα ἐγγύης, προσελθὼν κελεῦσαι [2] αὐτὸν ἀναδέξασθαι. καὶ μαρτυρήσων παρεῖναι, τοῦ πράγματος ἤδη κεκριμένου. καὶ κεκλημένος εἰς γάμους, τοῦ γυναικείου γένους κατηγορεῖν. καὶ ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ ἥκοντας ἄρτι, παρακαλεῖν εἰς περίπατον. δεινὸς δὲ καὶ προσάγειν ὠνητὴν πλείω διδόντα ἤδη πεπρακότι. καὶ ἀκηκοότας καὶ μεμαθηκότας ἀνίςασθαι ἐξ ἀρχῆς διδάσκων. καὶ πρόθυμος δὲ ἐπιμεληθῆναι ἃ μὴ βούλεταί τις γενέσθαι, αἰσχύνεται δὲ ἀπείπασθαι. καὶ θύοντας καὶ ἀναλίσκοντας, ἥκων τόκον [3] ἀπαιτήσων. καὶ μαςιγουμένου οἰκέτου παρεςὼς, διηγεῖσθαι ὅτι καὶ αὐτοῦ ποτὲ παῖς οὕτω πληγὰς λαβὼν ἀπήγξατο. καὶ παρὼν διαίτῃ, συγκρούειν, ἀμφο-

1 MS. l. ἀνακρίνεσθαι, ſciſcitari.
2 αὐτὴν ἀναδέξασθαι Steph. Stob. αὐτὸν ἀναδέξ. cœnâ excipere. ſed aut eſt legendum, αὐτὴν ἀναδικάζεσθαι, aut potius αὐτὸν ἀναδέξασθαι, pro ſe ſpondere. ἀνάδοχος ſponſor.
3 ἀπαιτήσειν MS.

4 ἐπ

ἀμφοτέρων βουλομένων διαλύεσθαι. καὶ ὀρχησάμενος ἅψασθαι [4] ἑταίρου μηδέπω μεθύοντος.

Περὶ Περιεργίας. ιδʹ.

Ἀμέλει περιεργία δόξειεν εἶναι προσποίησίς τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας. ὁ δὲ περίεργος τοιοῦτός τις, οἷος ἐπαγγέλλεσθαι ἀναστὰς ἃ μὴ δυνήσεται. καὶ ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι, [1] ἔν τινι στὰς, δεικνύειν ὡς οὐχ οἷόν τε ἐλεγχθῆναι. καὶ πλείω δὲ ἐπαναγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι ἢ ὅσα δύνανται οἱ παρόντες [2] ἐκπιεῖν. καὶ διεγείρειν τοὺς μαχομένους, καὶ ἧς οὐ γινώσκει ἀτραποῦ ἡγήσασθαι, εἶτα μὴ δύνασθαι [3] εὑρεῖν οὗ πορεύεται. καὶ τὸν στρατηγὸν δὲ προσελθὼν ἐρωτῆσαι, πότε μέλλει παρατάττεσθαι, καὶ τί μετὰ τὴν αὔριον παραγγέλλει. καὶ προσελθὼν τῷ πατρὶ εἰπεῖν, ὅτι ἡ μήτηρ [4] ἤδη καθεύδει ἐν τῷ δωματίῳ. καὶ ἀπαγορεύοντος τοῦ ἰατροῦ, ὅπως μὴ δώσει οἶνον τῷ μαλακιζομένῳ, φήσας βούλεσθαι διάπειραν λαμβάνειν, εὐτρεπίσαι τὸν κακῶς ἔχοντα. καὶ γυναικὸς δὲ τελευτησάσης, ἐπιγράψαι ἐπὶ τὸ μνῆμα, τοῦ τε ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ

τοῦ

ſe committet. Denique ſaltaturus, ſocium manu prehendit, qui nondum ſit vino madidus.

De Sedulitate ineptâ. 14.

Περιέργια, (quam liceat ſedulitatem ineptam dicere) eſt dictorum factorúmque ſimulatio cum ſignificatione benevolentiæ. Mores ejuſmodi hominis ita ſunt. Facilè ſurgens è medio, in ſe recipit, quibus præſtandis par non ſit. Rem quæ omnium confeſſione juſta eſt, pluribus verbis, in aliquo inhærens, docere inſtituit, nullo modo poſſe argui. Puerum vini ampliùs miſcere cogit, quàm quantum omnes qui adſunt convivæ, queant ebibere. Contendentes pugnantéſque invicem inſtigat. Solet etiam viam præire, quam ignoret ipſe: cujus quidem exitum mox invenire nequeat: & ad ductorem exercitûs accedens, rogare, ecquando ſit aciem ad dimicandum inſtructurus: necnon quid in perendinum diem imperet: & ad patrem veniens, En, inquit, mater in cubiculo jam dormit. Ac quum vini uſum ægroto medicus interdixerit, ſolet hic illum quaſi periculi faciendi causâ ad bibendum componere. Quod ſi uxor obierit, monumento ejus & mariti & patris & matris nomina inſcribet, itémque cu-

4 ἑτέρου. MS.

1 MS. & Stob. ſic --- ἔν τινι στὰς ἐλεγχθῆναι, omiſſis quæ in medio.

2 MS. πιεῖν.

3 Stob. ἀνευρεῖν.

4 Omittit MS. ἤδη.

5 Me-

jas ipſa ſit: tum hoc elogium inſuper adjiciat, SINGULARI OMNES ISTI PROBITATE ERANT. Idem ſi ad jusjurandum adigatur, converſus ad circumſtantem turbam, Ego verò, inquit, jam antè ſæpiùs juravi.

τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς, καὶ αὐτῆς τῆς γυναικὸς τοὔνομα, καὶ ποταπή ἐστι. καὶ προσεπιγράψαι ὅτι οὗτοι πάντες χρηστοὶ ἦσαν. καὶ ὀμνύναι μέλλων, εἰπεῖν πρὸς τοὺς περιεστηκότας, ὅτι [5] καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα.

De Stupiditate. 15.

STupiditatem quoque definire poſſis, ut ſit animi tarditas, ſeu dicendum, ſeu faciendum ſit aliquid. Stupidus verò is eſt, qui ſedens ad calculos, poſtquam rationes putavit, & ſummam ſubduxit, roget eum qui ſibi aſſidet, Summa quanta eſt? Ac quum ei litem aliquis intenderit, ubi ad diem illum ventum eſt, quo diſceptari cauſa debet, ejus oblitus, in agrum proficiſcitur. Sæpe etiam ſedens in theatro ad ſpectandum, diſcedentibus aliis ſomno obrutus ibi relinquitur. Idem quum ſe cibis ingurgitârit, noctu ſurgens, ut ad ſellas eat, in vicini canem incidit, à quo mordetur. Idem quod acceperit ipſe ac recondiderit, id ipſum quærere ſolet, reperire autem non poteſt. Quumque nunciatur illi obiiſſe aliquem ex familiaribus ipſius, ut veniat exequias, tum ille

Περὶ Ἀναισθησίας. ιε.

ἜΣτι δὲ καὶ ἡ ἀναισθησία, ὡς ὅρῳ εἰπεῖν, βραδυτὴς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν. ὁ δὲ ἀναίσθητος τοιοῦτός τις, οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις, καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾶν τὸν παρακαθήμενον, τί γίνεται; καὶ δίκην [1] φεύγων, καὶ [2] ταύτην εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθόμενος εἰς ἀγρὸν πορεύεσθαι. καὶ θεωρῶν ἐν τῷ θεάτρῳ, μόνος καταλείπεσθαι καθεύδων. καὶ πολλὰ φαγὼν τῆς νυκτὸς, καὶ [3] ἐπὶ θάκου ἀνιστάμενος, [4] ὑπὸ κυνὸς τῆς τοῦ γείτονος δηχθῆναι. καὶ λαβὼν καὶ ἀποθεὶς αὐτὸς, τοῦτο ζητεῖν, καὶ μὴ δύνασθαι εὑρεῖν. καὶ ἀπαγγέλλοντός τινος αὐτῷ, ὅτι τετελεύτηκέ τις αὐτοῦ τῶν φίλων, ἵνα [5] παραγένηται, σκυθρωπάσας καὶ δακρύσας, εἰπεῖν, [6] Ἀγαθῇ τύχῃ. δεινὸς δὲ καὶ, ἀπολαμ-

5 Menander à Theoph. ſumpſit Γλυκέρα, τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία Ὀμώμοκα, καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

1 Stob. συγών.

2 Idem & Opor. ταύτης, εἰσιέναι μέλλων, ἐπιλαθ.

3 ἀπὸ θάκου MS.

4 ὑπὸ κυνὸς, Steph. Oporinus & Stob. omittunt.

5 Stob. προσγίνεται.

6 MS. ἀγαθὴ τύχη.

πολαμβάνων ἀργύριον ὀφειλόμενον, μάρτυρας παραλαβεῖν. καὶ χειμῶνος ὄντος μάχεσθαι τῷ παιδὶ, ὅτι σικύους οὐκ ἠγόρασε. καὶ τὰ παιδία ἑαυτοῦ παλαίειν [7] ἀναγκάζων, καὶ τροχάζειν, καὶ εἰς κόπους ἐμβάλλειν. καὶ ἐν ἀγρῷ αὐτοῖς φακῆν ἕψων, δὶς ἅλας [8] εἰς τὴν χύτραν ἐμβαλλων, ἄβρωτον ποιῆσαι. καὶ ὕοντος τοῦ Διὸς, εἰπεῖν, [9] Ἡδύ γε τῶν ἄστρων νομίζει, ὅτι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι * πίσσης. καὶ λέγοντός τινος, πόσους οἴει κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιντο.

vultu ad mœſtitiam compoſito, lacrymas etiam fundens, Benè, inquit, eveniat. Debitas autem pecunias recipiens, teſtes ſibi adſciſcit: & vigente hieme, cum famulo quòd cucumeres non emerit, jurgatur. Puerulos quinetiam ſuos, ut luctâ ſe exerceant, curſu contendant, uſque ad fatigationem cogere ſolet. In agro lentem ipſe coquens, ſale bis in ollam injecto, ut mandi nequeat, efficit. cúmque à Jove pluit, Sanè quam, inquit, ſiderum aqua ſuavis mihi videtur....... .... Rogatus ab aliquo, Ecquot putet Sacrâ portâ elatos mortuos? Quot utinam, reſpondens ait, ego & tu haberemus.

Περὶ Αὐθαδείας. ιϛ΄.

Ἡ Δὲ αὐθάδεια ἐστὶν ἀπήνεια ὁμιλίας ἐν λόγοις. ὁ δὲ αὐθάδης τοιοῦτός τις, οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα ποῦ ἐστιν, εἰπεῖν, Πράγματά μοι μὴ πάρεχε. καὶ προσαγορευθεὶς, μὴ [1] ἀντιπροσειπεῖν. καὶ πωλῶν τι, μὴ λέγειν τοῖς ὠνουμένοις, πόσου ἂν ἀποδοῖτο, ἀλλ' ἐρωτᾷν τί εὑρίσκει. καὶ τοῖς τιμῶσι, καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς, εἰπεῖν ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο διδόμενα. καὶ οὐκ ἔ-

De contumaciâ, ſive *ferocitate*. 16.

Contumacia eſt verborum in congreſſionibus & vitæ quotidianæ uſu duritas. Homo contumax ita eſt comparatus, ut ſi quis ex ipſo ſciſcitetur, Ubi eſt ille? reſpondeat, Ne ſis mihi moleſtus: ſalutatus, ſalutare invicem negligit. cúmque aliquid vendit, indicare quidem merces ſuas, interrogatus Quanti? non dignatur: verùm ipſe potiùs emptorem interrogat, Ecquid inveniat damnandum? Religioſis quoque hominibus, & qui ad feſta

χων

7 ἀναγκάζειν MS.
8 εἰς χύτραν ἐμβαλὼν MS. & Stob.
9 Ἡδύ γε τῶν ἄ. Margo Stob. videtur legiſſe ὕδωρ. locus, ſine meliori codice, inſanabilis.
* γρ. πίσσης.
1 Stob. & Opor. προσαντειπεῖν.

2 Stob.

ſolemnia diis dona mittunt, dicere ſolet minimè gratis datum ipſis iri, *ſi quid divino acceperint munere.* Si quis illum vel invitus, aut expulerit, aut pepulerit, aut pede preſſerit, non eſt exorabilis. Et cùm amico dixerit, collationem pecuniæ ab ipſo petenti, nihil ſe daturum, poſtea ipſe ultrò afferet, dicétque, Velle ſe hanc quoque pecuniam perdere. In viâ ſi ad lapidem offenderit, maledicet illi. Et ut aliquando ſubſiſtat alicujus expectandi causâ: nunquam tamen diutiùs cuiquam præſtolabitur. Idem, ut cantet in conviviis, aut vice ſuâ recitet, aut ſaltet, adduci non poteſt. Poſtremò diis ipſis vota facere non curat.

χων συγγνώμην οὔτε τῷ ἀπώσαντι αὐτὸν ἀκουσίως, οὔτε τῷ ὤσαντι, οὔτε τῷ ἐμβάντι. καὶ φίλῳ δὲ ἔρανον κελεύσαντι [2] εἰσενεγκεῖν, [3] εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν δοίη, ὕϛερον ἥκειν φέρων, καὶ λέγειν, ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. καὶ προσπταίσας ἐν τῇ ὁδῷ, δεινὸς [4] καταράσασθαι τῷ λίθῳ. [5] καὶ ἂν ὑπομεῖναι, οὐκ ἂν προσμεῖναι πολὺν χρόνον [6] οὐδένα. καὶ [7] οὔτε ᾆσαι, οὔτε ῥῆσιν εἰπεῖν, οὔτε ὀρχήσασθαι ἂν ἐθελῆσαι. δεινὸς δὲ καὶ τοῖς θεοῖς μὴ ἐπεύχεσθαι.

De Superſtitione. 17.

Superſtitionem ſanè definire poſſumus, meticuloſum erga numen affectum. Superſtitioſus verò is eſt, qui elotis manibus, & aquâ luſtrali aſperſus è templo, folium lauri ore prehenſum tenens, integrum diem ita ambulet. Si viam muſtela eo ingrediente tranſcurrerit, non ante progredietur quàm alius prior tranſierit, aut ipſe tres lapides trans viam miſerit. Serpentes ſi viderit in

Περὶ Δεισιδαιμονίας. ιζ΄.

Ἀμέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν εἶναι δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον. ὁ δὲ δεισιδαίμων τοιοῦτός τις, οἷος ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας, καὶ [1] περιῤῥανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ, δάφνης εἰς τὸ ϛόμα λαβὼν, οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν· καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν παραδράμῃ γαλῆ, μὴ πρότερον πορευθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τὶς, ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλῃ. καὶ ἐὰν ἴδῃ [2] ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ,

2 Stob. ἐπενεγκεῖν, Opor. ὑπενεγκεῖν.

3 Poſt εἰπὼν Stob. & Oporin. male omittunt omnia ad ſecundum ὅτι.

4 Opor. in præſenti καταρᾶσθαι.

5 καὶ ἀναμεῖναι, οὐκ ἂν ὑπομεῖναι πολὺν χρόνον —— ita Cam. Stob. & MS. Con. ἀναμείνας.

6 οὐδένα omittit Cam.

7 οὔτε ᾆσαι. MS.

1 μῦθος, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ δάφνης. ita diſtingue cum MS.

2 omnes ferè σόλω. quam ſagam interpretatur Sylb. ſed ὄφιν debes legere, Terent. *anguis per impluvium.*

οἰκίᾳ, ἱερὸν ἐνταῦθα ἱδρύσασθαι. καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς [3] τριόδοις, παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον [4] καταχεῖν. καὶ ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας, ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτων διαφάγῃ, πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν, ἐρωτᾷν τί χρὴ ποιεῖν. καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἀποῤῥάψαι, μὴ προσέχων τούτοις, ἀλλ' ἀποτραπεὶς ἐκδύσασθαι. καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθαριεῖν. καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι, οὔτε ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτε ἐπὶ λέχει. καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας, πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. καὶ τελεσθησόμενος, πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ γυνὴ, μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων. καὶ ἐπὶ τοῖς τριόδοις ἀπελθὼν κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι. καὶ ἱερείας καλέσας, σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περικαθᾶραι· μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι.

ædibus, ſacellum eo loco extruet. Lapides unctos qui ſunt in triviis, ſolet oleo ex ampullâ perfundere: nec priùs diſcedere quàm poſito genu eos fuerit veneratus. Quod ſi mus fortè farinæ follem arroſerit, adit ad interpretem, & quid facto ſit opus eum percontatur: qui ſi reſpondeat, cerdoni nimirum tradendum eſſe illum follem ut ſarciatur: ſuperſtitioſus iſte neglecto arioli reſponſo, religioni rem habens, exinanitum ſaccum à ſe amolietur. Solet etiam domum crebrò purificare: ſepulchrum nullum inſiſtere: ad defunctorum juſta nullus accedere: neque item ad ullam unquam puerperam. Inſomnium porrò ſi viderit, pergere ille ad ſomniorum interpretes, ad divinos, ad augures, ſciſcitaturus, cui deo, cui deæ vota ſint facienda. Et ut ſacris initietur, ad Orpheoteleſtas quot menſibus cum uxore: aut ſi uxori non vacet, cum nutrice & filiolis ſuis, itat. Præterea in compitis antè quàm inde diſcedat, aquâ in caput aſperſâ ſe luſtrat. Piatricibus quinetiam aſcitis, jubet ſe ſquillæ aut catuli circumlatione purgari. Quòd ſi quem mente captum aut comitialem viderit, ſolet inhorreſcens in ſinum ſibi deſpuere.

Περὶ

3 περιόδοις MS Cam. & Opor. fortè παρόδοις vel τετρόδοις.

4 MS. ἐκλύσασθαι Con. ἐκλέσασθαι ——

De Querelâ, ſive iniquâ querulitate. 18.

QUerela iniqua eſt expoſtulatio *nullo jure facta.* Hominis autem queruli mores iſtiuſmodi ſunt, ut ſi ad eum amicus portionem aliquam è convivio miſerit, dicat ei qui afferat, Hoc illud eſt quòd ego ad cœnam non ſum vocatus: invidiſti nimirum mihi juſculum & villum tuum. Et cùm illum amica etiam & etiam ſuaviatur, Miror, inquit, ſi tu ex animo iſta mihi des baſia. Jovi ſuccenſet, non modò ſi non pluat: ſed etiam ſi ſeriùs. Cúmque in via crumenam invenit, Ego verò, ait, theſaurum nullus unquam reperi. Similiter quum parvo mancipium emerit, utpote exorato multis precibus venditore, Mirum ſane, inquit, ſi tantulo quicquam emerim quod ſit alicujus pretii. Jam ſi quis lætum illum nuntium ipſi afferat, Filiolo, inquiens, auctus es: Adjice, ait ille, Et dimidia bonorum pars tibi periit, tum quod res eſt dixeris. Idem poſtquam in judicio omnium calculis vicit, nihilominus tamen de eo conqueritur, qui orationem ſcripſit quam pro ſe habuit, ut qui multa ipſius juſta omiſerit. Jam ſi ad ſublevandam ipſius egeſtatem amici pecunias contulerint: & dicat deinde aliquis, Nunc eſto hilaris: Quo pacto eſſe poſſum?

Περὶ Μεμψιμοιρίας. ιή.

ἜΣτι δὲ ἡ μεμψιμοιρία, ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον δεδομένη. ὁ δὲ μεμψίμοιρος τοῖός δέ τις, οἷος ἀποςείλαντος μερίδα τοῦ φίλου, εἰπεῖν πρὸς τὸν φέροντα, Ἐφθόνησάς μοι τοῦ ζωμοῦ, καὶ τοῦ οἰναρίου, οὐκ ἐπὶ δεῖπνον καλέσας. καὶ ὑπὸ τῆς ἑταίρας καταφιλούμενος, εἰπεῖν, Θαυμάζω εἰ σὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με φιλεῖς. καὶ τῷ Διῒ ἀγανακτεῖν οὐ διότι ὕει, ἀλλὰ διότι ὕςερον. καὶ εὑρών τι καὶ ἐν τῇ ὁδῷ βαλάντιον, εἰπεῖν, Ἀλλ᾽ οὐ θησαυρὸν εὕρηκα οὐδέποτε. καὶ πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον, καὶ πολλὰ δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντος, Θαυμάζω, εἰπεῖν, ὅτι ὑγιὲς οὕτω ἄξιον ἐώνημαι. καὶ πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον ὅτι υἱός σοι γέγονεν, εἰπεῖν, Ὅτι ἂν προσθῇς, καὶ τῆς οὐσίας τὸ ἥμισυ ἄπεςιν, ἀληθῆ ἐρεῖς. καὶ νίκην νικήσας, καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους, * ἐγκαλεῖν τῷ γράψαντι τὸν λόγον, ὡς πολλὰ παραλελοιπότι τῶν δικαίων. καὶ ἐράνου εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν φίλων, καὶ φήσαντός τινος, Ἱλαρὸς [1] ἔςω· καὶ πῶς, εἰπεῖν; ὅτε δεῖ τὸ ἀργύριον

* γρ. ἐγκαλεῖ.

1 MS. ἔσι. Con ἴσθι.

2 και-

ριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, καὶ χωρὶς τούτων, χάριν ὀφείλειν ὡς εὐηργετημένον;

inquiet: cùm & ſingulis ſua ſit pecunia reddenda: & hoc amplius, gratiæ cuique tanquam pro accepto beneficio habendæ.

Περὶ Ἀπιστίας. ιθ'.

Ἔστιν ἀμέλει ἀπιστία, ὑπόληψίς τις ἀδικίας κατὰ πάντων. ὁ δὲ ἄπιστος τοιοῦτός τις, οἷος ἀποστείλας τὸν παῖδα ὀψωνήσοντα, ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον πόσου ἐπρίατο. καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον, καὶ κατὰ στάδιον ἀριθμεῖν πόσον ἐστί. καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾷν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ [1] κοιλιούχιον, καὶ εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται. καὶ ἐὰν ἐκείνη φῇ, μηδὲν ἧττον αὐτὸς ἀναστὰς γυμνὸς ἐκ τῶν στρωμάτων, καὶ ἀνυπόδητος, τὸν λύχνον ἅψας, ταῦτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι, καὶ οὕτω μόλις ὕπνου τυγχάνειν. καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον, μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους, ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι. καὶ τὸ ἱμάτιον δὲ ἐκδοῦναι δεινὸς, οὐχ ὡς βέλτιστα ἐργάσεται, ἀλλ᾽ ὅταν ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς τοῦ κναφέως. καὶ ὅταν ἥκῃ τὶς αἰτησόμενος ἐκπώματα, μάλιστα μὲν μὴ [2] δοῦναι. καὶ τὸν παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτοῦ ὄ-

πισθεν

De Diffidentiâ. 19.

Diffidentia eſt per quam omnes fraudis ſuſpectos habemus. Diffidens autem is eſt, qui ſi ad emenda obſonia puerum miſerit, alium mox mittat, qui percontetur quanti emerit. Si ferat ipſe pecunias, ſolet eas ſingulis ſtadiis numerare. Cubans in lecto, uxorem interrogat an capſam benè clauſerit; an probè ſit arca obſignata: an veſtibuli foribus peſſulus ſit obditus: ac licèt affirmet illa, nihilo tamen ſeciùs, nudus ac diſcalceatus è lecto ſurgens, accenſâ lucernâ, obire ſingula & inſpicere pergit, ac vix ita tandem ſomno ſe dedere. Ad debitores ſuos fœnus ſortis exacturus, cum teſtibus accedit: ne inficias videlicet ire poſſint. Veſtem poliendam dealbandámque, non ei dare ſolet qui fullo ſit optimus: ſed ei qui fidejuſſorem det idoneum. Quòd ſi quis pocula ab ipſo commodatò roget, ſolet ille maximè quidem, non dare: *aut ſi quando det, continuo repetere.* Puerum à pedibus jubet non à tergo ſequi,

1 κοιλιέχιον, Sylb. & Caſaub. κυλικέχιον, vel κυνέχιον. f. κυλικεῖον.

2 Poſt δοῦναι deeſt aliquid; nam poſt μάλιστα μὲν ſequi debet, εἰ δὲ μή.

3 φυ-

ſe[illegible]ante ſe ambulare: ne poſſit ille inter eundum fugam capeſſere, hâc ratione cavens. Poſtremò iis qui cùm aliquid ab ipſo ſumſerint, dicunt illi, Refer in rationes: Imò, ait, depone: non enim vacat mittere flagitatum.

De Fœditate. 20.

FOEditas eſt corporis incuria & illuvies hominibus moleſta. Homo fœdus is eſt, qui leprâ & vitiligine laborans, unguéſque habens prælongòs, inter homines verſetur: ac dicat gentileis ſibi eſſe hos morbos: nam & patrem & avum fuiſſe eis obnoxios. Solet etiam ulcera in tibiis, & in digitis tubercula habens, nullam iis medicinam facere: ſed ſinere donec incurabilia reddantur. Axillas ferarum more hirſutas, pilis magnam laterum partem occupantibus, habet. Dentes verò nigros atque exeſos, ut moleſtus ſit & inſuavis cum eo congreſſus. Eidem hæc quoque conveniunt: nares inter comedendum mungere: & quum edere inceperit, colloqui: & ex ore quædam emittere: inter bibendum eructare: oleo in balneis uti rancido: idémque in forum veſte amictus quæ ſit maculis inquinata, prodibit: quúmque ad aruſpicem mater exierit,

πισθεν μὴ βαδίζειν, ἀλλ᾽ ἔμπροσθεν, ἵνα [3] φυλάττηται αὐτὸ μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ. καὶ τοῖς εἰληφόσι τὶ παρ᾽ αὐτοῦ καὶ λέγουσι, [4] πόσου, εἰπεῖν, [5] κατάθου. οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν.

Περὶ Δυσχερείας. κ᾽.

ἜΣτι δὲ ἡ δυσχέρεια, ἀθεραπευσία σώματος, λύπης παρασκευαστική. ὁ δὲ δυσχερὴς τοιοῦτός τις, οἷος λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν, καὶ τοὺς ὄνυχας μεγάλους, περιπατεῖν. καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι αὐτῷ συγγενῆ ἀῤῥωστήματα, καὶ τὸν πατέρα ἔχειν καὶ τὸν πάππον. ἀμέλει δὲ δεινὸς καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις, καὶ προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις, καὶ ταῦτα μὴ θεραπεῦσαι. ἀλλ᾽ ἐᾶσαι θηριωθῆναι. καὶ τὰς μασχάλας θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρις ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν. καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους, ὥστε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδής. καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐσθίων ἀπομύττεσθαι. [1] θύειν ἀρξάμενος, προσλαλεῖν, καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος. ἅμα πίειν, προσερυγγάνειν. ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι. ἱμάτιον κηλίδων μεστὸν

3 φυλάττεται αὐτὸ. MS. αὐτῷ.

4 Sylb. MS. & Caſ. legg. πόσου — Cam. πόσον.

5 pro κατάθου ſi legas κατάθες, ſenſus eſt, ſtatim ſolve. MS. & aliis deeſt εἰπεῖν.

1 pro θύειν Sylb. l. πτύειν, ut paulo infra, diſtingue autem ſic, πτύειν, ἀρξάμενος προσλαλεῖν.

μεςὸν ἀναβαλλόμενος, εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης, βλασφημῆσαι. καὶ εὐχομένων καὶ σπενδόντων [2] ἐμβαλεῖν τὸ ποτήριον, καὶ γελάσαι ὡς τεράςιόν τι πεποιηκώς. καὶ αὐλούμενος δὲ κροτῆσαι ταῖς χερσὶ μόνος τῶν ἄλλων, καὶ συντερετίζειν· καὶ ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι μὴ ταχὺ παυσαμένῃ. καὶ ἀποπτύσαι δὲ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τραπέζης, προςπτύσαι τῷ οἰνοχόῳ.

linguâ intereà non favere ... que à malis verbis ſe abſtinere moris habet. Sæpè etiam dum vota libationéſque fiunt, pateram ſibi è manibus elabi ſinit, & ſimul riſum tollit, quaſi aliquid fecerit portentoſum. Tibicines ſi audiat, unus inter omnes manibus plaudere, atque eorum etiam modulos ineptâ imitatione effingere: dein tibicinam, quòd citò finem non fecerit, increpare: & dum ultra menſam vult exſpuere, eum qui pocula in convivio miniſtrat, conſpuit.

Περὶ Ἀηδίας. κά.

Ἔστι δὲ ἀηδία, ὡς ὅρῳ περιλαβεῖν, ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης. ὁ δὲ ἀηδὴς τοιοῦτός τις, οἷος ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα εἰσελθὼν, ἵνα αὐτῷ λαλῇ. καὶ ἀνάγεσθαι δὴ μέλλοντας κωλύειν· καὶ προσελθὼν, δεῖσθαι ἐπισχεῖν, ἕως ἂν περιπατήσῃ. καὶ τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος, μασσώμενος σιτίζειν αὐτὸς, καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων. καὶ ἐσθίων δ' ἅμα διηγεῖσθαι ὡς ἐλλέβορον πιὼν, ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη. καὶ ζωμοῦ τοῦ παρακειμένου ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτῷ μελαντέρα ἡ χολή. καὶ ἐρωτῆσαι δὲ δεινὸς ἐναντίον τῶν [1] οἰκείων, ὡς Ποία ἡμέρα με ἔτικτες; καὶ ὅτι ψυχρὸν

De Inſuavitate, ſive *tædio*. 21.

TÆdium, ſi definire velis, eſt moleſtus abſque damno congreſſus. Homo tædioſus eſt, qui vix inſipientem dormire, excitet, ingreſſus ut cum eo colloquatur: & qui ad eum accedens qui inibi eſt, ut navim ſolvat, moram ei afferat, & exſpectare jubeat, donec aliquot ſecum ſpatia confecerit. Infantem etiam puerum nutrici ſuæ adimens, ipſe manſum ei cibum in os inſeret, & blandulè compellans, poppyſmis permulcebit. Inter edendum narrat ſe helleboro accepto, quæ in viſceribus hærerent, ejeciſſe dejeciſſéque: tum addit, in effuſis bilem fuiſſe jure appoſito magis atram. A matre præſentibus amicis & familiaribus quærere amat, Ecquâ me die, mater, peperiſti? Aquam

ὕδωρ

2 pro ἐμβαλεῖν mallet ἐκβαλεῖν Caſaub.

1 Poſt οἰκείων, MS. l. ὡς ποία ἡμέρα.

ſibi eſſe in ciſternâ frigidam: olera in horto multa & tenera : domum ſuam hoſpitibus ita patere, quaſi eſſet publicum diverſorium : & quum peregrinos hoſpitio excipit, paraſitum ſuum producit, ut videant illi qualis ſit: atque in convivio ad ipſum converſus, Heus tu, paraſite, inquit, ut iis qui hic adſunt, ſis oblectamento.

ὕδωρ ἐςὶ παρ' αὐτῷ λακκαῖον. καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλά, καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτοῦ, πανδοχεῖόν ἐςι. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τις. καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου, ὅτι τέρψον τοὺς παρόντας.

De Sordidâ & frivolâ laudis cupidine. 22.

Μικροφιλοτιμία, quam poſſis Latinè dicere ineptam ac circa res parvas verſantem ambitionem; ea eſt honorum ac gloriæ cupido illiberalis. Homo verò inepte ambitioſus is eſt, qui ad cœnam vocatus, convivatori ipſi ſtudeat aſſidere: qui filium Delphos abducat, ubi comam ponat: qui operam det ut pediſſequum habeat genere Æthiopem: qui etiam, ſi minam argenti velit ſolvere, laboret ut reddat in aſpero. Et ſi bovem ſacrificârit, ſolet anteriorem capitis ejus partem magnis redimitam ſertis pro foribus in ipſo introitu figere: ut intelligant quicunque ingredientur, eſſe ab ipſo bovem mactatum. Atque ubi pompam cum aliis equitibus duxit, reliquis omnibus puero traditis, qui ea domum referat, ipſe trabeatus in forum pergit, & ibi deambulat. quúmque illi parvulus aliquis canis fuerit mortuus, monumentum ei faciet, aſcriptis etiam in columellâ his verbis,

Περὶ Μικροφιλοτιμίας. κβ'.

Ἡ δὲ μικροφιλοτιμία δόξειεν εἶναι ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροφιλότιμος τοιοῦτός τις, οἷος σπουδάσαι ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, παρ' αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι. καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀπαγαγὼν εἰς Δελφούς. καὶ ἐπιμεληθῆναι δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔςαι. καὶ ἀποδοὺς μνᾶν ἀργυρίου, καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. καὶ βοῦν θύσας, τὸ προμετωπίδιον ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προςπατταλεῦσαι, ςέμμασι μεγάλοις περιδήσας, ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι βοῦν ἔθυσε. καὶ πομπεύσας δὲ μετὰ τῶν ἱππέων, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀποδοῦναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε, ἀναβαλόμενος δὲ θοιμάτιον εἰς τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν. καὶ κυναρίου δὲ τελευτήσαντος, αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι. καὶ ςηλίδιον ποιήσας, ἐπιγράψαι,

ΚΛΑ'ΔΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙ͂ΟΣ. καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ Ἀσκληπιῷ, τοῦτον ἐκτρίβειν ϛεφανοῦντα. ἀλείφεσθαι ὁσημέραι. ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικήσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων, ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερά. καὶ παρασκευασάμενος λαμπρὸν ἱμάτιον, καὶ ἐϛεφανωμένος, παρελθὼν εἰπεῖν, Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἄξια καὶ καλά, καὶ ὑμεῖς ἐκδέχεσθε τὰ ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας, ἀπιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, ὡς καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖ.

Surculus Meliteſſis. J[illegible] cùm æreum annulum Æſculapio conſecrârit, appenſis ſubinde novis coronis totum atteret: atque adeò ipſe quotidie unguentis oblinitur. Sane etiam, quæ pertinent ad curam magiſtratûs, quos prytaneos vocant, ipſe diligenter curare ſolet; quo poſſit, ubi litatum fuerit, rem populo renuntiare. Itaque candidatus & coronatus in concionem prodit, & infit, Nos prytanei, ô Athenienſes, Matri Deûm ſacra ritè fecimus, & litavimus; vos igitur omnia fauſta exſpectate. His ita renuntiatis, domum revertitur: deinde uxori narrat ſibi proſpere ſupra modum res ſuccedere.

Περὶ Ἀνελευθερίας. κγʹ.

Ἡ Δὲ ἀνελευθερία, ἐϛὶ περιουσία τὶς ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα. ὁ δὲ ἀνελεύθερος τοιοῦτός τις, οἷος [1] νικήσας τραγῳδοῖς, ταινίαν [2] ἀναθεῖναι ξυλίνην τῷ Διονύσῳ, ἐπιγράψας αὐτοῦ τὸ ὄνομα. καὶ ἐπιδόσεων γινομένων, ἐκ τοῦ δήμου ἀναϛὰς, [3] σιωπᾶν, ἢ ἐκ τοῦ μέσου [4] ἀπελθεῖν. καὶ ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα, τοῦ μὲν ἱερείου, [5] πλὴν τῶν ἱερείων, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι· τοὺς δὲ διακονοῦν-

De Illiberalitate. 23.

Illiberalitas eſt nimius quidam præ ſtudio parcendi ſumptibus, gloriæ contemptus. Illiberalis autem is eſt, qui ſi è tragico certamine victoriam reportarit, tæniam Libero patri ligneam conſecret, in quâ nomen ipſius ſit inſcriptum: qui etiam cùm neceſſario Reipublicæ tempore pecuniæ à civibus extra ordinem conferuntur, in concione ſurgens, ſilentio utatur, aut è medio ſe proripiat. Filiam ſuam nuptum collocans, mactatæ victimæ carnes omnes, iis exceptis ex quibus fiunt ſacra, vendit: & ad miniſtrandum in nuptiis,

1 νικήσας τραγῳδὸς malè MS.
2 ἀναθῆσαι Id.
3 σιωπῇ Id.
4 ἐπελθὼν Id.
5 πλὴν τῶν ἱερέων, mallet Steph.
6 οἰκο-

mercede conductos adhibet, qui ſuo quiſque cibo veſcantur. Triremi præfectus quam inſtruxit, gubernatoris ſtragulis tabulata ſternet, ſuis intereà uti parcens. E foro poſtquàm opſonatus eſt, rediens, carnes ipſe geſtat, atque olera etiam in ſinu. Veſtem quando à ſordibus purgandam locavit, domi tantiſper ſe continet. Quòd ſi quis amicorum ejus fortunâ uſus adverſâ, eranum à ſuis familiaribus exigat, ídque ipſe ſciat, deflectens ex itinere, domum tendit. Uxori ancillas emit ille quidem nullas; ſed quæ in publicum prodeuntem comitentur, conducit. Manè ubi ſurrexit, domum ipſe mundare, lectóſque purgare ſolet: & ſedens, vile quod geſtat pallium, invertere.

κονοῦντας, ἐν τοῖς γάμοις [6] οἰκοσίτους μισθώσασθαι. καὶ τριηραρχῶν, τὰ τοῦ κυβερνήτου ϛρώματα ὑπὲρ τοῦ καταϛρώματος ὑποϛορέννυσθαι, τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι. καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας, τὰ κρέα αὐτὸς [7] φέρειν καὶ τὰ λάχανα ἐν τῷ προκολπίῳ. καὶ ἔνδον μένειν ὅταν ἐκδῷ θοιμάτιον ἐκπλῦναι. καὶ φίλου ἔρανον συλλέγοντος, προειδόμενος, ἀποκάμψας ἐκ τῆς ὁδοῦ, οἴκαδε πορευθῆναι. καὶ μὴ πρίασθαι [8] θεραπαίνας, ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους. καὶ ἀναϛὰς, τὴν οἰκίαν καλλῦναι, καὶ τὰς [9] κλίνας ἐκκορῆσαι. καὶ καθεζόμενος [10] παραϛρέψαι τὸν τρίβωνα ὃν αὐτὸς φορεῖ.

De Oſtentatione. 24.

OStentatio dici queat, inanis bonorum quorundam quæ non adſint, prædicatio. Oſtentator autem ejuſmodi eſt, qui in Digmate Piræei ſtans, peregrinis narret multam ſe pecuniam trajectitiam habere: & de toto fœnebri quæſtu longos ſermones habeat, quantus ille ſit explicans, & quæ lucra inde fecerit. Inter eun-

Περὶ Ἀλαζονείας. κδʹ.

ἈΜέλει δὲ ἡ ἀλαζονεία δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν ὀυκ ὄντων. ὁ δὲ ἀλαζὼν τοιοῦτός τις, οἷος ἐν τῷ [1] διαζεύγματι ἑϛηκὼς διηγεῖσθαι ξένοις, ὡς πολλὰ χρήματα αὐτῷ ἐϛιν ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ περὶ τῆς [2] ἐργασίας δανειϛικῆς διεξιέναι, ἡλίκη, καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε.

καὶ

6 οἰκοσίτους; Hesych. μισθωτοὺς, ἑαυτοὺς τρέφοντας.

7 MS. φέρει.

8 θεράπαιναν MS. & Cam. rectiùs.

9 pro κλίνας ἐκκορῆσαι, MS. ὕσαι, Pol. agnoſcit κόρυτρον. Cam. ἐκκρῦσαι.

10 παραϛρέψαι MS.

1 διαζεύγματι omnes legg. Caſaub. δείγματι. de quo foro multa Meurſius.

2 Poſt ἐργασίας MS. addit τῆς δανειϛικῆς.

3 pro

καὶ συνοδοιπόρου ἀπολαύσας ἐν τῇ ὁδῷ, λέγειν ὡς μετὰ [3] Ἀλεξάνδρου ἐστρατεύσατο. καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε, καὶ περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀμφισβητῆσαι. καὶ γράμματα εἰπεῖν ὡς πάρεστι παρ' Ἀντιπάτρου, [4] τρίτον δὴ λέγοντα παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν. καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, εἰπεῖν ὅτι ἀπείρηται, ὅπως μηδ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ. καὶ ἐν τῇ σιτοδείᾳ ὡς πλείω ἢ πέντε τάλαντα γένοιτο αὐτῷ τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν. καὶ ἀγνώστων δὲ παρακαθημένων, κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους, καὶ ποσοῦν αὐτὰς καθ' ἑξακοσίους, κατὰ μίαν. καὶ προστιθεὶς πιθανὰ ἑκάστοις τούτων ὀνόματα, καὶ ποιῆσαι δέκα τάλαντα. καὶ τοῦτο φῆσαι εἰσενηνοχέναι εἰς [5] ἐράνους αὐτόν. καὶ τὰς τριηραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησιν, οὐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε. καὶ προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους [6] τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦ-

dum viæ comitem nactus, ſe ſub Alexandro in illâ nobili expeditione meruiſſe narrabit: & quàm multa inde gemmata potoria reportârit: Aſiaticos etiam artifices, Europæis eſſe præſtantiores, diſſentientibus aliis contendet. Deinde literas ab Antipatro eſſe allatas memorabit, quæ ipſum vix duobus comitatum in Macedoniam veniſſe dicant. Se, cùm eſſet ſibi materiæ conceſſa immunis exportatio, oblato beneficio uti noluiſſe, ut omnes omnium calumnias effugeret. Eundem ſe, in caritate annonæ amplius quinque talenta pauperibus civibus largientem inſumſiſſe. Quòd ſi ignotis aſſideat, eos jubebit ponere calculos, & illorum quibus aliquid erogârit, numerum inire: qui ut ſexcenti reperiantur, calculis ſigillatim multiplicatis, probabilibus etiam cuique eorum nominibus additis, efficiet: adeò ut decem talentorum ſumma tandem colligatur: quam omnem ſummam, ſe inopibus ſublevandis impendiſſe affirmabit: & tamen, inquit, in hâc ratione non duco, inſtructas à me triremes, quibus præfui: & alia, quibus Reip. cauſâ ſum functus, munia ſumptuoſa. Idem ad eos accedens, qui generoſos equos vendunt, velle ſe emere ſimu-

3 pro Ἀλεξάνδρου--l. Εὐάνδρου. Sylb. con. Κασάνδρου.

4 τρίτον δὴ λέγειν αὐτὸν, rectiùs, quam λέγοντα.

5 ἐράνους αὐτῷ MS. non αὐτὸν. utrunque ferri poſſit.

6 MS. rectè hæc ſic diſtinguit, τοὺς ἀγαθοὺς, πωλοῦσι προσποιήσασθαι. hic enim εἰς ἵππους, eſt εἰς ἵππων ἀγορὰν --- ut mox εἰς κλίνας, & apud Heſych. εἰς χύτρας, χυτροπώλια.

7 Ἐις

lat[...] & in nundinis ad tentoria eo[...]m qui merces vænum exponunt, appropinquans, veſtem ſibi oſtendi jubet duûm talentorum. Puerum quòd ſe ſine auro ſequatur, graviter objurgat. Denique in conducto habitans, ſi cum aliquo ſermonem habeat, qui id ignoret, paternas eſſe has ædes dicet: quas ipſe, quòd ſint ad hoſpites excipiendos anguſtiores, vendere cogitet.

σι, προσποιήσασθαι ὠνητιᾷν. καὶ ἐπὶ τὰς [7] κλίνας ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα. καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι ὀυκ ἔχων χρυσὸν [8] νῦν τῷ ἀκολουθεῖν. καὶ ἐν [9] μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν, φῆσαι ταύτην εἶναι τὴν πατρῴαν, πρὸς τὸν μὴ εἰδότα· διότι μέλλει πωλεῖν αὐτὴν διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας.

Hactenùs priores editiones. Quæ ſequuntur, nunc primùm in lucem prodeunt.

Μέχρι τῶδε αἱ πρὶν ἐκδόσεις· τὰ δὲ ἑξῆς νῦν τὰ πρῶτα ἐξεδόθη.

De Superbiâ. 25.

SUperbia eſt, aliorum *omnium* præter quàm ſui, contemptus. Homo ſuperbus talis eſt. Si quis eum propere *conventum velit*, à cœna ſe illum conventurum dicet inter ambulandum. Si fuerit de quoquam benè meritus, meminiſſe *beneficii* etiam in viis jubebit, atque adeo coget. Prior ad quemquam accedere nolet. Eos qui emunt aliquid ab ipſo, vel aliquid rerum illius conduxerunt, jubere non veretur, ut primâ luce ad ſe veniant. Dum per vias ingreditur, caput ſemper demittens, obviorum neminem alloquitur. Si viſum aliquando ei fuerit, amicos convivio excipere, ipſe cum illis non cœnat. Sed eorum ali-

Περὶ Ὑπερηφανίας. κέ.

ἜΣτι δὲ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις πλὴν αὐτοῦ, τῶν ἄλλων. Ὁ δὲ ὑπερήφανος τοιόσδε τὶς, [1] οἷος τῷ σπεύδοντι ἀπὸ δείπνου ἐντεύξεσθαι φάγειν ἐν τῷ περιπατεῖν. καὶ εὖ ποιήσας, μεμνῆσθαι φάσκειν ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ βιάζειν· καὶ προσελθεῖν πρότερος οὐδενὶ θελῆσαι· καὶ τοὺς πωλοῦντάς τι καὶ μεμισθωμένους δεινὸς κελεῦσαι ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἅμ' ἡμέρᾳ. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι, κάτω κεκυφώς. ὅταν δὲ αὐτῷ δόξῃ, ἑςιᾷν τοὺς φίλους, αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν· ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὐτόν τινι συν-

7 Ἐις κλίνας --- Caſaub. σκηνάς. ſed prior lectio retineri poſſit, nam Heſyc. in κλισία, facit iſta duo Synonyma.

8 Pro νῦν τῷ — MS. l. αὐτῷ.

9 ἐν μισθῷ τὴν οἰκίαν οἰκῶν. quomodo & Xenophon loquitur. non debuit iſta lectio ſolicitari. Plura non exhibet capita Codex MS. ——

1 Caſaub. ita locum ordinat, οἷος τῷ σπεύδοντι ἐντυγχάνειν αὐτῷ, ἀπὸ τῦ δείπ. &c. φάσκειν.

συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. καὶ προαποστέλλειν δὲ ἐπὰν πορεύηται τὸν ἐροῦντα ὅτι ἔρχεται. καὶ οὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον αὐτὸν, οὔτε ἐσθίοντα ἐάσαι ἂν εἰσελθεῖν. Ἀμέλει δὲ καὶ λογιζόμενος πρός τινα, τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς ψήφους διωθεῖν· καὶ κεφάλαιον ποιήσαντι, γράψαι αὐτῷ εἰς λόγον. καὶ μὴν ἐπιστέλλων μὴ γράψαι, ὅτι χαρίζοιο ἄν μοι, ἀλλ', ὅτι βούλομαι γενέσθαι. καὶ, ἀπέσταλκα πρός σε ληψόμενος· καὶ, ὅπως ἄλλως μὴ ἔσαι, καὶ, τὴν ταχίστην.

cui quos habet in poteſta[…], ut convivarum curam hab[…], præcipit. Cùm ad aliquem viſit, præmittit qui dicat, Ille venit. Quando vel aliptæ dat operam, vel cibum ſumit, neminem ad ſe ſinit introire. Quinetiam, ſi cum aliquo rationes purget, puero imperat, ut calculos trajiciat: & ubi ſummam fecerit, ut alteri ferat expenſum. In epiſtolis nunquam ſic ſcripſerit, *Feceris mihi rem gratam:* Sed; *Hoc fieri volo.* &, *Miſi ad te qui ſumeret.* item, *Ne aliter fiat* vide: &, *quamprimum.*

Περὶ Δειλίας. κϛʹ.

De Timiditate. 26.

ΑΜέλει δὲ ἡ δειλία δόξειεν ἂν εἶναι ὕπειξις τῆς ψυχῆς ἔμφοβος. ὁ δὲ δειλὸς τοιοῦτός τις, οἷος πλέων, τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι. καὶ κλυδωνίου γενομένου ἐρωτᾷν, εἴ τις μὴ μεμύηται τῶν πλεόντων. καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακόπτοντος [1] αἰσθάνεσθαι εἰ μεσοπορεῖ. καὶ τί δοκεῖ αὐτῷ τὰ τοῦ Θεοῦ; καὶ πρὸς τὸν παρακαθήμενον λέγειν, ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινός. καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον. καὶ δεῖσθαι πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτόν. καὶ στρατευόμενος δὲ προσκαλεῖν πάντας πρὸς αὐτὸν, καὶ στάντας πρῶτον περιιδεῖν, καὶ λέγειν ὡς ἔργον διαγνῶναι ἐστὶ πότερόν εἰσιν οἱ πολέμιοι.

ENimvero timiditas videri queat, dejectio animi meticuloſa. Homo timidus ejuſmodi eſt: navigans dicet promontoria eſſe hemiolias naveis. Ad minimam fluctuum agitationem quæret, síntne qui navigant omneis initiati. Gubernatorem navim inhibentem interrogat, an medium curſum teneat navis: &, quid à Deo ſperet aut metuat. Se ex inſomnio terreri, narrat aſſidenti: induſium *deinde* exuit, & puero tradit. *nautas* ut ſe ad terram admoveant, orat. Militiæ verò ſolet ídem omnes ad ſe *commilitones* vocare: & ubi ſtantes diligenter reſpexit, Difficile, inquit, eſt cognitu, ſint

1 Caſ. πυνθάνεσθαι.

2 κε-

[illegible]ſtes, an non. Clamore au-[illegible], & viſis qui caderent, aſtantibus dicit ſe præ feſtinatione, oblitum eſſe ſpatham ſumere. & poſtquam in tentorium curriculo ſe recepit, puerum inde mittit, juſſum ubi ſint hoſtes, diligenter ſpeculari. Interea *ſpatham* ſub pulvino abſcondit: deinde eâ quærendâ longum tempus terit. Tum ſi vulneratum aliquem in caſtra ab amicis deferri videat, accurrit, & habere bonum animum jubet: hunc curat, & ſaniem ſpongiâ effingit, necnon muſcas abigit: quidvis denique potiùs facit, quàm ut cum hoſtibus pugnet. Æneatore claſſicum canente, ſedens ipſe in tentorio, Abi, inquit, in malam rem, hunc hominem ſomnum capere non ſinis: qui adeò frequenter ſignum des. Amat etiam ſanguinis de alieno vulnere plenus, ad reverſos è pugnâ accedere, narrans, ſe cum ſuo periculo unum ex amicis ſervâſſe. Ad jacentem etiam tribules & populares introducit, qui eum viſant: ſimul horum ſingulis narrat, ſe illum ſuis ipſius manibus in tentorium portâſſe.

μιοι. καὶ ἀκούων κραυγῆς, ὁρῶν πίπτοντας, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρεστηκότας, ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν ὑπὸ τῆς σπουδῆς ἐπελάθετο. καὶ τρέχειν ὑπὸ τὴν σκηνὴν, τὸν παῖδα ἐκπέμψας, [2] κελεύειν προσκοπεῖσθαι ποῦ εἰσιν οἱ πολέμιοι, καὶ ἀποκρύψας αὐτὴν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, εἶτα διατρίβειν πολὺν χρόνον. καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ὁρῶν τραυματίαν [3] προσφερόμενον τῶν φίλων, προσδραμεῖν, καὶ θαῤῥεῖν κελεύειν. καὶ τοῦτον θεραπεύειν, καὶ περισπογγίζειν, καὶ μυίας σοβεῖν, καὶ πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. καὶ τοῦ σαλπιστοῦ δὲ πολεμικὸν σημήναντος καθήμενος ἐν σκηνῇ, Ἄπαγ᾽ ἐς κόρακας, οὐκ ἐάσεις τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν πυκνὰ σημαίνων. καὶ αἵματος δὲ ἀνάπλεως ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου τραύματος, ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι, καὶ διηγεῖσθαι [4] ὡς κινδυνεύσας ὡς σέσωκε τῶν φίλων. καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν κατακείμενον σκεψόμενος τοὺς φυλέτας, τὸν δῆμον· καὶ τούτων ἅμα ἑκάστῳ διηγεῖσθαι ὡς αὐτὸς αὐτὸν ταῖς αὐτοῦ χερσὶν ἐπὶ σκηνὴν ἐκόμισεν.

Περὶ

2 κιλδίων.
3 Caſ. προσφερομένων ὑπὸ τῶν φ.

4 ὡς κινδυν. ὡς σέσωκε -- l. ἕνεκα σέσωκε τῶν φίλων.

I οἷς

Περὶ ὀλιγαρχίας. κζ΄.

Δόξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία φιλαρχία τις ἰσχυρὰ κέρδους οὐ γλιχομένου. ὁ δὲ ὀλιγαρχικὸς τοιοῦτος, ¹ οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι ἐπιμελησομένους πομπῆς, παρελθὼν ἀποφήνας ἔχει. καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν, ὅτι Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔςω. τῶν δὲ ἄλλων μηδὲν ἐπίςασθαι. Ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι, ὅτι δεῖ ἡμᾶς συνελθόντας βουλεύσασθαι· καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι. καὶ παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζειν, καὶ ὅτι ὑπὸ τινῶν ὑβριζόμενος εἰπεῖν, Οὐ δεῖ αὐτοὺς κἀμὲ τὴν πόλιν οἰκεῖν. καὶ μέσον δὲ τῆς ἡμέρας ἐξιὼν, καὶ μέσην κουρὰν κεκαρμένος, καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος ² σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους. Οὐκ οἰκητέον ἐςὶ τὴν πόλιν. καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαςηρίοις δεινὰ πάσχειν ὑπὸ τῶν δικαζομένων. καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅταν τις παρακάθηται αὐτῷ λεπτὸς καὶ αὐχμῶν. καὶ ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος. τὸν Θησέα πρῶτον αἴτιον φήσας τῶν κακῶν

De Oligarchiâ, ſive moribus optimatium. 27.

VIderi poſſit oligarchia, vehemens eſſe honorum cupiditas abſque ullo lucri ſtudio. Oligarchi ſive optimatis hi ſunt mores. Deliberante populo ecquis magiſtratui in curatione pompæ ſit comes adjiciendus, prodit ipſe & eo ſe honore dignum pronuntiat. Homeri verſuum tenet ſolum hunc unum, *Non multos regnare bonum eſt: rex unicus eſto.* aliorum omnium nihil ſcit. Solet quoque hoc genus ſermonibus uti: Oportet in unum coacti deliberemus, & turbâ hâc forenſi nos liberemus, aditúmque illi ad magiſtratus præcludamus. Si qui illum injuriâ affecerint, Non poſſumus, inquit, ego & illi hanc urbem incolere. Meridie prodit in publicum tonſuræ medio genere detonſus, unguibúſque cum curâ præciſis, jactans ſe *per forum*, aítque, Non eſt habitandum in hac urbe: &, ſibi in judiciis plurimum à litigantibus negotii faceſſi: item, pudore ſibi frontem ſuffundi, quotieſcunque ipſi in concione aliquis aſſideat malè habitus, & ſqualidus: & univerſum oratorum genus qui in Rep. verſantur odio dignum eſſe. Ipſum Theſeum omnium primum auctorem horum malorum civi-

τῇ

1 οἷος δήμου βουλομένου τίνας δεῖ αἱρεῖσθαι τῷ ἄρχοντι συνεπιμελησομένους π. παρ. ἀποφῆναι ἑαυτόν.

2 Σοβεῖν l. τοῖς τοιούτοις λόγοις.

1 ἄδω

a… extitiſſe : necnon alios ſimiles his ſermones apud hoſpites habet, civiúmque illos qui eandem ſectam ſequuntur.

τῇ πόλει γεγονέναι. καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους, καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοιοτρόπους.

De Inſolentiâ, ſive, *ferâ inſtitutione.* 28.

INſolentia eſt deſiderium capiendi cultûs melioris vergente jam ætate. Ejuſmodi homini hæc conveniunt. Annos ſexaginta natus poëtarum verſus memoriæ mandat: hos ad pocula canere incipiens obliviſcitur. Diſcit à filio quomodo fiat *in acie* converſio ad dextra, quomodo item ad ſiniſtra. Dum rus pergit, alieno equo vectus, ſimul *obvios* ſalutare meditatur: cadens verò caput deturpat. Solet etiam ad ſtatuam ludens *ſe exercere :* & cum pediſſequo arcu & jaculis certare : ac ſimul diſcere ab alio, & eundem docere velle, ac ſi eſſet is quoque *artis* imperitus. Idem luctans & in balneo *lavans*, nateis ſubinde agitat indecenter.

Περὶ ὀψιμαθίας. κη.

Ἡ Δὲ ὀψιμαθία φιλοπονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν. ὁ δὲ ὀψιμαθὴς τοιοῦτός τις, οἷος ῥήσεις μανθάνειν ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς. Ταῦτα [1] ἄγων παρὰ πότον ἐπιλανθάνεσθαι. καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα. καὶ εἰς ἀγρὸν, ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου ὀχούμενος, ἅμα μελετᾷν ἀσπάζεσθαι. καὶ πεσὼν τὴν κεφαλὴν καταισχύναι. καὶ [2] μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν. καὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ἀκόλουθον διατοξεύεσθαι, καὶ διακοντίζεσθαι. καὶ ἅμα μανθάνειν [3] παρ' αὐτοῦ, ὡς ἂν καὶ ἐκείνου μὴ ἐπισαμένου. καὶ παλαίων ἐν τῷ βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἕδραν ςρέφειν.

De Maledicentiâ. 29.

MAledicentia eſt animi in deteriorem partem inclinatio inter loquendum. Maledicus ita eſt moratus. Si interrogetur, ille quis eſt ? non ſecus atque ii qui ſtemma aliquod enarrant, ab auctore ge-

Περὶ Κακολογίας. κθ'.

Ε'Στι δὲ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ κακολόγος τοιός δέ τις ἐςὶν, οἷος ἐρωτηθεὶς, ὁ δεῖνα τί ἐςι; καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες, πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους [1] αὐτῶν ἄρξασθαι.

1 ᾄδων παρὰ πότον ——
2 πρὸς μικρὸν ἀνδριάντα, mallem quam μακρόν.

3 παρ' αὐτῦ, adde καὶ διδάσκειν αὐτὸν.
1 l. αὐτῦ.

ξασθαι. Ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος. ἔπειτα δ' ἐς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. ἡ μέν τοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττα ἐστί. τὰς δὲ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν. αὐτὸς δὲ οὗτος, ὡς ἐκ τούτων γεγονὼς, κακὸς μαστιγίας. καὶ ἐπὶ τούτοις διεξιὼν φησὶν, αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζουσι. καὶ κακῶς λεγόντων ἑτέρων συνεπιλαμβάνεσθαι καὶ αὐτὸς, λέγων, καὶ ἐγὼ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πάντων [μάλιστα] μεμίσηκα, καὶ γὰρ εἰδεχθής τις ἀπὸ τοῦ προσώπου ἐστίν. ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὅμοιον. σημεῖον δὲ, τῇ γὰρ ἑαυτοῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκοὺς εἰς ὄψον δίδωσι. καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τοῦ Ποσειδῶνος ἡμέρᾳ. καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τοῦ [2] ἀναστάντος εἰπεῖν. καὶ ἄλλα πλεῖστα περὶ τῶν φίλων καὶ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς λέγειν.

neris primo ordietur: Pater hujus, inquiens, primùm vocabatur Soſias: dum inter milites verſatur, dici cepit Soſiſtratus: deinde unus è populo inter aſcriptitios eſt factus. Mater quidem, nobilis Threſſa eſt: nam id genus mulieres aiunt domi eſſe nobileis. Iſte autem, ut talibus parentibus natus, nequam eſt verbero. Pergit deinde, & inquit, Hæ ſunt mulieres quæ prætereuntes de via rapiunt. Aliis etiam de *abſente* detrahentibus, idem facit ipſe quoque, & ait, Ego etiam hunc hominem omnium odi maximè. Etenim ſi faciem ſpectes, turpis eſt quem meritò oderis: ſi improbitatem, nihil ei ſimile. Scias ita eſſe, cùm uxori tres æris nummulos in opſonium dare ſoleat: & ut Poſideone menſe frigida lavet, cogere. Moris etiam habet, ſedens inter plures, ſurgere ut aliquem accuſet: plurimáque alia de amicis & familiaribus ſuis malè loqui: & de ipſis etiam mortuis detrahere.

2 Caſaub. ἀναστὰς — altera lectio poteſt locum ſuum tueri.

Hæc hactenus. Cæterùm Theophraſtum hunc auctiorem & emendatiorem, Lector, poſſis expectare ab egregio viro, Iſaaco Voſſio, qui neſcit publico invidere, quæ poſſidet bona. iterum vale.

Τέλος σὺν Θεῷ ἁγίῳ.

ΔΗΜΟ-

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ
ΕΚ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ
ὅμοια, ἢ βίου θεραπεία.

ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
Γνῶμαι χρυσαῖ.

ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ
ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ
Γνῶμαι.

DEMOPHILI
SIMILITUDINES,
SEU
Vitæ Curatio, ex Pythagoréis.

DEMOCRATIS
PHILOSOPHI
Aureæ Sententiæ.

SECUNDI
ATHENIENSIS
Sophiſtæ Sententiæ.

LUCAS HOLSTENIUS
Primus edidit, & Notas adjecit.

DEMOPHILI

SIMILITUDINES,

Seu Vitæ Curatio, ex Pythagoréis.

ADULATIO pictæ armaturæ ſimilis eſt; ideóque oblectamentum quidem adfert, ſed uſum nullum præbet.

Eruditio ſimilis eſt coronæ aureæ, quæ honorem ſimul cum pretio conjunctum habet.

Homines vani & leves, quemadmodum vaſa inania, facillimè auribus prehenſi ducuntur.

Vita, muſici inſtrumenti inſtar, remiſſione & intentione temperata, ſuavior redditur.

Ratio, ad inſtar boni fictoris, egregiam figuram animo inducit.

Mens ſapientum, ad inſtar auri, ponderis quamplurimum habet.

Jactantiæ, perinde ut armorum deauratorum, interna externis haudquaquam reſpondent.

Eadem orationis virtus atque unguenti: nam & malè affectos nos juvat, & benè habentes oblectat.

ΔΗΜΟΦΙΛΟΥ

ΕΚ ΤΩΝ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΩΝ

Ὅμοια, ἢ Βίου Θεραπεία.

ΕΟΙΚΕΝ ἡ κολακεία γραπτῇ πανοπλίᾳ· διὸ τέρψιν μὲν ἔχει, χρείαν δὲ οὐδεμίαν παρέχεται.

Ἡ παιδεία ὁμοία ἐςὶ χρυσῷ ςεφάνῳ· καὶ γὰρ τιμὴν ἔχει καὶ τὸ λυσιτελές.

[1] Οἱ ἐλαφροὶ τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ τὰ κενὰ τῶν ἀγγείων, εὐβάςακτοι τοῖς ὠταρίοις εἰσίν.

Ὁ βίος, ὥςπερ ὄργανον, ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει ἁρμοζόμενος, ἡδίων γίνεται.

Ὁ λόγος, ὥςπερ πλάςης ἀγαθὸς, καλὸν τῇ ψυχῇ περιτίθησι σχῆμα.

Ὁ τῶν σοφῶν νοῦς, ὥςπερ χρυσὸς, βάρος ἔχει μέγιςον.

Τῆς ἀλαζονείας, καθάπερ τῶν κεχρυσωμένων ὅπλων, οὐχ ὅμοιά ἐςι τὰ ἐντὸς τοῖς ἐκτός.

Μύρῳ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει ὁ λόγος· κάμνοντας γὰρ ἡμᾶς ὠφελεῖ, καλῶς δὲ πράσσοντας, εὐφραίνει.

Φαύ-

1 Οἱ ἐλαφροὶ] ita Plutarchus in præceptis polit. τὸν μὲν λύκον ἔφασι τῶν ὤτων κρατεῖν· δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐκ τῶν ὤτων ἄγειν δεῖ μάλιστα.

2 Πα-

φαύλου ἀνδρὸς, καθάπερ κυνὸς κακοῦ, μᾶλλον δεῖ τὴν σιγὴν ἢ τὴν φωνὴν εὐλαβεῖσθαι.

Hominis improbi, haud [secus] ac mali canis, ſilentium magis quàm vox cavenda.

Οὔτε τῇ γαμετῇ πρέπον τὴν ἑταίραν, οὔτε τῇ φιλίᾳ τὴν κολακείαν προτιμᾶσθαι.

Neque uxori amica, neque amicitiæ adulatio præferenda.

Οἱ ἀδολέσχαι, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, τῷ συνεχεῖ τῆς λαλιᾶς τὴν ἡδονὴν τῆς ὁμιλίας ἀποβάλλουσι.

Homines garruli, hirundinum inſtar, continuâ loquacitate converſationis voluptatem perdunt.

Τοὺς μὲν κακοὺς ἀσεβήσαντας, τοὺς δ' ἀνοήτους καὶ θρασεῖς γηράσαντας, αἱ τῶν ἁμαρτημάτων συνδιώκουσιν ἐριννύες.

Homines malos in impietatem prolapſos, dementes verò & protervos ſenectute provectos, peccatorum furiæ exagitant.

Τὸν πεπαιδευμένον, ὥσπερ ἐκ συμποσίου, ἐκ τοῦ βίου εὐσχημονοῦντα δεῖ ἀναλύειν.

Sapienti ex vita, veluti ex convivio, modeſtè diſcedendum.

Λιμὴν μὲν πλοίῳ ὅρμος, βίῳ δὲ φιλία.

Navi quidem portus, vitæ autem amicitia ſtatio eſt.

[2] Πατρὸς ἐπιτίμησις ἡδὺ φάρμακον· πλεῖον γὰρ ἔχει τὸ ὠφελοῦν τοῦ δάκνοντος.

Parentis objurgatio dulce pharmacum eſt: plus enim habet quod juvet, quàm quod mordeat.

Τὸν σπουδαῖον ἄνδρα, καθάπερ παλαιστὴν ἀγαθὸν, δεῖ πρὸς τὴν ἀνταγωνιζομένην τύχην τὰ βάρη μεταφέρειν.

Virum bonum boni luctatoris inſtar adverſanti fortunæ totâ corporis mole obniti decet.

[3] Ἡ αὐτάρκεια, καθάπερ ὁδὸς βραχεῖα καὶ ἐπιτερπὴς, χάριν μὲν ἔχει μεγάλην, κόπον δὲ μικρόν.

Frugalitas, brevis & jucundæ viæ inſtar, multum gratiæ, defatigationis parùm habet.

Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς, οἱ δ' ὀξεῖς θυμοὶ τοῖς λογισμοῖς μετάγονται.

Equi contumaces frenis, animi ad iracundiam proni rationibus ducuntur.

Τῷ

2 Πατρὸς ἐπιτίμησις] ſic Stobæus ſer. 81. ſed in Meliſſa cap. 125. πατρὸς ἰβεις legitur.

3 Ἡ αὐτάρκεια] MS. Vat. in fine hujus ſententiæ legit, τόπον δὲ μικρόν. nullo ſenſu. unde cùm apud Stobæum ſer. 5. πόνον ſcriptum ſit, non dubitavi κόπον hoc loco ſubſtituere.

4 Καὶ

Joco, ſalis inſtar, parcè utendum.

Τῷ γελοίῳ, καθάπερ ἁλὶ, πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι.

Et calceus & fortunæ modus aptè quadrans minùs moleſtiarum habet.

4 Καὶ ὑπόδημα καὶ βίος ἁρμόττων ὁ ἀλυπότερος.

Veſtes talares corpora, opes immoderatæ animos impediunt.

Αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι οὐσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν.

Stadii curſoribus victoriæ præmium in meta, ſtudioſis autem prudentiæ palma in ſenectute repoſita eſt.

Τοῖς μὲν σαδιοδρομοῦσιν ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βραβεῖον τῆς νίκης, τοῖς δὲ φιλοπονήσασιν ἐπὶ τοῦ γήρους τὸ πρωτεῖον τῆς φρονήσεως, ἀπόκειται.

Voluptates Sirenum inſtar prætereundæ ſunt ei, qui virtutem tanquam patriam viſere cupit.

5 Δεῖ, ὥσπερ σειρῆνας, τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν τὸν κατασπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὡς πατρίδα.

Ut ſecundâ tempeſtate navigantes etiam adverſæ præſidia in promptu habent; ita viri ſapientes in rebus ſecundis etiam adverſæ fortunæ remedia ſibi parant.

6 Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίαις φρονοῦντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἑτοιμάζουσι βοηθήματα.

Veſtes lotæ & nitidæ uſu iterum ſordibus opplentur; animi autem ſemel ab ignorantia

Αἱ μὲν ἐσθῆτες γενόμεναι διάλαμπροι πάλιν ἐν τῇ χρήσει ἀναπίμπλανται ῥύπου· αἱ δὲ ψυχαὶ ἅπαξ

4 Καὶ ὑπόδημα] hæc ſententia reſtituenda apud Stobæum ſer. 3. ubi corrupta & malè divulſa extat. contrarium ſentit Ariſtippus apud Maximum, ſer. 140. *Non ut majus calceamentum inutile eſt, ſic & poſſeſſio major. illius enim ſuperfluitas utentibus impedimento eſt: hac autem vel totâ, vel per partes pro temporis ratione uti licet.*

5 Δεῖ ὥσπερ Σειρῆνας] Ex notiſſimo Homeri figmento de Ulyſſis navigatione per ſcopulos Sirenum. Eas tamen Plutarchus ſympoſ. l. 9. quæſt. 14. ex Platonis mente, eaſdem cum Muſis eſſe docet. Sed locum de Sirenum cantu hactenus pro derelicto & deſperato habitum hic emendatum propono, ἐνταῦθα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀμυδρά τις οἷον ἠχὼ τῆς μουσικῆς ἐκείνης ἐξικνουμένη, διὰ λόγων ἐκκαλεῖται καὶ ἀναμιμνήσκει τὰς ψυχάς· ὧν τὰ ὦτα μὲν πλείστων περιαλήλιπται καὶ καταπέπλασται σαρκίνοις ἐμφράγμασι καὶ πάθεσιν, οὐ κηρίνοις. hoc ait: *Cæleſti illâ Sirenum muſicâ excitari & admoneri animas, quarum aures obturatæ & ſtipatæ ſunt ſepimentis & affectionibus carneis, non cereis;* nam voces iſtæ, τότε, & κενοῖς, nauci non ſunt, & alluſionis elegantiam perdunt.

6 Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ] ita Terentius in Phormione:

Omnes cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè
Meditari ſecum oportet, quo pacto adverſam ærumnam ferant.

ἅπαξ ἀποκαθαιρόμεναι τὴν ἀμάθειαν, διαπαντὸς μένουσι λαμπραί.

purgati perpetuò nitorem ſervant.

Οἱ μὲν δραπέται, κἂν μὴ διώκωνται, φοβοῦνται· οἱ δὲ ἄφρονες, κἂν μήπω κακῶς πράσσωσι, ταράσσονται.

Mancipia fugitiva etiam nemine perſequente timent; ſtulti autem quamvis nullis malis conflictentur, perturbantur.

Ὁ τῶν φιλαργύρων πλοῦτος, ὥσπερ ἥλιος καταδὺς εἰς τὴν γῆν, οὐδένα τῶν ζώντων εὐφραίνει.

Divitiæ avarorum, occidui ſolis inſtar terram ſubeuntes, nulli viventium voluptatem afferunt.

[7] Οἱ μὲν κατ' ἐνιαυτὸν καρποὶ ἐκ τῆς γῆς, οἱ δὲ ἐκ τῆς φιλίας κατὰ πάντα καιρὸν φύονται.

Ex terra ſingulis annis, ex amicitia quovis momento fructus proveniunt.

[8] Μουσικοῦ μὲν ἔργον τὸ πᾶν ὄργανον ἁρμόσασθαι, πεπαιδευμένου δὲ ἀνδρὸς, τὸ πάσῃ ψυχῇ συμφωνῆσαι.

Muſici opus eſt quodcunque inſtrumentum concinnè adaptare; viri autem ſapientis cuivis animo ſeſe adtemperare.

Οὔτ' ἀῤῥώστου πληγὴν, οὔτ' ἀνοήτου ἀπειλὴν δεῖ εὐλαβεῖσθαι.

Neque ægroti verbera, neque ſtulti minæ pertimeſcendæ.

[9] Ὑπενδύεσθαι δεῖ τῷ μὲν θώρακι χιτῶνα, τῇ δὲ λύπῃ νοῦν.

Thoraci quidem tunica, dolori autem bonus animus ſubinduendus.

[10] Νοσοῦντος δίαιτα, καὶ ἄφρονος ψυχὴ, δυσάρεστον.

Victus ægrotantis, & ſtulti animus faſtidii plenus.

Οἱ

7 Οἱ μὲν κατ'] Apud Jamblichum l. 2. de ſecta Pyth. c. 2. φιλοσοφίας non φιλίας legitur: ſed ſuus utrique conſtat ſenſus. Meliſſa ſer. 135. cum Demophilo congruit: rectiùs tamen verbis tranſpoſitis legit: οἱ μὲν ἐκ τῆς γῆς καρποὶ κατ' ἐνιαυτόν. ego Vaticani codicis ſcripturam repræſentavi.

8 Μουσικοῦ μὲν] pro ψυχῇ reponerem τύχῃ· & ſic ſæpe apud auctores peccatum. Proclus in Timæum lib. 1. pag. 61. Stoicum hoc paradoxum affert: τὸν σπουδαῖον οὐδὲν δεῖσθαι τῆς τύχης. *Sapientem non indigere fortunâ:* ubi tamen ψυχῆς pro τύχης editum legimus. Cæterum haud diſſimilem ex Demonacte ſententiam habet Meliſſa cap. 148. οὔτε οἱ ἄμουσοι τοῖς ὀργάνοις, οὔτε οἱ ἀπαίδευτοι ταῖς τύχαις δύνανται συναρμόσασθαι. quæ apud Stobæum ſer. 4. leviter corrupta eſt: ut & alia ſimilis ex Ariſtonymo ſer. 3.

9 Ὑπενδύεσθαι] malè apud Antonium Meliſſæ cap. 144. ἐπενδύεσθαι ſcribitur: ſubinduitur enim tunica thoraci, ne corpus premat; non induitur.

10 Νοσοῦντος] apud Stobæum ſer. 4. & Meliſſæ cap. 148. ἄφρονος εὐτυχία legitur, unde hîc iterum τύχη pro ψυχὴ reponendum apparet: attamen Vaticani Codicis lectionem non ferendam ſolùm, ſed & præferendam alteri exiſtimo.

11 Ταυ-

Pueri indocti literas, viri imperiti actiones confundunt.

Οἱ μὲν ἀμαθεῖς παῖδες τὰ γράμματα, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἄνδρες τὰ πράγματα συγχέουσιν.

Animus ſapientiæ præceptis imbutus aurigæ ſimilis eſt; nam inſitas nobis cupiditates cohibet, & ad honeſtum redigit.

Ὁ ἐκ φιλοσοφίας νοῦς ἔοικεν ἡνιόχῳ· περίεςι γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν ἐπιθυμιῶν, ἀεὶ μετάγων αὐτὰς εἰς τὸ καλόν.

Tempus quidem abſinthium melle ſuavius reddit; occaſio autem & neceſſitas quandoque efficit, ut inimicum amico præferas.

Τὸ μὲν ἀψίνθιον ὁ καιρὸς τοῦ μέλιτος γλυκύτερον, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐντιμότερον τοῦ φίλου ἡ περίςασις ἐνίοτε ποιεῖ.

Aliquando & bonus gubernator naufragium, & vir bonus infortunium patitur.

Καὶ κυβερνήτης ἀγαθὸς ἐνίοτε ναυαγεῖ, καὶ ἀνὴρ σπουδαῖος ἀτυχεῖ.

Tonitrua pueros, minæ autem ſtultos potiſſimùm terrent.

Αἱ μὲν βρονταὶ μάλιςα τοὺς παῖδας ἐκφοβοῦσιν, αἱ δὲ ἀπειλαὶ τοὺς ἄφρονας.

Statuam figura, virum actio exornat.

Ἀνδρίαντα μὲν τὸ σχῆμα, ἄνδρα δὲ ἡ πρᾶξις κοσμεῖ.

Perinde eſt lethale venenum bibere ex aureo poculo, & conſilium ex animo perfido capere.

[11] Ταὐτόν ἐςιν ἐκ χρυσοῦ ποτηρίου φάρμακον θανάσιμον πιεῖν, καὶ παρὰ φίλου ἀγνώμονος συμβουλίαν λαμβάνειν.

Hirundines cœli ſerenitatem, ſermones autem philoſophici tranquillitatem animi nobis prænunciant.

Αἱ μὲν χελιδόνες εὐδίαν σημαίνουσιν ἡμῖν, οἱ δὲ φιλοσοφίας λόγοι τὴν ἀλυπίαν.

Non tam orbi parentibus pueri, quàm viri ſtulti tutoribus indigent.

Οὐχ οὕτως τοῖς ὀρφανοῖς παισὶν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνδράσιν, ἐπιτρόπων ἐςὶ χρεία.

Fortuna malo munerario ſimilis eſt, quæ ſæpius nihil perpetrantem coronat.

Ἡ τύχη ἔοικε φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ· πολλάκις γὰρ τὸν μηδὲν πράξαντα ςεφανοῖ.

Ad feliciter navigandum

[12] Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι κυβερνή-

11 Ταὐτόν ἐςιν] extat bis Meliſſæ cap. 135. ſed poſteriori loco malè ἀγνώμον⊛ legitur: quî enim conſilium malum ab homine amico & benevolo?

12 Εἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι] ſic Euryphamus

βερνήτου καὶ πνεύματος χρεία· εἰς δὲ τὸ εὐδαιμονῆσαι λογισμοῦ καὶ τύχης.

gubernatore & vento; ad be-tè vivendum ratione & fortuna opus eſt.

Ὁ μὲν δειλὸς καθ᾽ ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα, ὁ δὲ ἀνόητος τὰ χρήματα ἔχει.

Ut timidus arma, ita ſtultus opes contra ſe ipſum habet.

Τὸ αὐτό ἐςιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμίζειν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα.

Idem eſt navim infirmæ ancoræ, & ſpem animo perverſo inniti.

Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις τὰ νέφη, τῷ δὲ λογισμῷ τὰ πάθη.

Solem ſubinde nebulæ, rationem affectus obtenebrant.

Οὔτε τὸν ἄῤῥωςον ἡ χρυσῆ ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἐπίσημος εὐτυχία.

Neque ægrotantem aureus lectus, nec ſtultum fortuna ſplendida juvat.

Τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς ἐπιλύει· ὁ δὲ ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργάς.

Temperata aquæ potio inteſtinorum ardores, lenis autem oratio iras diluit.

Οὔτε ὁ αὐςηρὸς οἶνος εἰς πολυποσίαν εὔθετος· οὔτε ἄγροικος τρόπος εἰς ὁμιλίαν.

Neque vinum auſterum largiori compotationi, neque aſperi mores converſationi apti ſunt.

Πιθήκου ὀργὴν, καὶ κόλακος ἀπειλὴν, ἐν ἴσῳ θετέον.

Ira ſimiæ, & adulatoris minæ eodem loco habendæ.

Τοῦ βίου καθάπερ δράματος, πρῶτον μέρος ἐςὶν ἡ νεότης· διὸ πάντες αὐτῇ προσέχουσιν.

In vita, tanquam in comœdia, primum actum adoleſcentia ſuſtinet; ideo cuncti attento animo eam ſpectant.

13 Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλεςέ-

Scripturas cautionibus muni-

phámus antiquiſſimus Pythagoréus in egregio illo fragmento de vita, apud Stobæum ſer. 101. unde apparet hanc iſtius ὁμακοΐα ſententiam eſſe.

13 Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλεςέρας] Cum ſimilitudines iſtæ, teſte Jamblicho, πρὸς τὰ ἐναργῆ δείγματα τῶν ὄντων. hoc eſt, rerum perſpicuarum comparatione exprimantur, non video qui ſcripturarum certitudo & ſecuritas cum ſplendore actionum comparari poſſit. Geſnerus Meliſſæ c. 1. ἀρχὰς legiſſe videtur, ubi vulgò γραμμὰς editur: puto & ipſi hæſiſſe aquam ideóque hariolum potiùs egiſſe quàm interpretem, mihi vox ἀσφαλεςέρας ſuſpecta, pro qua leviſſimâ mutatione ἀσαφεςέρας ſcriberem, verterémque: *Picturas umbra, actiones ſplendor commendat*: nam ut Plinius ait l. 35. c. 5. *Pictura lumen invenit & umbras, differentiâ colorum alternâ vice ſeſe excitante.* Si de ſcripturis vocem ancipitem quis accipere malit, referenda erit ſententia ad arcanum & reconditum

tas] actiones ſplendidas habere oportet.

λεστέρας, τὰς δὲ πράξεις λαμπροτέρας ἔχειν δεῖ.

Sicut in plantis, ita in pueris quoque prima indoles futurum virtutis fructum indicat.

Ὃν τρόπον ἐπὶ τῶν φυτῶν, καὶ ἐπὶ τῶν νέων, ἡ πρώτη φυὴ προδείκνυσι τὸν μέλλοντα καρπὸν τῆς ἀρετῆς.

In conviviis quidem ſuavior eſt homo minimè vinolentus, in bonis autem minimè iniquus.

14 Ἐν μὲν τοῖς συμποσίοις ὁ μὴ παροινῶν ἡδύτερος· ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ὁ μὴ παρανομῶν.

Idem eſt enutrire anguem & malum beneficiis afficere; apud neutrum enim gratia benevolentiam parit.

Τὸ αὐτό ἐστιν ὄφιν ἐκτρέφειν, καὶ τὸν πονηρὸν εὐεργετεῖν· παρ' οὐδετέρῳ γὰρ ἡ χάρις εὔνοιαν γεννᾷ.

Raro ſecundâ cœli tempeſtate navis frangitur; raro autem ſine conſilio ſervatur.

Ἐν μὲν εὐδίᾳ σπάνιον τὸ ναυαγῆσαι· ἐν δὲ τῇ ἀβουλίᾳ, τὸ μὴ ναυαγῆσαι.

Utres inanes ventus, homines autem ſtultos opinio inflat.

Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διΐστησι· τοὺς δ' ἀνοήτους ἀνθρώπους τὸ οἴημα.

In exercitiis laſſitudo, in rebus ſecundis invidia cavenda.

Γυμναζόμενον δεῖ φυλάσσεσθαι τὸν κόπον, εὖ πράσσοντα δὲ τὸν φθόνον.

Modum omnium rerum optimum ſapientum aliquis pronunciavit: cujus conſilio etiam nos, O amiciſſime piiſſiméque Aſclepiades, vitæ curandæ præceptis finem imponemus.

Μέτρον ἄριστον, ἔφη τις τῶν σοφῶν· ᾧ πειθόμενοι καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τὰς τοῦ βίου θεραπείας ἀναπαύσωμεν, φίλτατε ἡμῖν καὶ ἱερώτατε Ἀσκληπιάδη.

Τοῦ

tum, eóque obſcurum ſcribendi modum Pythagorici gregis, qui ſymbolis & ænigmatis animi ſenſa involvebat, Delphici Apollinis inſtar, οὔτε λέγων, οὔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων, de qua obſcuritate Jamblichum vide lib. 2. c. 21. ſed fortè commodiori ſenſu ἀφελεστέρας ſcriberetur: cùm ſcriptionis, præſertim Philoſophicæ virtus maxima & præcipua ſit ἀφέλεια, ſive pura & non affectata ſimplicitas; qualis in Xenophonte potiſſimùm ab Ariſtide aliiſque magiſtris, commendatur, & qualem in Ruſtici literis obſervat laudátque principum ſapientiſſimus M. Aurelius: atque hæc nativa ſimplicitas in Ocello, Timæo, Cebete, cæteríſque quorum fragmenta ſuperſunt, antiquiſſimis Pythagoréis, maximè elucet.

14 Ἐν μὲν τοῖς συμποσ.] Similis Plutarchi ſententia eſt apud Stobæum ſerm. 4. & Antonium c. 148. ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν· ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ πλεῖστοι. unde & hic παρανοῶν potius quàm παρανομῶν legendum;

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ΓΝΩ͂ΜΑΙ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΑΙ΄.

15 Α᾽Κτησάμενος οὐ καθέξεις, μὴ αἰτοῦ παρὰ θεοῦ. δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον· ὥςτε οὐ δώσει ὃ μὴ καθέξεις.

Ἄγρυπνος ἔσο κατὰ νοῦν· συγγενὴς γὰρ τοῦ ἀληθινοῦ θανάτου ὁ περὶ τοῦτον ὕπνος.

Βλάπτει θεὸς οὐ χολωθεὶς, ἀλλ᾽ ἀγνοηθείς· ὀργὴ γὰρ θεοῦ ἀλλότριον. ἐπ᾽ ἀβουλήτοις γὰρ ἡ ὀργή· θεῷ δὲ οὐδὲν ἀβούλητον.

16 Βουλευόμενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθονεῖς σαυτῷ πάσχων ὑπὸ σαυτοῦ κακῶς. καὶ αὐτὸς δὲ μὴ βούλου παρὰ κακοῦ πάσχειν καλῶς. οἷον γὰρ τὸ ἦθος ἑκάςου, τοιόςδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις. ψυχὴ γάρ ἐςι ταμιεῖον, ἀγαθὴ μὲν ἀγαθοῦ, κακὴ δὲ κακοῦ.

Βουλευσάμενος πολλὰ, ἧκε ἐπὶ τὸ λέγειν, ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἕξεις ἐξουσίαν ἀνακαλέσασθαι τὰ πραχθέντα, ἢ λεχθέντα.

17 Γλῶσσα σοφοῦ οὐ προηγου-

EJUSDEM SENTENTIÆ PYTHAGORICÆ.

QUæ parta tueri non poſſis, ea à Deo ne expetas: nullum enim Dei donum eripi poteſt; idcirco haudquaquam dabit, quod nequeas conſervare.

Mente pervigili eſto: nam animi veternus veræ morti affinis eſt.

Mala hominibus immittit Deus non iratus, ſed ignoratus: ira enim aliena eſt à Deo; quippe quæ in rebus contra voluntatem accidentibus locum habet. Deo autem nihil invito accidit.

Ubi de alio mali quid cogitas te ipſum malo prævertis: neque verò boni quidquam à malo expectes: nam quales cujuſque mores, talis & vita & actiones: penu enim & promtuarium eſt animus, bonus quidem bonorum, malus autem malorum.

Poſtquam diu multúmque conſulueris ad dicendum vel agendum accede: neque enim in tua poteſtate erit facta aut dicta revocare.

Non linguam ſed opera ſa-

μένως

gendum; è contrà iſthic δυϛυχίαις ſcribendum exiſtimo: nam res ſecundæ animos potiſſimùm dementant & tranſverſos agunt.

15 Α᾽ κτησάμενος] Sexti Philoſophi eſt Sent. 79. & 80. quam Ruffinus vertendo ita pervertit, ut vix veſtigia veræ lectionis agnoſcas.

16 Βουλευόμενος] apud Sextum ita habetur Sent. 312. & 313. *Qui cogitat adversùs alium mala, ipſa præveniens ipſe perfert mala:* unde hîc quoque legendum conſtat, φθάνεις σεαυτὸν πάσχων· quod in verſione expreſſi.

17 Γλῶσσα] Ita Sextus Sent. 401. & 402. ſed græca Ruffinus vertendo interpolavit. In Meliſſa ſer. 93. poſterior pars paulò auctior legitur, ut & in

pientis Deus præcipuè æſtimat: nam ſapiens etiam cùm tacet Deum honorat.

μένως τίμιον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα· σοφὸς γὰρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.

Homo garrulus atque imperitus & orando & ſacrificando numen contaminat. Solus igitur ſapiens ſacerdos, ſolus pius, ſolus orandi gnarus.

Γλωσσαλγὸς ἄνθρωπος καὶ ἀμαθὴς, εὐχόμενος καὶ θύων τὸ θεῖον μιαίνει. μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφὸς, μόνος θεοφιλὴς, μόνος εἰδὼς εὔχεσθαι.

Sapiens nudus huc miſſus, nudus eum qui miſit invocet: Deus enim ſolum exaudit illum qui alienis non eſt oneratus.

Γυμνὸς ἀποσαλεὶς σοφὸς, γυμνιτεύων καλέσει τὸν πέμψαντα· μόνου γὰρ τοῦ μὴ τοῖς ἀλλοτρίοις πεφορτισμένου ἐπήκοος ὁ θεός.

Nullum donum majus virtute à Deo accipi poteſt.

Δῶρον ἄλλο μεῖζον ἀρετῆς οὐκ ἔςι παρὰ θεοῦ λαβεῖν.

Munera & victimæ nihil honoris Deo conferunt, neque ſuſpenſa templis donaria Deum ornant: ſed mens pia ſolidè nos Deo conjungit: nam ſimile ſimili adjungi neceſſum eſt.

[18] Δῶρα καὶ θυσίαι θεὸν οὐ τιμῶσιν, ἀναθήματα θεὸν οὐ κοσμεῖ· ἀλλὰ τὸ ἔνθεον φρόνημα διαρκῶς συνάπτει θεῷ. χωρεῖν γὰρ ἀνάγκη τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον.

Durius eſt ſervire affectibus, quàm tyrannis.

Δουλεύειν πάθεσι χαλεπώτερον, ἢ τυράννοις.

Præſtat ſæpius cum ſe ipſo, quàm cum externis colloqui.

Διαλέγεσθαι ἄμεινον ἑαυτῷ πλέον, εἴπερ τοῖς πέλας.

Si ſemper memineris, quocunque demum loco anima aut corpus tuum aliquid perpetret, Deum inſpectorem adeſſe; in cunctis quidem orationibus actionibúſque tuis vereberis inſpectoris præſentiam quem nihil latet: Deum verò intimum pectoris hoſpitem habebis.

Ἐὰν ἀεὶ μνημονεύῃς, ὅτι ὅπου ἂν ᾖ ἡ ψυχή σου, καὶ τὸ σῶμα ἔργον ἀποτελεῖ, θεὸς ἐφέςηκεν ἔφορος, ἐν πάσαις σου ταῖς εὐχαῖς καὶ πράξεσιν, αἰδεσθήσῃ μὲν τοῦ θεωροῦ τὸ ἄληςον, ἕξεις δὲ τὸν θεὸν σύνοικον.

In quantum temetipſum ignoras, furere & inſanire te exiſtima.

Ἐφ' ὅσον σαυτὸν ἀγνοεῖς, νόμιζε μαίνεσθαι.

19 Ζη-

in MS. anthologia bibliothecæ Barberinæ, ubi Sexto diſertim tribuitur. Sequens etiam partim apud Sextum, partim apud Hieroclem p. 25. aurei commentarii habetur.

18 Δῶρα κ̀] Hæc quoque dicto Hieroclis

19 Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα τὰ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου τούτου παραμένοντα.

Ii conjuges & liberi quærendi, qui etiam poſt hanc vitam ſuperſtites maneant.

Ζῆ ὡς ἀληθῶς θεῷ ὁμοίως ὁ αὐτάρκης καὶ ἀκτήμων φιλόσοφος, καὶ πλοῦτον ἡγεῖται μέγιστον, μηδὲν ἀλλότριον κεκτῆσθαι καὶ μὴ ἀναγκαῖον. ἐπιτείνει γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ποτὲ ἡ τῶν χρημάτων ἐπίκτησις· αὔταρκες δὲ πρὸς εὐζωίαν τὸ μηδὲν ἀδικεῖν.

Vivit reverà vitam Deo ſimilem frugalis inópſque philoſophus, & opes maximas ducit nihil externum & non neceſſarium poſſidere: nam divitiarum acquiſitio quandoque cupiditatem accendit: ſed ad bene beatéque vivendum ſufficit ne qui: injuſtè agas.

Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτῆσις διὰ ῥαστώνης οὐ περιγίνεται.

Vera bona nequaquam otio & ignaviâ parantur.

Ἡγοῦ μάλιστα ἀγαθὸν εἶναι, ὃ καὶ ἑτέρῳ μεταδιδόμενον σοὶ μᾶλλον αὔξεται.

Illud potiſſimùm bonum eſſe exiſtima, quod cum alio communicatum tibi magis augetur.

Ἡγοῦ μάλιστα φίλους τοὺς ὠφελοῦντας τὴν ψυχὴν, ἢ τὸ σῶμα.

Eos præcipuè amicos judica, qui animum potiùs quàm corpus juvant.

Ἡγοῦ παντὸς ἀνοήτου καὶ τὸν ἔπαινον καὶ τὸν ψόγον καταγέλαστον, καὶ ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸν βίον.

Cujuſvis ſtulti & laudem & vituperium ridiculum ducito: & totam hominis imperiti vitam opprobrium exiſtima.

Θέλε μᾶλλον τοὺς συνόντας αἰδεῖσθαί σε, ἢ φοβεῖσθαι· αἰδοῖ γὰρ πρόσεστι σέβας, φόβῳ δὲ μῖσος.

Da operam ut tui te familiares vereantur potiùs, quàm metuant: nam verecundia venerationem, metus odium conjunctum habet.

Θυηπολία ἀφρόνων, πυρὸς τροφή· τὰ δὲ ἀναθήματα, ἱεροσύλων χορηγία.

Stultorum ſacrificia ignis alimenta ſunt; donaria autem, ſacrilegorum proventus.

Ἴσθι ὡς οὐδεμία προσποίησις πολλῷ χρόνῳ λανθάνει.

Id ſcito, nullam ſimulationem diu latere.

Κακὰ μείζω πάσχει διὰ τὸ συνειδὸς ὁ ἀδικῶν, βασανιζόμε-

Homo iniquus majora perpetitur mala dum animus ſce-

ves

roclis loco extat: ubi auctiùs meliúſque ἀφρικῶς ἡδρασμένον legitur.

19 Ζητεῖν δεῖ] vide & hanc paulò auctiorem apud Stobæum ſer. 1.

20 Ξένος

letum conſcientiâ excruciatur, quàm ſi corpus cædatur verberibus.

νος τῇ ψυχῇ, ἤπερ τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς μαςιγούμενος.

Apud homines pravis opinionibus imbutos ſermonem de Deo inſtituere haudquaquam tutum eſt; nam æquè periculoſum eſt, ſeu vera ſeu falſa iis dicantur.

Λόγον περὶ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν ὀυκ ἀσφαλές· καὶ γὰρ τ' ἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων, καὶ τὰ ψευδῆ, κίνδυνον φέρει.

Rationem ubique ducem ſequendo nequaquam peccabis.

Λόγῳ ἡγεμόνι ἐν παντὶ χρώμενος οὐχ ἁμαρτήσεις.

Aliis moleſtus haud facilè ipſe moleſtiis carebit.

Λυποῦντα τὸν πλησίον, οὐ ῥάδιον αὐτὸν ἄλυπον εἶναι.

Magnam doctrinam exiſtima, quâ ignorantium imperitiam ferre poſſis.

Μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἣν δυνήσῃ φέρειν ἀγνοούντων ἀπαιδευσίαν.

Improbitas legi divinæ aurem non præbet; ideóque contra leges agit.

Νόμου θείου τὸ φαῦλον ἀνήκοον, διὸ καὶ παρανομεῖ.

Peregrinus vir juſtus non tantùm civi, ſed etiam cognato quodammodo præſtat.

20 Ξένος ἀνὴρ δίκαιος οὐ μόνον πολίτου, ἀλλ' οὐδὲ συγγενοῦς τι διαφέρει.

Quot animi affectus, tot immanes domini.

Ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι οἱ ὠμοὶ δεσπόται.

Nemo liber, qui ſui ipſius non ſit compos.

Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.

Cujuſcunque boni acquiſitionem conjunctus cum continentia labor præcedit.

Παντὸς καλοῦ κτήματος πόνος προηγεῖται ὁ κατ' ἐγκράτειαν.

Id perſuaſum habeto, tuas opes non eſſe quas animo reconditas non ſervas.

Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.

Fac quæ honeſta judicas, etiamſi nullam tibi allatura ſint gloriam: vulgus enim malus rectè factorum arbiter.

Ποίει ἃ κρίνεις εἶναι καλὰ, κἂν ποιῶν μέλλῃς ἀδοξήσειν· φαῦλος γὰρ κριτὴς καλοῦ πράγματος ὄχλος.

Ex operibus potiùs quàm ex ſermonibus hominis pericu-

Πεῖραν ἀνθρώπου ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον λάμβανε ἢ ἐκ τῶν λόγων·

20 Ξένος ἀνὴρ] apud Stobæum ſer. 9. rectiùs, ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς, ſcriptum eſt.

21 Ῥα-

γων· πολλοὶ γὰρ βίῳ μὲν εἰσὶ κακοὶ, λέγειν δὲ πιθανώτατοι.

lum facito: multi enim malè vivunt, & optimè loquuntur.

Πράττε τὰ μεγάλα μὴ ὑπισχνούμενος μεγάλα.

Fac magna nil magni promittens.

Ῥιζωθέντες ἐκ θεοῦ καὶ φυέντες τῆς αὐτῶν ῥίζης ἐχώμεθα· καὶ γὰρ ὕδατος προχοαὶ, καὶ τὰ ἄλλα φυτὰ τῆς γῆς, ῥίζης ἀποκοπέντα αὐαίνεται καὶ σήπεται.

Radicati natíque ex Deo radici noſtræ inhæreamus: nam & aquarum ſcaturigines, cæteráque terræ germina ſuccisâ radice ſiccantur, & putreſcunt.

Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη· αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθοῦς φῶς ἐστι. τεθνᾶναι δὲ πολλῷ κρεῖττον, ἢ δι' ἀκρασίας σώματος τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι.

Animæ robur eſt temperantia: hæc enim vacui affectibus animi lumen eſt: at multò ſatius eſt mori, quàm corporis incontinentiâ animum offuſcare.

21 Ῥᾳδίως μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον σαλεύοντα ἐπὶ φίλοις, ἢ τέκνοις, ἤ τινι τῶν ἐφήμερον τὴν σωτηρίαν ἐχόντων· ἐπισφαλῆ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα. τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι καὶ τοῦ θεοῦ, μόνον βέβαιον.

Haud facile beatum dixeris hominem, qui amicis vel liberis, aut ullâ re fluxâ & caducâ nititur: cuncta enim hæc lubrica ſunt: at ſeipſo Deóque niti, id ſolum firmum & ſtabile eſt.

Σοφὸς ἄνθρωπος καὶ θεοφιλὴς, ὃς ὅσα οἱ ἄλλοι μοχθοῦσι τοῦ σώματος ἕνεκα, τοσαῦτα σπουδάζει αὐτὸς ὑπὲρ ψυχῆς πονεῖν.

Is ſapiens & pius homo eſt, qui quantum laboris alii corporis causâ ſuſtinent, tantum ipſe animo impendere ſtudeat.

22 Συγγενεῖ καὶ ἄρχοντι, πλὴν ἐλευθερίας, πάντα εἶκε.

Agnato & principi omnia, unâ libertate exceptâ, concede.

Τέκνα μάνθανε τίκτειν ἀΐδια, οὐ τὰ γηροβοσκήσοντα τὸ σῶμα, τὰ δὲ τὴν ψυχὴν θρέψοντα τῇ ἀϊδίῳ τροφῇ.

Liberos æternos parere diſcito, non qui corpus in ſenectute alant, ſed qui animum cibo perpetuo nutriant.

Φιλήδονον, καὶ φιλοσώματον, καὶ φιλοχρήματον, καὶ φιλόθεον

Fieri haudquaquam poteſt, ut unus idémque & voluptati-

τὸν

21 Ῥαδίως] hinc emendandus Antonius Meliſſæ c. 148.

22 Συγγενεῖ] corruptiſſima habetur apud Stobæum ſer. 13. qui hinc corrigendus.

23 Ψυχῆς

bus; & corpori, & opibus patandis, ſimúlque Deo vacet: nam qui voluptatibus deditus eſt, idem quoque ſtudet corpori: at cui corpus curæ eſt, idem profectò & opibus ſtudet: atqui opum ſtudioſus neceſſariò injuſtus eſt: injuſtus autem & impius eſt erga Deum, & iniquus erga homines. Proinde etiamſi hecatombas ſacrificet, multò magis impius eſt, & ab omni religione Deóque averſus, & animi propoſito ſacrilegus: quapropter omnem voluptarium, ut impium & ſacrilegum, averſari oportet.

Animo caſto & puro locum convenientiorem in terris non habet Deus.

τὸν αὐτὸν ἀδύνατον εἶναι. ὁ γὰρ φιλήδονος, καὶ φιλοσώματος· ὁ δὲ φιλοσώματος, πάντως καὶ φιλοχρήματος· ὁ δὲ φιλοχρήματος, ἐξ ἀνάγκης ἄδικος· ὁ δὲ ἄδικος, εἰς μὲν θεὸν ἀνόσιος, εἰς δὲ ἀνθρώπους παράνομος· ὥστε κἂν ἑκατόμβας θύῃ, πολὺ μᾶλλον ἀνοσιώτερός ἐστι, καὶ ἀσεβὴς, καὶ ἄθεος, καὶ τῇ προαιρέσει ἱερόσυλος. διὸ καὶ πάντα φιλήδονον, ὡς ἄθεον καὶ μιαρὸν ἐκτρέπεσθαι χρή.

23 Ψυχῆς ἁγνῆς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει θεός.

FINIS.

ΤΕΛΟΣ.

23 Ψυχῆς] Hierocles pag. 24. & Sextus ſent. 36.

ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΓΝΩΜΑΙ ΧΡΥΣΑΙ.

Γνωμέων μὲν τῶνδε εἴτις ἐπαΐοι ξὺν νόῳ, πολλὰ μὲν ῥέξει πράγματ' ἀνδρὸς ἄξια, πολλὰ δὲ φαῦλα οὐχ ἕξει.

1 Ψυχῆς μὲν τελειότης σκήνους μοχθηρίαν ὀρθοῖ· σώματος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδὲν ἀμείνω τίθησιν.

Ὁ τὰ ψυχῆς ἀγαθὰ ἐρεόμενος, τὰ θειότερα ἐρέεται· ὁ τὰ σκήνους, τ' ἀνθρώπινα.

2 Καλὸν μὲν τὸν ἀδικέοντα κωλύειν· εἰ δὲ μὴ, μὴ ξυναδικέειν.

3 Ἀγαθὸν εἶναι χρὴ, ἢ μιμεῖσθαι.

Οὔτε σώμασιν οὔτε χρήμασιν εὐδαιμονοῦσιν ἄνθρωποι, ἀλλ' ὀρθοσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ.

DEMOCRATIS PHILOSOPHI AUREÆ SENTENTIÆ.

Sententiis hiſce ſi quis aures animúmque adverterit, multa ille opera viro digna patrabit, multis contrà carebit malis.

Animi quidem perfectio corporis vitium corrigit; corporis autem vires ratione deſtitutæ animum nihilo meliorem reddunt.

Quiſquis animi bona amat, diviniora; qui corporis, humana amat.

Hominem iniquè agentem impedire præſtat; id ſi fieri nequeat, ſaltem non adjuvanda ejus iniquitas.

Bonum eſſe, non ſimulare oportet.

Neque in corpore, neque in opibus poſita eſt hominum felicitas, ſed in animo recto, & juſtitia.

Μὴ

1 Ψυχῆς μὲν] Stobæus ſer. 1. & Meliſſa c. 167. tribuunt Democrito: & expreſſit Plato lib. 3. de Rep. pag. 403.

2 Καλὸν] In Epirotico exemplari bibliothecæ Barberinæ legebatur, εἰ δὲ μὴ, ξυναδικέειν· ſed loci ſenſus geminam negationem requirit: cum pag. 58. non ſolùm injuriâ, ſed & animo lædendi abſtinendum moneat. Democritus apud Stobæum ſer. 3. & 5. ad propulſandum & vindicandum cohortatur: unde hic ξυνεκδικέειν potiùs ſcribendum foret, ſi Democratem noſtrum eundem cum Democrito eſſe certò conſtaret.

3 Ἀγαθὸν] Stobæus ſer. 37. ἀγαθὸν ἢ εἶναι χρεὼν ἢ μιμεῖσθαι· ſed cui bono hæc imitatio aut ſimulatio, cum bonum eſſe non videri oporteat? nam quod Epicurus dicebat de ſtudio ſapientiæ, id virtuti etiam quadrat. οὐ προσποιεῖσθαι δεῖ φιλοσοφεῖν, ἀλλ' ὄντως φιλοσοφεῖν· οὐ γὰρ προσδεόμεθα τοῦ δοκεῖν ὑγιαίνειν, ἀλλὰ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ὑγιαίνειν. rectiùs ergo meâ quidem ſententiâ hìc ſcri-

Non metu ſed officii cauſâ peccatis abſtinendum.

Μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων.

Res magna eſt, in adverſis quæ in rem ſint ſapere.

Μέγα τὸ ἐν συμφορῇσι φρονέειν ἃ δεῖ.

Rerum turpium pœnitentia vitæ ſalus eſt.

Μεταμέλεια ἐπ' αἰσχροῖσι πρήγμασι βίου σωτηρίη.

Veridicum non multiloquum eſſe oportet.

Ἀληθόμυθον χρὴ εἶναι, οὐ πολύλογον.

Infelicior eſt injuriam qui facit, quàm qui ſuſtinet.

Ὁ ἀδικῶν τοῦ ἀδικουμένου κακοδαιμονέστερος.

Animi magni eſt humaniter ferre ſiquid peccatum fuerit.

Μεγαλοψυχίη τὸ φέρειν πραέως πλημμέλειαν.

Legi, principi, & ſapientiori cedere pulcrum eſt.

Νόμῳ, καὶ ἄρχοντι, καὶ τῷ σοφωτέρῳ εἴκειν, κόσμιον.

Vir bonus improborum reprehenſiones nihili facit.

Μεμφομένων φαύλων ὁ ἀγαθὸς οὐ ποιεῖται λόγον.

Deteriori parére durum eſt.

Χαλεπὸν ἄρχεσθαι ὑπὸ χείρονος.

Qui pecuniis facilè vincitur haudquaquam erit juſtus.

Ὁ χρημάτων παντελῶς ἥσσων οὐκ ἄν ποτε εἴη δίκαιος.

Ad perſuadendum ſæpenumero plùs oratio quàm aurum valet.

Ἰσχυρώτερος ἐς πειθὼ λόγος πολλαχῇ γίνεται χρυσοῦ.

Quiſquis eum monet, qui prudentiâ ſe pollere exiſtimat, operam perdit.

4 Τὸν οἰόμενον νοῦν ἔχειν ὁ νουθετῶν ματαιοπονεῖ.

Multi, qui rationem non excoluêre ex ratione vivunt.

Πολλοὶ λόγον μὴ μαθόντες, ζῶσι κατὰ λόγον.

Multi turpiſſima perpetrantes opera optimè meditatis utuntur ſermonibus.

Πολλοὶ δρῶντες τὰ αἴσχιστα λόγους ἀρίστους ἀσκέουσιν.

Stulti rebus adverſis conflictantes ſapiunt.

Οἱ ἀξύνετοι δυστυχέοντες σωφρονέουσιν.

Ἔργα

ſcriberetur, οὐ μιμεῖσθαι. vel ſanè addendum, aut ſaltem ſubintelligendum, μᾶλλον.

4 Τὸν οἰόμενον] hinc corrigendus Stobæus ſer. 10.

Ἔργα καὶ πρῆξιν ἀρετῆς, οὐ λόγους ζηλοῦν χρεών.

Reipſa atque opere, non verbis, virtuti ſtudendum.

Τὰ καλὰ γνωρίζουσι καὶ ζηλοῦσιν οἱ εὐφυέες πρὸς αὐτά.

Homines naturâ ad honeſtatem facti, & cognoſcunt quæ honeſta ſunt, iiſque faciendis operam navant.

Κτηνέων μὲν εὐγένεια ἡ τοῦ σώματος εὐσθένεια· ἀνθρώπων δὲ, ἡ τοῦ ἔθους εὐτροπίη.

Jumentorum generoſitas, in corporis robore; hominum verò in recta morum conformatione conſiſtit.

Οὔτε τέχνη, οὔτε σοφίη ἐφικτὸν, εἰ μὴ μάθῃ τίς.

Neque ars, neque ſcientia abſque doctrina acquiritur.

Κρεῖσσον τὰ οἰκεῖα ἐλέγχειν ἁμαρτήματα, ἢ τὰ ὀθνεῖα.

Præſtat propria, quàm aliena peccata reprehendere.

[5] Ὧν ὁ τρόπος ἐςὶν εὔτακτος, τουτέοισι καὶ ὁ βίος συντέτακται.

Quorum mores bene ſunt compoſiti, hiſce & vita rectè componitur.

Ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν.

Bonum eſt non ſolùm ab injuria, ſed etiam à voluntate lædendi abſtinere.

Εὐλογέειν ἐπὶ καλοῖς ἔργοισι χρὴ· τὸ γὰρ ἐπὶ φαύροισι, κιβδήλου καὶ ἀπατεῶνος.

De rectè factis bene loquendum: nam de malis bene loqui hominis eſt ſubdoli, atque impoſtoris.

Πολλοὶ πολυμαθέες νοῦν οὐκ ἔχουσι.

Multi eruditione varia inſtructi bona mente deſtituuntur.

Πολυνοΐην, οὐ πολυμαθίην ἀσκέειν χρή.

Multiplici potiùs animi ſapientiæ, quàm multifariæ eruditioni ſtudendum.

Προβουλεύεσθαι κρεῖσσον τῶν πράξεων, ἢ μετανοεῖν.

Præſtat conſilium actiones præcedere, quàm pœnitentiam ſubſequi.

Μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς δοκίμοισι πιςεύειν· τὸ μὲν γὰρ εὔηθες, τὸ δὲ σωφρονέοντος.

Non omnibus, ſed ſpectatis fidendum: illud enim fatui, hoc prudentis eſt.

Δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐξ ὧν πράσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν βούλεται.

Vir probus, aut improbus, non ex operibus tantùm, ſed etiam ex voluntate ſpectatur.

5 Ὧν ὁ τρόπ.] Stob. ſer. 37. & Mel. c. 97. rectiùs, οἷσιν.

Πολ-

Immoderatâ cupiditate trahi pueri eſt, non viri.

Παιδὸς, ὀυκ ἀνδρὸς, τὸ ἀμέτρως ἐπιθυμεῖν.

Intempeſtivæ voluptates dolores pariunt.

Ἡδοναὶ ἄκαιροι τίκτουσιν ἀηδίας.

Nimis vehementes cujuſcunque rei appetitus etiam ad cætera animum occœcant.

Αἱ περί τι σφοδραὶ ὀρέξεις τυφλοῦσιν εἰς τ᾽ ἄλλα τὴν ψυχήν.

Juſtus amor citra nullius injuriam honeſta ambire.

Δίκαιος ἔρως ἀνύβριςος, ἐφίεσθαι τῶν καλῶν.

Nihil jucundum admittas, niſi idem ſit conducibile.

Ἡδὺ μηδὲν ἀποδέχεσθαι, ἢν μὴ συμφέρῃ.

Imprudentes aliis parére præſtat, quàm imperare.

Κρεῖσσον ἄρχεσθαι τοῖς ἀνοήτοις, ἢ ἄρχειν.

Non ratio, ſed damnum ſtultorum magiſtra.

Νηπίοισιν οὐ λόγος, ἀλλ᾽ ἡ συμφορὰ γίνεται διδάσκαλος.

Honor & divitiæ abſque prudentia, opes ſunt parùm ſecuræ.

Δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ συνέσεως, οὐκ ἀσφαλέα κτήματα.

Opes parare haud quidem inutile; ſed injuſtè parare id verò omnium pernicioſiſſimum.

Χρήματα μὲν πορίζειν ὀυκ ἀχρεῖον, ἐξ ἀδικίας δὲ πάντων χαλεπώτατον.

Malum eſt imitari improbos, & ſpernere bonos.

Χαλεπὸν μιμεῖσθαι μὲν τοὺς κακοὺς, μὴ ἐθέλειν δὲ τοὺς ἀγαθούς.

Aliena curioſè ſcrutantem propria ignorare turpe eſt.

Αἰσχρὸν τὰ ὀθνεῖα πολυπραγμονέοντα, ἀγνοεῖν τὰ οἰκεῖα.

Continua cunctatio imperfecta reddit opera.

Τὸ ἀεὶ μέλλειν ἀτελέας ποιέει τὰς πρήξιας.

Subdoli homines ſunt, & ſpecie tenus boni, qui verbo omnia, re ipsâ nihil præſtant.

Κίβδηλοι καὶ ἀγαθοφανέες, οἱ λόγῳ μὲν ἅπαντα, ἔργῳ δὲ οὐδὲν ἔρδοντες.

Felix cui opes & mens ſuppetunt: nam rectè iiſdem ubi res poſcit utitur.

Μακάριος ὃς οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει· χρῆται γὰρ εἰς ἃ δεῖ καλῶς.

Peccandi cauſa, ignorare quid ſit melius.

Ἁμαρτίης αἰτίη ἡ ἀμαθίη τοῦ κρείσσονος.

Ἑαυτὸν πρῶτον αἰσχύνεσθαι χρεὼν τὸν αἰσχρὰ ἔρδοντα.

Primùm ſeipſum vereri debebat quiſquis turpia perpetrat.

Ὁ ἀντιλογεόμενος καὶ πολλὰ καλλωπιζόμενος, ἀφυὴς εἰς μάθησιν ὧν χρή.

Homo contentioſus nimiúmque ſcitus, ineptus eſt ad diſcendum ea, quæ uſus poſtulat.

Πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἀκούειν ἐθέλειν.

Arrogantia quædam eſt omnia dicere, nihil audire velle.

Τὸν φαῦλον παραφυλάττειν δεῖ, μὴ καιροῦ λάβηται.

Improbum obſerves, ne occaſionem arripiat.

Ὁ φθονῶν, ἑαυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπέει.

Homo invidus ſeipſum, ut hoſtem, dolore afficit.

Ἐχθρὸς οὐχ' ὁ ἀδικῶν, ἀλλὰ καὶ ὁ βουλεύων.

Inimicus eſt non ſolùm qui injuriam infert, ſed etiam qui de inferenda cogitat.

Ἡ τῶν συγγενῶν ἔχθρη τῆς τῶν ὀθνείων χαλεπωτέρη μάλα.

Conſanguineorum inimicitiæ multò aſperiores ſunt externis.

Μὴ ὕποπτος πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' εὐλαβὴς γενοῦ καὶ ἀσφαλής.

Non ſuſpicioſum, ſed facilem te, & ſecurum cunctis præbe.

Χάριτας δέχεσθαι χρεὼν προσκοπευόμενον κρείσσονας αὐτῶν ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι.

Ita admittenda ſunt beneficia, ut jam antè tecum diſpexeris, quomodo gratias majores reponas.

Χαριζόμενος προσκέπτου τὸν λαμβάνοντα, μὴ κακὸν ἀντ' ἀγαθοῦ κίβδηλος ἐὼν ἀποδῷ.

Vide cui beneficium præſtes, ne fortè, ſi ſubdolus fuerit, malum pro bono reddat.

Μικραὶ χάριτες ἐν καιρῷ μέγισαι τοῖς λαμβάνουσι.

Parvum beneficium tempeſtivè collatum accipientibus fit maximum.

Τιμαὶ παρὰ τοῖς εὐφρονέουσι μέγα δύνανται, εἰ ξυνίασι τιμώμενοι.

Honores plurimùm valent apud prudentes, ſi ſibi collatos intelligant.

Χαρισικὸς οὐχ' ὁ βλέπων πρὸς τὴν ἀμοιβὴν, ἀλλ' ὁ εὖ δρᾶν προῃρημένος.

Beneficus eſt, non qui remunerationem ſpectat, ſed qui liberâ ſponte præſtat beneficium.

Πολλοὶ δοκέοντες φίλοι οὐκ εἰσὶ, καὶ οὐ δοκέοντες εἰσίν.

Multi cùm videantur amici, non ſunt: ſúntque multi, qui non videntur.

Ἑνὸς

Unius prudentis amicitia ſtultorum omnium amicitiæ præferenda.

Ἑνὸς φιλίη ξυνετοῦ κρείσσων ἀξυνέτων ἁπάντων.

Indignus eſt qui vivat, cui nullus eſt amicus commodus.

Ζῆν ὀυκ ἄξιος, ὅτῳ μηδείς ἐςι χρηςὸς φίλος.

Multi amicos devitant, ſi ex larga fortuna in paupertatem inciderint.

Ἐκτρέπουσι πολλοὶ τοὺς φίλους, εἰ ἐξ εὐπορίης εἰς πενίην μεταπέσωσιν.

Æqualitas ubique eſt bona; ſed quod ultra vel citra modum eſt, haud bonum puto.

Καλὸν ἐπὶ παντὶ τὸ ἴσον, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις οὔ μοι δοκέει.

A nemine amari exiſtimo, quiſquis amat neminem.

Οὐδ' ὑφ' ἑνὸς φιλέεσθαι δοκέει μοι ὁ φιλέων μηδένα.

Senex lepidus & fabulator longè eſt gratiſſimus.

Γέρων εὔχαρις ὁ αἱμύλος καὶ σπουδαιόμυθος.

Corporis pulchritudo, niſi mens ſubſit, animantium propria eſt.

Σώματος κάλλος ζωῶδες, ἢν μὴ νοῦς ὑπείη.

Rebus ſecundis amicum invenire facile eſt; in adverſis autem, omnium difficillimum.

Ἐν εὐτυχίῃ φίλον εὑρεῖν εὔπορον· ἐν δὲ δυςυχίῃ πάντων ἀπορώτατον.

Amici ſunt non quicunque agnati, ſed qui commodis tuis favent.

Φίλοι οὐ πάντες οἱ ξυγγενέες, ἀλλ' οἱ συμφωνέοντες περὶ τοῦ συμφέροντος.

Homines cùm ſimus, humanas calamitates non irridere, ſed deplorare convenit.

Ἄξιον ἀνθρώπους ὄντας ἐπ' ἀνθρώπων συμφοραῖς μὴ γελᾷν, ἀλλ' ὀλοφύρεσθαι.

Bona vix quærentibus, mala autem etiam non quærentibus obtingunt.

Διζημένοισι τ' ἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.

Homines queruli ad amicitiam ſunt inepti.

Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίην ὀυκ εὐφυέες.

Mulier dicendi facultatem non exerceat; res enim periculoſa eſt.

Γυνὴ μὴ ἀσκείτω λόγον· δεινὸν γάρ.

Mulieris imperio parére, contumelia & ignavia extrema eſt.

Ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις καὶ ἀνανδρία ἐσχάτη.

Θείου νοῦ τὸ ἀεὶ διαλογίζεσθαι καλόν.

Animi divini eſt ſemper aliquid boni cogitare.

Ἢν πιςεύῃ τὶς, θεοὺς ἐπισκοπεύειν πάντα, οὔτε λάθρῃ οὔτε φανερῶς ἁμαρτήσεται.

Qui Deum cuncta inſpicere crediderit, neque clanculum, neque apertè peccabit.

Μεγάλα βλάπτουσι τοὺς ἀξυνέτους οἱ ἐπαινέοντες.

Qui ſtultos laudant magno eos damno afficiunt.

Βέλτερον ὑφ᾽ ἑτέρου, ἢ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ ἐπαινέεσθαι.

Ab alio, quàm à ſe ipſo laudari præſtat.

Ἢν μὴ γνωρίζῃς τοὺς ἐπαίνους, κολακεύεσθαι ἡγέου.

Si laudes in te ipſo non agnoveris, palpum tibi obtrudi exiſtimes.

6 Ὁ κόσμος σκηνὴ, ὁ βίος πάροδος· ἦλθες, ἶδες, ἀπῆλθες.

Mundus ſcena, vita tranſitus: veniſti, vidiſti, abiiſti.

7 Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις· ὁ βίος ὑπόληψις.

Mundus mutatio, vita opinio.

Τέλος τῶν τοῦ Δημοκράτους γνωμῶν.

Finis Sententiarum Democratis.

6 Ὁ κόσμος σκηνὴ] Egregiè Plotinus Enn. 3. lib. 2. c. 15. cæterùm Πάροδος, vox è theatro & media ſcena petitta: eſtque primus chori ingreſſus in ſcenam, primúſque oſtentus, teſte Polluce & Hephæſtione.

7 Ὁ κόσμος ἀλλοίωσις] extat apud Marcum Antoninum Imp. lib. 4. cui & alibi paſſim in ore ſuum illud, πᾶν ὑπόληψις.

Περὶ

DE

SECUNDO

PHILOSTRATUS

In vitis Sophiſt. lib. 1.

SEd nec Secundi Athenienſis nobis obliviſcendum, quem Epithyrum, ut fabri puerum appellabant.

Secundus ergò Sophiſta in ſentiendo copioſus, in animi ſenſis exprimendis parcus; cùm Herodem inſtituiſſet, in controverſiam cum ipſo jam alios docente incidit: unde Herodes ipſum cavillo perſtringens uſurpabat illud:

Et figulus figulo, fabro faber invidet alter.

Sed mortuo & orationem dixit, & lacrymas addidit; quamvis ſenex admodùm obiiſſet. Et multa quidem alia hujus viri memoriâ digna ſunt, maximè autem hæc controverſia. Qui ſeditionem excitat, moriatur: & qui ſedat, præmium accipiat. Idem ſeditionem excitans & ſedans, præmium petiit: Hanc autem cauſam ſic breviter peroravit. Igitur, inquit, quid primum? ſeditionem excitâſſe. quid ſecundum? ſedâſſe. Des ergò pœnas ob illatam injuriam; deinde præmium ob rectè facta, ſi potes, accipe. Talis iſte vir fuit. ſepultus eſt in via Megarenſi juxta Eleuſina.

Περὶ

ΣΕΚΟΎΝΔΟΥ

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ

ἐν βίοις σοφις. βιβ. ά.

ΜΗδὲ Σεκούνδου τοῦ Ἀθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν Ἐπίθυρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα.

Σεκοῦνδος τοίνυν ὁ σοφιςὴς, γνῶναι μὲν περιττὸς, ἑρμηνεῦσαι δὲ ἀπέριττος. Ἡρώδην δὲ ἐκπαιδεύσας, ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη· ὅθεν Ἡρώδης διετώθαζεν αὐτὸν, ἐκεῖνο λέγων·

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει,
καὶ τέκτονι τέκτων.

Ἀλλ᾽ ἀποθανόντι καὶ λόγον ἐπεφθέγξατο, καὶ δάκρυα ἐπέδωκε, καίτοι γηραιῷ τελευτήσαντι. μνήμης δὲ ἄξια τοῦ ἀνδρὸς τούτου καὶ πλείω μὲν, μάλιςα δὲ ἥδε ἡ ὑπόθεσις. ὁ ἄρξας ςάσεως ἀποθνησκέτω, καὶ ὁ παύσας ςάσιν ἐχέτω δωρεάν. ὁ αὐτὸς καὶ ἄρξας καὶ παύσας αἰτεῖ τὴν δωρεάν. τὴν δὲ ὑπόθεσιν ὧδε ἐβραχυλόγησεν. οὐκοῦν, ἔφη, τί πρότερον; τὸ κινῆσαι ςάσιν. τί δεύτερον; τὸ παῦσαι· δοὺς οὖν ἐφ᾽ οἷς ἠδίκεις τιμωρίαν, τὴν ἐφ᾽ οἷς εὖ πεποίηκας, εἰ δύνασαι, * λάβε· τοιόςδε ὁ ἀνὴρ οὗτος. τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆς Μεγάραδε ὁδοῦ.

* Interponendam hìc puto δωρεὰν, aut ejuſmodi vocem.

ἈΝΤΩ΄ΝΙΟΣ *μελίσσης λόγῳ ρκβ΄.*

Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι γυνὴ, εἶπεν· Ἀνδρὸς ναυάγιον, οἴκου ζάλη, ἀμεριμνίας ἐμπόδιον, βίου ἅλωσις, καθημερινὴ ζημία, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, συνεστιώμενον θηρίον, συγκαθημένη μέριμνα, συμπλεκομένη λέαινα, κεκοσμημένη Σκύλλα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

ANTONIUS Meliſſæ ſermone 122.

Secundus ille Sapiens interrogatus quid eſſet mulier, reſpondit: Viri naufragium, domûs tempeſtas, tranquillitatis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, ſumptuoſum bellum, bellua contubernalis, ſolicitudo aſſidens, leæna complectens, exornata Scylla, animal malitioſum, malum neceſſarium.

ἈΝΩΝΥ΄ΜΟΥ *ἀνθολογία ἀνέκδοτος.*

Ὁ αὐτὸς ἔφη· τριῶν κακῶν τέτευγμαι, γραμματικῆς, πενίης, καὶ οὐλομένης γυναικός· τῶν δύο ἐξέφυγον, οὐλομένης γυναικὸς ἐκφυγεῖν οὐκ ἴσχυσα.

ANONYMI florilegium MS. in Bibl. Barberina.

Idem aiebat: in tria mala incidi, grammaticam, penuriam, & malam mulierem: duo effugi, malam mulierem effugere non potui.

Ἐκ τῶν Σουΐδα.

Σεκοῦνδος Ἀθηναῖος σοφιστὴς, ὃς ἐχρημάτισε Πλίνιος· ἐπωνομάζετο δὲ Ἐπίουρος, ὡς υἱὸς τέκτονος. καθηγητὴς δὲ γέγονε καὶ Ἡροδότου [γρ. Ἡρώδου] τοῦ σοφιστοῦ· ἔγραψε μελέτας ῥητορικάς.

Ex Suida.

Secundus Athenienſis Sophiſta, qui vocatus eſt Plinius: ſed cognomento dicebatur Epiurus, quaſi fabri filius. Fuit autem Herodoti [leg. Herodis] Sophiſtæ magiſter; ſcripſit declamationes oratorias.

VINCENTIUS Bellovacenſis ſpec. hiſt. lib. III. *cap.* 70.

Temporibus Adriani floruit SECUNDUS Philoſophus, qui philoſophatus eſt omni tempore ſilentium ſervans, & Pythagoricam vitam ducens.

ΣΕΚΟ΄ΥΝ-

SECUNDI PHILOSOPHI SENTENTIÆ.

Quid eſt Mundus?

INcomprehenſibilis complexio, ſtructura mente contemplanda, altitudo oculis inacceſſa, ex ſe natum ſpectaculum, multiformis figuratio, æternus tenor, almus æther, multipartitus ſpiritus, ſeptivagus circuitus; ſol, lumen, dies, luna, ſtellæ, tenebræ, nox; terra, ignis, aqua, aër.

Quid eſt Oceanus?

Mundi amplexus, corona maritima, ſalſum vinculum, cingulum Atlanticum, totius naturæ ambitus, orbis faſcia.

Quid eſt Deus?

Bonum nativum, multiformis imago, altitudo inviſibilis, variè effigiata forma, quæſtio intellectu difficilis, mens immortalis, ſpiritus cuncta pervadens, pervigil oculus, propria omnium eſſentia, multinominis poteſtas, manus omnipotens, lumen, mens, poteſtas.

Quid eſt Dies?

Stadium laboris, duodecim

ΣΕΚΟΥΝΔΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΓΝΩΜΑΙ.

Τί ἐςι κόσμος;

* Ἀκατάληπτος περιοχὴ, θεωρητικὸν κατασκεύασμα, ἀσύνοπτον ὕψωμα, αὐτογέννητον θεώρημα, πολυχάρακτον μόρφωμα, αἰώνιον διακράτημα, αἰθὴρ θρεπτικὸς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἑπταπλανὲς κύκλωμα, ἥλιος, φῶς, ἡμέρα, σελήνη, ἄςρα, σκότος, νύξ· γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ.

Τί ἐςιν ὠκεανός;

Κόσμου ἐναγκάλισμα, θαλάσσιον ςεφάνωμα, ἁλμυρὸς δεσμὸς, ἀτλαντικὸς ζωςὴρ, πάσης φύσεως περίδρομος, οἰκουμένης κάτοχος.

Τί ἐςι Θεός;

Ἰδιόπλαςον ἀγαθὸν, πολύμορφον εἴκασμα, ἀσύνοπτον ὕψωμα, πολυχάρακτον μόρφωμα, δυσνοούμενον ζήτημα, ἀθάνατος νοῦς, πολυδιοίκητον πνεῦμα, ἀκοίμητος ὀφθαλμὸς, ἰδία πάντων οὐσία, πολυώνυμος δύναμις, παγκρατὴς χεὶρ, φῶς, νοῦς, δύναμις.

Τί ἐςιν ἡμέρα;

Στάδιον κακοπαθείας, δωδε-

* Ἀκατάληπτος περιοχὴ] veteris verſionis auctor ἀκατάληπτος περίοδος legit, & paulò pòſt ἀπλανὲς κύκλωμα· ſed utrique noſtram lectionem præfero. Verùm hæc cuivis conferre facile eſt.

κάωρος

καίωρος διαδρομή, ἀρχὴ καθημερινή, ὑπόμνησις βιωτική, δειλινὴ ἀπότασις, αἰώνιον ἀρίθμημα, φυσικὸν ἐσόπτρισμα, ἀερίζουσα μέριμνα.

horarum decurſus, quotidianum principium, admonitio victitandi, veſpertina dilatio, perpetua ſupputatio, ſpeculum naturale, ſollicitudo aërea.

Τί ἐστιν ἥλιος;

Οὐράνιος ὀφθαλμὸς, νυκτὸς ἀνταγωνιστής, αἰθέριον κύκλωμα, κοσμικὸς ἔλεγχος, ἀκήρατος φλὸξ, καρπῶν περιβόλαιον, ἄσβεστος ἀκτὶς, κεχορηγημένη λαμπὰς, οὐράνιος ὁδοιπόρος, ἀδιάλειπτον φέγγος, ἡμέρας κόσμιον.

Quid eſt Sol?

Oculus cœleſtis, noctis adverſarius, æthereus circuitus, mundi index, flamma ſincera, frugum fomentum, radius inextinguibilis, fax ſemper ſuppetens, viator cœleſtis, indeficiens lumen, ornamentum diei.

Τί ἐστι σελήνη;

Οὐρανοῦ πορφύρα, νυκτερινὴ παραμυθία, πλεόντων παννύχισμα, ὁδευόντων παρηγορία, ἡλίου διαδοχὴ, οὐράνιος ὁδοιπορία, κακούργων ἔχθρα, σημεῖον ἑορτῶν, μηνιαῖον ἀνακύκλωμα, παλίνδρομος ἀνάμνησις.

Quid eſt Luna?

Cœli purpura, ſolamen nocturnum, navigantium pervigilium, peregrinantium conſolatio, ſolis vicaria, iter cœleſte, facinoroſorum inimica, ſignum feſtorum, menſtrua revolutio, reciprocum memoraculum.

Τί ἐστιν ἄνθρωπος;

Νοῦς σεσαρκωμένος, πνευματικὸν ἀγγεῖον, αἰσθητικὸν οἴκημα, οἰκητήριον ὀλιγοχρόνιον, ἐπίπονος ψυχὴ, τύχης παίγνιον, φρόντισμα χρόνου, ὠστεωμένον ὄργανον, κατάσκοπος βίου, φωτὸς ἀποστάτης, γῆς ἀπαίτημα.

Quid eſt homo?

Mens induta carne, vas ſpiritale, ſenſile domicilium, breve habitaculum, anima ad labores nata, fortunæ ludibrium, temporis cura, inſtrumentum oſſeum, vitæ explorator, lucis deſertor, terræ creditum.

Τί ἐστι γυνή;

Ἀνδρὸς ἐπιθύμιον, συνεστιώμενον θηρίον, συγκοιμωμένη λέαινα, συντηρουμένη δράκαινα, ἱματισ-

Quid eſt mulier?

Viri deſiderium, fera contubernalis, leæna lecti ſocia, dracæna cuſtodita, vipera ve-

ſtita, pugna voluntaria, bellum ſumptuoſum, diſpendium quotidianum, hominum procreandorum officina, animal malitioſum, malum neceſſarium.

μένη ἔχιδνα, αὐθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος, καθημερινὴ ζημία, ἀνθρωποποιὸν ὑπούργημα, ζῶον πονηρὸν, ἀναγκαῖον κακόν.

Quid ſunt divitiæ?

Sarcina aurea, voluptatum miniſtræ, res inſidiis expoſita, voluptas ineffabilis, invidia domeſtica, ſperatus timor, ſtudium quotidianum, res lubrica, amabile infortunium, deſiderabilis ærumna, ſummus rerum apex, teſſera argentea, erratica felicitas.

Τί ἐςι πλοῦτος;

Χρυσοῦν φορτίον, ἡδονῶν ὑπηρέτης, ἐπιβουλευόμενον πρᾶγμα, ἀπόλαυσις ἀνέκφρασος, φθόνος συνεςιώμενος, φόβος ἐλπιζόμενος, καθημερινὴ μελέτη, εὐμετάπτωτον πρᾶγμα, φιλούμενον ἀτύχημα, περιπόθητον ταλαιπώρημα, ὑψηλὸν πῶμα, ἀργυρικὸν σύνθεμα, περιερχόμενον εὐτύχημα.

Quid eſt paupertas?

Bonum odioſum, mater ſanitatis, impedimentum voluptatum, vita ſine curis, tuta poſſeſſio, magiſtra cogitationum, ſapientiæ repertrix, res abſque invidiâ, opes ab exploratoribus ſecuræ, mercatura indemnis, divitiæ non ſupputandæ calculis.

Τί ἐςι πενία;

Μισούμενον ἀγαθὸν, ὑγείας μήτηρ, ἡδονῶν ἐμποδισμὸς, ἀμέριμνος διατριβὴ, δυσαπόσπαςον κτῆμα, ἐπινοιῶν διδάσκαλος, σοφίας ἀνεύρησις, ἄφθονον πρᾶγμα, ἀσκόπευτος οὐσία, ἀζημίωτος ἐμπορία, ἀψήφιςος οὐσία.

Quid eſt amicus?

Nomen inane, homo nuſquam comparens, res inventu difficilis, infelicitatis refugium, anguſtiarum ſolatium, miſeriarum fomentum, vitæ inſpector, homo incomprehenſibilis, theſaurus nuſquam exiſtens, indeſinens felicitas.

Τί ἐςι φίλος;

Ζητούμενον ὄνομα, ἄνθρωπος ἀφανὴς, δυσεύρητον κτῆμα, καταφυγὴ δυςυχίας, ἀπορίας παραμύθιον, ἄκος ταλαιπωρίας, κατάσκοπος βίου, ἄνθρωπος ἀκατάληπτος, ἀνυπόςατον κειμήλιον, ἀκατάληκτος εὐτυχία.

Quid eſt ſenectus?

Plenitudo dierum, ſanus morbus, viva mors, cura expectata, ſperatus timor, annoſum

Τί ἐςι γῆρας;

Πλήρωσις ἡμερῶν, ὑγιαίνουσα νόσος, ζῶν θάνατος, προσδοκωμένη μέριμνα, φόβος ἐλπιζόμενος,

πολυχρόνιον γέλασμα, ἄτονος φρόνησις, ἔμπνους νεκρὸς, ἀφροδίτης ἀλλότριον, θάνατος προσδοκώμενος, νεκρὸς κινούμενος.

deridiculum, enervis prudentia, cadaver ſpirans, Veneris odium, mors expectata, mobile cadaver.

Τί ἐστιν ὕπνος;

Καμάτων ἀνάπαυσις, ἰατρῶν κατόρθωμα, δεδεμένων λύσις, ἀγρυπνούντων σοφία, νοσούντων εὐχὴ, θανάτου εἰκὼν, ταλαιπωρούντων παραμυθία, πάσης πνοῆς ἡσυχία, πλουσίων ἐπιτήδευμα, πενήτων ἀδολεσχία, καθημερινὴ μελέτη.

Quid eſt ſomnus?

Laborum requies, deſideratus medicorum effectus, vinctorum ſolutio, inſomnioſorum ſapientia, ægrotantium votum, mortis imago, afflictorum ſolamen, univerſi ſpiritûs quies, divitum ſtudium, pauperum oblectamentum, quotidiana occupatio.

Τί ἐστι κάλλος;

Φυσικὴ ζωγραφία, ἰδιόπλαστον ἀγαθὸν, ὀλιγοχρόνιον εὐτύχημα, εὐπαράλλακτον κτῆμα, ἔμπνους πόρνευσις, ἀνδρὸς ἀσελγοῦς ναυάγιον, ἀπαράμονον ἀγαθὸν, σεσαρκωμένη εὐτυχία, ἡδονῶν ὑπηρεσία, ἄνθος μαραινόμενον, ἀσύνκτητον πρᾶγμα, ἀνθρώπων παραμυθία.

Quid eſt pulchritudo?

Nativa pictura, inaffectatum bonum, momentanea felicitas, mutabilis poſſeſſio, ſpirans lenocinium, hominis incontinentis naufragium, bonum inſtabile, carnea felicitas, voluptatum miniſtra, flos marcidus, res non parabilis, hominum ſolatium.

Τί ἐστι γῆ;

Οὐρανοῦ βάσις, ἀπύθμενον θεώρημα, ἀεροφυὲς ῥίζωμα, γυμνάσιον ζωῆς, σελήνης παννύχισμα, ἀσύνοπτον θεώρημα, ὄμβρων τιθήνη, καρπῶν μήτηρ, ᾅδου καλυπτὴρ, αἰώνιον φύλαγμα, πολυδιοίκητον χώρημα, γέννα καὶ ἀποδοχὴ πάντων.

Quid eſt terra?

Cœli baſis, ſpeculatio ſine fundo, radicatio aërea, gymnaſium vitæ, lunæ pervigilium, ſpectaculum viſu incomprehenſibile, imbrium nutrix, frugum mater, inferorum operculum, cuſtodia æterna, ſpacium multarum ditionum, generatio & receptaculum rerum omnium.

Τί ἐστι γεωργός;

Καρπῶν ὑπηρέτης, ὄμβρων

Quid eſt agricola?

Frugum miniſter, imbrium

διαι

arbiter, ſolitudinis amicus, mercator maris expers, ſilvæ adverſarius, victûs operarius, corrector camporum, terræ medicus, plantator arborum, avium magiſter, ærumnæ conſuetudo.

διαιτητὴς, ἐρημίας συνήθης, ἀθαλασσίας ἔμπορος, ὕλης ἀνταγωνιςὴς, τροφῆς ὑπουργὸς, πεδίων ἀριςευτὴς, γῆς ἰατρὸς, δένδρων φυτουργὸς, ὀρνέων παιδαγωγὸς, κακοπαθείας συνήθης.

Quid eſt navigium?

Res fluctuans, domus ſine fundamento, ſepulcrum paratum, tabula quadrata, ventorum peregrinatio, volitans carcer, mors natitans, equus marinus, decipula aperta, fluctivagum iter.

Τί ἐςι πλοῖον;

Ἐπίσαλον πρᾶγμα, ἀθεμελίωτος οἰκία, ἡρμοσμένος τάφος, κυβικὴ σανὶς, ἀνέμων ὁδοιπορία, ἀνιπταμένη φυλακὴ, ἐπιπλέων μόρος, πελάγιος ἵππος, ἠνεωγμένη γαλεάγρα, ἐγκύματος ὁδοιπορία.

Quid eſt nauta?

Fluctuum viator, veredarius maris, ventorum comes, orbis hoſpes, terræ deſertor, tempeſtatum adverſarius, maritimus gladiator, perveſtigator ventorum, ſalutis incertus, mortis vicinus, maris amator.

Τί ἐςι ναύτης;

Κυμάτων ὁδοιπόρος, θαλάσσης * βερηδάριος, ἀνέμων σύνοδος, οἰκουμένης ξένος, γῆς ἀποςάτης, χειμῶνος ἀνταγωνιςὴς, διαπόντιος μονομάχος, ἀνέμων ἰχνευτὴς, ἄδηλος ἐπὶ σωτηρίᾳ, θανάτου γείτων, θαλάσσης ἐραςής.

Quid eſt mors?

Somnus æternus, reſolutio corporis, afflictorum deſiderium, receſſus ſpiritûs, fuga & abdicatio vitæ, divitum timor, pauperum ſolamen, reſolutio membrorum, pater ſomni, verus terminus fixus, diſſolutio omnium.

Τί ἐςι θάνατος;

Αἰώνιος ὕπνος, ἀνάλυσις σώματος, ταλαιπορούντων ἐπιθυμία, πνεύματος ἀπόςασις, φυγὴ καὶ ἀπόκτησις βίου, πλουσίων φόβος, πενήτων παραλαλία, ἀνάλυσις μελῶν, ὕπνου πατὴρ, ἀληθινὴ προθεσμία, ἀπόλυσις πάντων.

* Eſt vox Græco-barbara, de quâ vide Jo. Meurſ. Gloſſar.

FINIS. ΤΈΛΟΣ.

SECUN-

SECUNDI PHILOSOPHI

Reſponſa ad interrogata Adriani,

Ex Vincentio Bellovacenſe, ſpec. hiſt. lib. x. cap. lxxi.

QUid eſt Mundus? Inceſſabilis circuitus, ſpectabilis ſupellex, multiformis formatio, æternus tenor, circuitus ſine errore.

Quid eſt Oceanus? Mundi amplexus, terminus coronatus, (*al.* coarctatus,) hoſpitium fluviorum, fons imbrium.

Quid eſt Deus? Immortalis mens, incontemplabilis celſitudo, forma multiformis, incogitabilis inquiſitio, inſopitus oculus, omnia continens, lux, bonum, & quod eſt hujuſmodi.

Quid eſt Sol? Cœli oculus, caloris circuitus, ſplendor ſine occaſu, diei ornatus, horarum diſtributor.

Quid eſt Luna? Cœli purpura, Solis æmula, malefactorum inimica, ſolamen iter agentium, directio navigantium, ſignum ſolemnitatum, larga roris, præſagium tempeſtatum.

Quid eſt Terra? Baſis cœli, meditullium mundi, fructuum cuſtos & mater, operculum inferni, mater naſcentium, nutrix viventium, devoratrix omnium, cellarium vitæ.

Quid eſt Homo? Mens incarnata, phantaſma temporis, ſpeculator vitæ, mancipium mortis, tranſiens viator, loci hoſpes, anima laborioſa, parvi temporis habitaculum.

Quid eſt Pulchritudo? Flos marcidus, carnalis felicitas, humana concupiſcentia.

Quid eſt Mulier? Hominis confuſio, inſaturabilis beſtia, continua ſollicitudo, indeſinens pugna, viri incontinentis naufragium, humanum mancipium.

Quid eſt Amicus? Deſiderabile nomen, homo vix apparens, infelicitatis refugium, indeſinens felicitas.

Quid Divitiæ? Auri pondus, curarum miniſtri, delectatio injucunda, inſatiabilis invidia, deſiderium inexplebile, os excelſum, inviſa concupiſcentia.

Quid eſt Paupertas? Odibile bonum, ſanitatis mater, curarum remotio, ſapientiæ repertrix,

trix, negocium ſine damno, poſſeſſio abſque calumnia, ſine ſollicitudine felicitas.

Quid Senectus? Optatum malum, mors viventium, incolumis languor, ſpirans mors.

Quid Somnus? Mortis imago, laborum quies, infirmantium votum, miſerorum deſiderium.

Quid eſt Vita? Beatorum lætitia, miſerorum mœſtitia, expectatio mortis.

Quid eſt Mors? Æternus ſomnus, divitum pavor, pauperum deſiderium, inevitabilis eventus, latro hominis, fuga vitæ, reſolutio omnium.

Quid eſt Verbum? Proditor animi.

Quid eſt Corpus? Domicilium animæ.

Quid eſt Barba? Sexûs diſcretio.

Quid eſt Cerebrum? Cuſtos memoriæ.

Quid eſt Frons? Imago animi.

Quid Oculi? Duces corporis, vaſa luminis.

Quid eſt Cor? Receptaculum vitæ.

Quid Jecur? Cuſtodia caloris.

Quid Fel? Suſcitatio iracundiæ.

Quid Splen? Riſûs & lætitiæ capax.

Quid eſt Stomachus? Ciborum coquus.

Quid Oſſa? Robur corporis.

Quid Pedes? Mobile fundamentum.

Quid eſt Ventus? Aëris perturbatio, mobilitas aquarum, ſiccitas terræ.

Quid ſunt Flumina? Curſus indeficiens, refectio Solis, irrigatio terræ.

Quid Amicitia? Æqualitas animorum.

Quid Fides? Ignotæ rei miranda certitudo.

Quid eſt quod hominem laſſum fieri non ſinit? Lucrum.

SECUNDI PHILOSOPHI SENTENTIÆ,

Sive Quæſtiones Problematum ſcriptæ ad Adrianum Imp.

Ex Caſp. Barthii Adverſ. lib. xi. *cap.* xvii.

M*Undus*, eſt inceſſabilis circulus, cunctorum via & tranſitus.

Mare, mater aquarum, terræ amplexus.

Deus, mens immortalis, incomprehenſibilis certitudo, forma omniformis.

Cœlum, Sphæra volubilis, campus intelligentiæ, hortus æternitatis, theatrum vitale omnium.

Sol, oculus Dei, cœli & naturæ ſenſus, temperator vitarum, horarum æternus diſtributor.

Luna, Solis famula, tenebrarum arbitra, index malefactorum, directio æſtuum, tempeſtatum & ventorum indicium.

Homo, mens incarnata, anima ſubjecta tempori, luſus aſtrorum, ſpeculator vitæ, motûs & mortis mancipium.

Terra, baſis mundi, mater corporum.

Dies, ſtadium laborum, viventium reſpectus, mortis calculatio.

Aër, cuſtodia vitarum, animarum fundus.

Lux, rerum facies, colorum index.

Pluvia, terræ exſudatio, nutrix fructuum.

Nebula, tenuis nox.

Ventus, aëris turbatio, mobilitas aquarum, ſiccitas terræ.

Aqua, ſubſidium vitæ, fons fructuum, ſcatebra agilitatis, macularum ablutio.

Flumen, imago temporis, curſus indeficiens, refectio ſolis, irrigatio terræ.

Gelu, Frugum exſiccatio, pons aquarum naturalis.

Hyems, caloris exſilium.

Ver, parturitio terræ.

Æſtas, rerum voluptas, naturæ prægnatio, venuſtas laborum.

Mulier, ſollicitudo perpetua, humana furia, quotidianum damnum, perpetua iracundia, pondus immobile, neceſſarium malum.

Pulchritudo, naturalis captio, parvi temporis flos, error humanus, omnium cupiditas, dulcis morbus, amabile tormentum.

Finis Sententiarum Secundi.

SEXTI

SEXTI PYTHAGOREI

SENTENTIÆ,

E Græco in Latinum

A RUFFINO VERSÆ.

SEXTI PYTHAGOREI SENTENTIÆ

E Græco in Latinum

A *Ruffino* Verſæ, & *Xyſto* Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo falsò attributæ.

Fidelis homo, electus homo eſt.

Electus homo, homo Dei eſt.

Homo Dei eſt, qui Deo dignus eſt.

Deo dignus eſt, qui nihil indignè agit.

Dubius in fide, infidelis eſt.

Infidelis homo, mortuus eſt corpore vivente.

Verè fidelis eſt, qui non peccat, atque etiam in minimis cautè agit.

Non eſt minimum in humana vita, negligere minima.

Omne peccatum impietatem puta. Non enim manus, vel oculus peccat, vel aliquod hujuſmodi membrum: ſed malè uti manu vel oculo, peccatum eſt.

Omne membrum corporis, quod invitat te contra pudicitiam agere, abjiciendum eſt. Melius eſt uno membro vivere, quàm cum duobus puniri.

Immortales crede te manere in judicio honores & pœnas.

Si quæcunque in hoc mundo habes aliquis auferat tibi, ne indigneris.

Inculpatus eſto.

Omnia auferenti à te cede, præter libertatem.

Sapiens vir, & pecuniæ contemptor, ſimilis eſt Deo.

Rebus mundanis in cauſis tantùm neceſſariis utere.

Quæ mundi ſunt, mundo: & quæ Dei ſunt, reddantur Deo.

Certus eſto, quod animam tuam fidele depoſitum acceperis à Deo.

Cum loqueris Deo, ſcito quod judiceris à Deo.

Optimam purificationem putato, nocere nemini.

Anima purificatur Dei verbo per ſapientiam.

Non putes Dei ſapientiam inſenſibilem eſſe.

Deus ſicut mens eſt, quæ movetur ſponte, ſecundum hæc & ſubſiſtit.

Magnitudinem Dei non invenies, etiam ſi pennis volare poſſis.

Nomen Dei ne quæras, quia non invenies: nam omne quod nomine appellatur, à digniore nomen accipit, ut alius quidem vocet, alius autem audiat. Quis ergo eſt, qui nomen impoſuit Deo? Deus autem non nomen

eſt Deo; ſed indicium quod ſentimus de Deo.

Nihil ergo de Deo, quod non licet quæras.

Deus ſapiens lux eſt, non capax contrarii.

Quæcunque fecit Deus, pro hominibus ea fecit.

Angelus miniſter eſt Dei ad hominem.

Tam pretioſus eſt homo apud Deum, quam Angelus.

Primus beneficus eſt Deus: Secundus eſt is, qui beneficii ejus fit particeps homo. Vive igitur ita, tanquam qui ſis ſecundus poſt Deum, & electus ab eo.

Habes, inquam, in te aliquid ſimile Dei, & ideo utere teipſo velut templo Dei, propter illud quod in te ſimile eſt Dei.

Revereatur vitam tuam mundus. Nihil admittas quod tibi invehat notam.

Male viventes cum è corpore exceſſerint, cruciabit malus dæmon: uſque quo etiam noviſſimum quadrantem exigat ab eis.

Beatus vir cujus animam nemo reprehendit ad Deum euntem.

Deum ergo honora ſuper omnia, ut ipſe dominetur tibi.

Quicquid ſuper omnia honoraveris, hoc tibi dominabitur. Si autem dominatum tui gerit Deus, ita tu demum dominaberis omnibus.

Honor ſummus Deo, ſcire eum & imitari.

Simile quidem Deo per omnia nihil eſt, grata tamen ei eſt inferioris quantum poſſibile eſt imitatio.

Templum Sanctum eſt Deo, mens pii, & altare eſt optimum ei, cor mundum, & ſine peccato.

Hoſtia ſoli Deo acceptabilis, benefacere hominibus pro Deo.

Deo gratiam præſtat homo, qui quantum poſſibile eſt vivit ſecundum Deum.

Deus quidem nullius eget, fidelis autem Dei ſolius: æmulatur ergo illum qui nullius eget, is qui paucis in rebus neceſſariis indiget.

Satage magnus quidem eſſe apud Deum, apud homines vero invidiam fuge.

Si benignus ſis erga indigentes, magnus eris apud Deum.

Sapiens vir, cujus viventis quidem parva eſt apud homines opinio, defuncti vero gloria prædicatur.

Omne tempus, quo de Deo non cogitas, hoc puta te perdidiſſe.

Corpus quidem tuum incedat in terra, anima autem ſemper ſit apud Deum.

Intellige quæ ſint bona, ut bene agas.

Bona cogitatio hominis Deum non latet, & ideo cogitatio tua pura ſit ab omni malo.

Dignus eſto eo, qui te dignatus eſt filium dicere, & age omnia ut filius Dei.

Quod Deum patrem vocas, hujus in actionibus tuis memor eſto.

Vir caſtus & ſine peccato, pote-

poteſtatem accepit à Deo eſſe filius Dei.

Bona mens, chorus eſt Dei.

Mala mens, chorus eſt dæmonum malorum.

Injuſtum ſi inhibeas agere injuſte, hoc eſt ſecundum Deum punire.

Satage non videri, ſed eſſe juſtus: certum eſt enim, non eſſe eum, qui videri vult eſſe.

Honora quod juſtum eſt, propter hoc ipſum quod juſtum eſt.

Nequaquam latebis Deum agens injuſte, ſed nec cogitans quidem.

Vir ſapiens caſtus erit Deo.

Omnem ſpurcitiem fuge.

Semper de bonis loqui ſtude.

Libidinem vince, continens corpus in omnibus, quia ex delitiis & voluptatibus non effugies ſpurcitiem.

Voluptuoſum Deus non exaudit.

Delitiarum finis corruptio.

Non verbum, ſed ratio præcedat actus tuos.

Perniciosum eſt ſervire vitiis, quia quot vitia habet anima, tot & dominos.

Amor pecuniæ amorem carnalium indicat.

Acquire poſſeſſionem animæ firmam, virtutem. Quid eſt firma poſſeſſio, niſi virtus aut vis animæ?

Renuncia rebus corporis, dum adhuc potes, & quantum potes.

Hoc ſolum tuum ducito quod bonum eſt.

Qualis vis eſſe dum Deum oras, talis ſemper eſto.

Dum optima quæque abjeceris prædia, tunc purificatus pete quod vis à Deo.

Lingua maliloqua indicium eſt mentis malæ.

Inſueſce linguam tuam bene proloqui, & maxime cum de Deo ſit ſermo.

Nocere Deo nemo poteſt.

Impius, in Deum maledicus, & infeſtus, & contumelioſus eſt.

Fundamentum pietatis eſt continentia: culmen autem pietatis, amor Dei.

Pium hominem habeto tanquam teipſum.

Opta tibi evenire non quod vis, ſed quod expedit.

Qualem vis eſſe proximum tuum tibi, talis eſto & tu tuis proximis.

Quæ culpes, facere noli.

Nulli ſuadenti acquieſcas petere quod non eſt bonum.

Quod Deus tibi dat nullus auferre poteſt.

Delibera priuſquam agas, & antequam agas, provide quale ſit quod factus es.

Si quid non vis ſcire Deum, iſtud nec agas, nec cogites.

Priuſquam agas quodcunque agis, cogita Deum, ut lux ejus præcedat actus tuos.

Grandis impietas in Deum, affligere hominem.

Anima illuſtratur recordatione Dei.

Contentus eſſe mediocribus ſtude.

Noli omnia concupiſcere.

Occaſiones donorum perquire etiam cum labore.

Noli diligere ea quæ corporis ſunt.

Immundum hominem facit actus turpis.

Purgatur anima inſipientis, cùm arguitur intrinſecus latens ſenſus ejus.

Deus in bonis actibus hominibus dux eſt.

Neminem inimicum deputes.

Dilige omne quod ejuſdem tecum naturæ eſt: Deum verò plus quàm animam dilige.

Peſſimum eſt peccatoribus, in unum convenire cùm peccant.

Multi cibi impediunt caſtitatem, & incontinentia ciborum immundum facit hominem.

Animantium omnium uſus quidem in cibis indifferens, abſtinere verò rationabilius eſt.

Non cibi qui per os inferuntur polluunt hominem, ſed ea quæ ex malis actibus proferuntur.

Quicquid cupiditate victus acceperis, polluit.

Multitudini placere ne ſatagas.

In omni quod bene agis, autorem eſſe deputa Deum.

Mali nullius autor eſt Deus.

Non amplius poſſideas quam uſus corporis poſcit.

Aurum non eripit animam è malis.

In delitiis corporis poſitus, certum eſt quod ignores illa, quæ præparata ſint tibi à Deo.

Ea poſſide quæ nullus poſſit auferre à te.

Fer quod neceſſe eſt, ſicut neceſſe eſt.

Magnanimus eſſe ſtude.

Ea quæ contemnes ſi recte laudaris, ne retineas. In quibus probabiliter magnificus eris, hæc obtine.

Hæc poſce à Deo quæ dignum eſt præſtare Deum.

Ratio quæ in te eſt, vitæ tuæ lux eſt.

Ea pete à Deo, quæ accipere ab homine non potes.

In quibus præcedere debet labor, hæc tibi opta evenire poſt laborem.

Oratio vel vota pigri ſermo vanus.

Non oportet contemnere ea, quibus etiam poſt diſpoſitionem corporis egemus.

Non petas à Deo id, quod cum habueris non perpetuo obtinebis.

Inſueſce animam tuam aliquid magnum de ſe ſentire poſt Deum.

Nil pretioſum ducas, quod auferre à te poſſit homo malus..

Hoc ſolum bonum putato, quod Deo dignum eſt.

Quod Deo dignum eſt, hoc & viro bono.

Quicquid non convenit ad beatitudinem Dei, non conveniat homini Dei.

Ea debes velle, quæ & Deus vult.

Filius Dei eſt, qui hæc ſola pretioſa ducit, quæ & Deus.

Donec in deſideriis eſt caro, anima ignorat Deum.

Cupiditas poſſidendi origo avaritiæ eſt.

Ex ſui ipſius amore injuſtitia naſcitur.

Corpus animæ moleſtum non natura, ſed peccatum fecit.

Omne quod homini plus eſt quam neceſſe ſit, inimicum ei eſt.

Qui

Qui amat quod non expedit, non amabit quod expedit.

Sapiens verbis innoteſcit paucis.

Qui ſtudet his quæ non bona, latebunt quæ ſunt bona.

Semper apud Deum mens eſt Sapientis.

Sapientis mentem Deus inhabitat.

Inexplebilis eſt omnis cupiditas, propterea & ſemper indiget.

Sapiens ſemper ſimilis eſt ſibi.

Sufficit ad beatitudinem agnitio Dei *ſolius*, & imitatio.

Malis qui adulatur, pejores eos facit.

Intolerabilis fit malitia cum laudatur.

Lingua tua ſenſum tuum ſequatur.

Melius eſt lapidem fruſtra jactare, quàm verbum. Delibera antequam dicas, ne quæ non expedit dicas. Verba ſine ſenſu opprobria.

Verboſitas non effugiet peccatum.

Brevis eſt in ſermonibus ſapiens.

Indicium imperitiæ longa narratio.

Veritatem dilige.

Mendacio tanquam veneno utere.

Ante omnia tempus verbis tuis requirito.

Tum loquere, quando tacere non expedit.

De quibus ignoras tace, de quibus autem certus es, loquere opportunè.

Sermo extra tempus indicium malitioſæ mentis eſt.

In conventu ne ſatagas primum dicere.

Melius eſt vinci vera dicentem, quàm vincere mentientem.

Fides actus tuos omnes præcedat.

Sapientia animam perducit ad Deum.

Nihil tam vernaculum ſapientiæ, quam veritas.

Nunquam poteſt anima bona mendacium diligere.

Pravo & peſſimo ingenio fides *aliena* eſt.

Fidelis homo audire quæ oportet amat magis, quàm dicere quæ non oportet.

Vir libidinoſus ad omnia inutilis eſt.

Irreprehenſibilis in verbis utitur Deo.

Peccata diſcentium opprobria ſunt doctorum.

Mortui ſunt apud Deum, per quos nomen Dei maledicitur.

Sapiens homo beneficus poſt Deum.

Sermones tui vitam tuam commendent auditoribus.

Quod fieri non decet, neque in ſuſpicionem veniat, quaſi id feceris.

Quod pati non vis ab alio, neque id facias.

Quæ tibi facere eſt turpe, hæc & aliis imperare facienda turpiſſimum eſt.

Etiam in cogitationibus tuis mundus eſto à peccato.

Cùm præes hominibus, memento quòd & tibi præeſt Deus.

Vindictam exercens, ſcito quia & judiceris à Deo.

Majus eſt periculum judicantis, quàm ejus qui judicatur.

Levius eſt omne vulnus, quàm verbum.

Poſſibile eſt verbo fallere homines, non autem Deum.

Non putes malum, ſi tu cùm veritatem ſcias culparis in verbo.

Malè ſentire de fide, amor jactantiæ facit.

Fidelis eſſe magis quàm videri ſtude.

Cole ſapientem virum tanquam imaginem Dei viventis.

Sapiens vir etiamſi nudus ſit, ſapiens apud te habeatur.

Neminem propterea magni æſtimes, quòd pecuniâ divitiiſque abundet.

Difficile eſt divitem ſalvari.

Derogare viro ſapienti ac Deo, æquale ducito peccatum.

Verbum de Deo loquens, depoſitum te putato accepiſſe animas.

Quod bonum eſt, hoc ſolum te decere puta.

Age magna, non magna pollicens.

Non eris ſapiens, ſi te reputaveris ſapientem.

Non poteſt bene vivere qui non integre credit.

In tribulationibus quis ſit fidelis agnoſcitur.

Finem vitæ exiſtima vivere ſecundùm Deum.

Nihil putes malum, quod non ſit turpe.

Mali finis injuria, injuriæ autem perditio.

Non dominatur mala affectio in mente fidelis.

Omnis mala affectio animi rationi eſt inimica.

Quicquid feceris animo malè affecto, pœnitebis.

Affectiones pravæ ægritudinum initia.

Malitia eſt ægritudo animæ.

Animæ autem mors injuſtitia & impietas.

Tunc te putato fidelem, cùm paſſionibus animæ carueris.

Omnibus hominibus ita utere, quaſi communis omnium poſt Deum curator.

Qui hominibus malè utitur, ſeipſo malè utitur.

Qui nihil mali vult, fidelis eſt.

Opta ut bene poſſis facere inimicis.

Sine Deo non poteris vivere Deo.

Malis ineptus videtur vir ſapiens.

Omnia ſufferto pro eo, ut ſecundùm Deum vivas.

Orationem Deus non exaudit hominis, qui egenum non exaudit.

Sapientia ſapienti donum à Deo.

Honorans ſapientem teipſum honorabis.

Fidelem te eſſe noſce.

Cùm filium te quis Dei dicet, memento cujus te filium dicat.

Deum patrem invocans in actibus hoc recordare.

Verba tua pietate ſemper plena ſint.

In actibus tuis ante oculos pone Deum.

Nefas

Nefas eſt Deum patrem invocare, & aliquid inhoneſtum agere.

Qui non diligit ſapientem, nec ſeipſum diligit.

Nulla propria poſſeſſio putetur ſapientis.

Quorum communis eſt Deus idémque pater, hi niſi auxilia & opem in commune conferant, impii ſunt.

Deo ingratus eſt qui non magni ducit ſapientem.

Conjugium tibi refutare conceſſum eſt, idcirco ut vivas indeſinenter adhærens Deo. Si autem tanquam prælium ſciens tamen pugnare vis, & uxorem duc, & filios procrea.

Adulter eſt in ſuam uxorem omnis impudicus amator ardentior.

Nihil propter ſolam libidinem facias.

Scito te adulterum eſſe, etiam ſi cogites de adulterio. Sed & de omni peccato eadem ſit tibi ratio.

Fidelem te eſſe profeſſus, ſpopondiſti pariter non peccare Deo.

Fideli mulieri ornatui ducatur pudicitia.

Vir qui uxorem dimittit, profitetur ſe nec mulierem gerere.

Mulier pudica gloria viri eſt.

Reverentiam habens uxori, habebis eam reverentem.

Fidelium conjugium certamen habeat continentiæ.

Ut continueris ventrem, ita & venereos motus.

Devita infidelium laudes.

Quæ gratis accipis à Deo, præſta gratis.

Multitudinem fidelium non invenies. Rarum eſt enim omne quod bonum eſt.

Sapientem honora poſt Deum.

Cùm argueris ſapientem, diliget te.

Qui ſapienti non obtemperaverit, nec Deo obtemperabit.

Fidelis volens eſſe, præcipuè quidem hoc nitere, ne pecces: quod etiam ſi fortè acciderit, ſaltem cave ne iteretur idipſum.

Doctrinam quæ non eſt Deo digna ne dicas.

Multa velle ſcire, curioſitas animi putanda eſt.

Qui cognoſcit quæ Deo digna ſunt, ille ſapiens eſt.

Doctrinam ex qua proficere potes in amore Dei, illam neceſſariò expete.

Sapiens vir parcit ne perdat tempus.

Fiduciam cum verecundia habeto.

Excrucient te liberi malè viventes, magis quàm morientes.

Filii infideles nec filii.

Fidelis vir non ægre fert abjectionem liberorum.

Vivere quidem non eſt in nobis, rectè autem vivere in nobis eſt.

Non judices eſſe ſapientiæ ſtudioſum, cui non de omnibus credis.

Criminationes adversùs ſapientiæ ſtudioſum noli admittere.

Stude communiter omnibus benefacere.

Execrabile tibi ſit, etiam juſtè aliquid punire.

Si vis cum lætitia animi vivere,

re, noli multa agere. In multis enim actionibus minor eris.

Quod non poſuiſti ne tollas, ſed ſufficiant tibi quæ tua ſunt.

Relinquens quæ poſſides, ſequere verbum Dei. Liber enim eris ab omnibus cum Deo ſervieris.

Ceſſa à cibo.

Ede citra ſatietatem.

Omni homini impartito.

Pro reficiendo paupere etiam jejunare bonum eſt.

Omne poculum tibi ſuave ſit, quod ſitim extinguit.

Ebrietatem quaſi inſaniam fuge.

Homo qui à ventre vincitur, belluæ ſimilis eſt.

Ex carne nihil oritur bonum.

Turpiſſimæ libidinis ea quidem, quæ ſuavia ſunt citò tranſeunt, probra verò perpetuò manent.

Solent homines abſcindere aliqua membrorum ſuorum pro ſanitate reliquorum; quanto id præſtantius pro pudicitia fiet?

Grandem pœnam putato cum in deſideriis obtinueris, nunquam enim ſedat deſiderium adeptio deſideratorum.

Non eſt ſapienter factum, in quo libertas aufertur.

Bona habere omnes quidem optant, obtinent autem qui ſemetipſos integre verbo Dei mancipârunt.

Sapientiæ amator, & honeſtus eſto, & non obtrectator.

Rara ſit objurgatio tua, & opportuna.

Nimius riſus indicium eſt animi negligentis, ne ergo tantum tibi indulgeas ut riſu diffluas.

Caſtorum vita ſit tibi honeſtatis exemplum.

Optimum quidem eſt non peccare, peccantem verò agnoſcere quàm ignorare, melius eſt.

Jactans non eſt ſapiens.

Magnam ſcito eſſe ſapientiam, per quam ferre potes ineruditorum inſipientiam.

Turpe ducito proprio ore laudari.

Sapientum animæ inſatiabiles ſunt in amore Dei.

Exordium in agendo à Deo ſume quæ agis.

Ore autem priùs Deum habeto & mente quàm reſpires.

Ea quæ oportet diſcere & ita facere, ne coneris facere antequam diſcas.

Carnem noli amare.

Animam bonam poſt Deum dilige.

Domeſticorum indignationes ferre ſapientis eſt.

Sapientum divitiæ continentia.

Si quid proprium alii tradideris, at ipſe non habebis, non judices bonum.

Juſta communio ſervanda.

Non dicas aliquod alio peccato levius.

Sicut in benefactis laudari vis, ita in delictis patienter accipe ſi culparis.

Quorum laudes contemnis, eorum neque derogationes magni pendas.

Theſaurum quidem defodere inhumanum eſt, inventum auferre non eſt ſapientis.

Quantum laboras pro corpore, ſi tantum labores pro anima, ſapiens eris.

Sapiens

Sapiens non eſt qui nocet.

Ad omnia, quæ agis, Deum invoca teſtem.

Deus bonos actus hominum confirmat.

Malorum actuum malus dæmon dux eſt.

Sapiens vir Deum hominibus commendat.

Deus ſuper omnia opera ſua, plùs ſuper ſapientem gloriatur.

Nihil tale poſt Deum verum ſicut ſapiens.

Quæcunque Deus poſſidet, hæc & ſapiens.

Malus vir non putat eſſe providentiam.

Anima mala Deum fugit.

Omne quod malum eſt, Deo inimicum eſt.

Qui ſapit in te, hunc dicito eſſe hominem.

Particeps Dei eſt vir ſapiens.

Ubi eſt quod ſapit in te, ibi eſt & bonum tuum.

Bonum in carne non quæras.

Quod animæ non nocet, nec homini.

Sapientem hominem tanquam Dei miniſtrum honora poſt Deum.

Tabernaculum quidem corporis graviter ferre ſuperbum eſt.

Deponere autem poſſe, cum oportuerit, in pace, beatum eſt.

Mortis quidem ipſe tibi cauſa non fias.

Si quis autem vult te corpore exuere, ne indigneris.

Sapientem ſi quis de corpore extrudat injuſtè, in iniquitate ſua beneficium ei præſtat, abſolvitur enim tanquam è vinculis.

Hominem metus mortis contriſtat pro imperitia animæ.

Ferrum quo homines interimuntur optimum fuerat non fieri, factum tamen apud te non ſit.

Nulla ſimulatio multo tempore latebit, maximè in fine.

Ut ſunt mores tui, talis & vita tua: mors enim religioſi facit vitam beatam.

Qui cogitat adverſùs alium mala, ipſa præveniens ipſe perfert mala.

Ne te impediat à benefaciendo homo ingratus.

Optimè facultatibus utitur is, qui indigentibus libenter tribuit.

Fratrem volentem à fide recedere, hortare ne faciat, & ſi inſanabilis ſit, magis obſerva.

In fide conare omnes homines vincere.

Intellectum non priùs habebis quam intellexeris te habere.

Stude tuâ ſorte contentus eſſe.

Membra corporis ſarcina ſunt iis qui eis non utuntur.

Miniſtrare aliis melius eſt, quàm ab aliis miniſtrari.

Quem Deus non emittit è corpore, ne graviter ferat.

Sententiam quæ miſericordiam vetat, non ſolum non tenere ſed audire refuge.

Qui dat aliquid & imputat, contumeliam magis quàm beneficium dedit.

Qui tuetur pupillos, erit multorum filiorum ſecundùm Deum pater.

Quicquid egeris cauſâ gloriæ, merces facti tui erit.

Si quid dederis ut hominibus innoteſcas, non homini, ſed propriæ libidini præſtitiſti.

Ira-

Iracundiam multitudinis ne provoces in te.

Diſce quod oportet fieri ut beatus fias.

Melius eſt fame mori, quàm per incontinentiam ventris maculare animam.

Veſtimentum eſſe putato animæ corpus tuum, mundum igitur id conſerva.

Qualia ſtudia geſſerit anima corpus inhabitans, tales habebit teſtes in judicio.

Immundam animam ſibi dæmones immundi vendicant.

Fidelem animam & bonam in via Dei mali dæmones non impediunt.

Verbum de Deo non omni homini committas.

Non eſt tutum audire de Deo homines vanæ gloriæ jactantiâ corruptos.

De Deo etiam quæ vera ſunt, loqui periculum eſt, & non parvum.

De Deo nihil dicas quod non didiceris à Deo: vel ei qui non credit, de Deo nihil loquaris.

Verbum verum ut Deum honora.

Si immunis non es à flagitioſis operibus, de Deo nihil diſceptes.

Sermo verus de Deo, ſermo Dei eſt.

Si ſcis quòd acceptum habent de te, quòd diligis Deum, hi qui te audiunt, tunc eis loquere de Deo.

Opera charitatis Dei procedant abs te, & tunc ſermonem facito de Deo.

In multitudine dicere de Deo non audeas.

Verbum de Deo parciùs proferto quàm de anima. Melius eſt animam perdere, quàm verbum vanum de Deo proferre.

Viri amantis Deum, corporis poteſtatem habet leo, & tyrannus ſimiliter.

Cùm tibi minatur tyrannus, cujus ſis, tunc memor maximè eſto.

Verbum de Deo reticere præſtat magis, quàm temere proferre.

Qui dicit de Deo quæ non ſunt, contra eum falſum loquitur.

Deum non cognovit, qui non colit.

Non eſt verum quòd Deum colat qui hominem lædit.

Fundamentum, & initium eſt cultûs Dei, amare Dei homines.

Qui hominum curam gerit, & orat Deum pro eis, iſte verè à Deo eſſe putandus eſt.

Dei proprium eſt ſalvare, quos dignos judicat.

Cultoris autem Dei eſt orare Deum pro ſalute hominum.

Cum oranti tibi præſtitum fuerit quod popoſciſti à Deo, tunc tibi poteſtatem permiſſam à Deo intellige.

Dignus Deo homo, Deus eſt & in hominibus.

Melius eſt nihil habere, quàm multa habentem nemini impertiri.

Si non das egenti cùm poſcit, non accipies à Deo cum popoſceris.

Qui ex animo dat cibum indigenti, parùm quidem eſt quod dat, ſed magna fiet ei bonæ voluntatis retributio.

Deum

Deum qui putat eſſe, & nihil ab eo curari, nihil differt ab eo, qui non credit eſſe Deum.

Optimè honorat Deum ille, qui mentem ſuam quantùm fieri poteſt ſimilem Deo facit.

Deus quidem nequaquam eget, lætatur tamen ſuper his qui indigentibus tribuunt.

Fidelium pauca ſint verba, opera autem multa.

Fidelis qui libenter vult doceri, operarius efficietur veritatis.

Præpara & apta te ad tribulationes, & lætus eris.

Neminem lædens nullum timebis.

Tyrannus beatitudinem non aufert.

Quod fieri neceſſe eſt voluntariè ſacrificato.

Quod non oportet fieri, nullo modo facias.

Omnem magis cauſam refer ad Deum.

Nemo ſapiens eſt qui deorſum reſpicit in terram.

Immenſa amatoris ſapientiæ libertas non ſit in homine, ſed in anima.

Mentiri, in vita decipere eſt, & decipi.

Quid ſit Deus agnoſce, & quid in te quod agnoſcit Deum.

Dei opus bonum, homo bonus.

Sine Deo ſunt hi, pro quibus verbum Dei maledicitur.

Animam mors non perdit, ſed mala vita.

Si ſcis à quo factus es teipſum agnoſcis.

Non eſt ſecundùm Deum vivere, niſi pudicè, & bene, & juſtè quis agat.

Hominum infidelium vita opprobrium eſt.

Animam de terra fides elevat ad Deum.

Animæ ſapientis magnitudinem non invenies, ſicut nec Dei quidem.

Quæcunque dat mundus, nemo firmiter tenet.

Quæcunque dat Deus, nemo auferre poteſt.

Divina ſapientia vera eſt ſcientia.

Immundæ animæ ne audeas loqui de Deo.

Viri periculum in operibus primò ſicut in verbis facito.

Aures tuas non omnibus committas.

Operari quidem Deo omnibus facile eſt, dicere autem de Deo ſoli juſto permittendum.

Non cruciet anima tua corpus tuum; neque animam tuam libido corporis.

Inſueſce teipſum quidem corpori præbere quæ ſua ſunt caſtè, & animæ quæ ſua ſunt piè.

Paſce animam tuam verbo Dei, & corpus ſimplicibus cibis.

Illis inſueſce animam tuam gaudens in quibus rectè gaudeat. Anima quæ iniquis rebus gaudet, indigna eſt apud Deum.

Sapientis anima audit Deum, ſapientis anima aptatur à Deo, ſapientis anima ſemper eſt cum Deo.

Cor diligentis Deum in manu Dei ſtabilitum eſt.

Animæ aſcenſus ad Deum per Dei verbum eſt.

Sapiens ſequitur Deum, & Deus animam ſapientis.

Gaudet rex ſuper his quos regit, gaudet ergo Deus ſuper ſapiente. Inſeparabilis eſt & ab his quos regit ille qui regit, ita ergo & Deus ab anima ſapientis quam tuetur & regit.

Regitur à Deo vir ſapiens, & idcirco beatus eſt.

Anima ſapientis ac mens Deo probatur.

Sapiens vir & cùm tacet honorat Deum.

Venerem & ea quæ ſub alvo ſunt non continens, nec fidelis. Homo incontinens polluit Deum.

Hominem ſcientia Dei paucis verbis uti facit.

Multis verbis uti de Deo ignorantia Dei facit.

Homo qui Dei cognitionem habet non multâ ambitione utitur.

Qui electus Dei eſt, facit quidem omnia ſecundùm Deum, eſſe autem ſeipſum non jactat.

Fidelis homo ſemper in metu eſt uſquequo eat ad Deum.

Homo qui ſecundo ſatiatur cibo, non dormit noctu, nec concubitum effugit, ſed nec dignus eſt apud Deum.

Alioquin & Deus graviter fert libidines corporis.

Fidelis vir continentiâ paſcitur.

Sapientem fatum non facit, gratia enim Dei fato non ſubjacet.

Agnoſce qui ſunt *filii* Dei in creaturis ejus, & honora unumquemque pro merito poſt Deum.

Nil proprium Dei dicas quod malum eſt.

Fidelis anima & caſta & ſapiens, Propheta veritatis Dei eſt.

Non amabis Dominum Deum *niſi* habueris in te aliquid *ſimile* Dei.

Amicum deputa ſimilem ſimili tantummodo.

Si non diligis Deum, non ibis ad Deum.

Conſueſce teipſum ſemper reſpicere ad Deum.

Intuendo Deum videbis Deum.

Videns Deum facies mentem tuam qualis eſt Deus.

Excole quod intra te eſt, nec ei ex *libidine* corporis contumeliam facias.

Incontaminatum cuſtodi corpus tuum, tanquam ſi indumentum acceperis à Deo, & ſicut veſtimentum corporis immaculatum ſervare ſtude.

Sapiens mens ſpeculum eſt Dei.

FINIS.

ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΩ͂Ν
ΤΙΝΩ͂Ν
ΣΥΓΓΡΑΜΜΆΤΩΝ
ἈΠΟΣΠΑΣΜΆΤΙΑ.

EX QUORUNDAM
PYTHAGOREORUM
LIBRIS FRAGMENTA,

In quibus de Philoſophia
Morali agitur.

E STOBÆO deſumpta ſunt hæc

Hippodami,	*Sermone* CI
Euryphami,	*Eodem*
Hipparchi,	*Serm.* CVI
Archytæ,	*Serm.* I
Theagis,	*Eodem*
Metopi,	*Eodem*
Cliniæ,	*Eodem*
Theagis,	*Eodem*
Archytæ,	*Eodem*
Critonis,	*Sermone* III
Archytæ,	*Serm.* III & XLI
Poli,	*Serm.* IX.

Vertit ea in Latinum ſermonem GULIELMUS CANTERUS, & Notas addidit.

Annectuntur autem

Incerti cujuſdam diſſertationes.
Archytæ fragmenta ex Jamblichi protrept.
Pythagoræ Epiſtolæ II.
Lyſidis Epiſtola.
Theanûs Epiſt. III.
Meliſſæ Epiſtola.
Myæ Epiſtola.

EX HIPPODAMO Thurio, Pythagoréo, in libro De felicitate.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ἹΠΠΟΔΑ΄ΜΟΥ Θουρίου, τοῦ Πυθαγορείου, ἐν τῷ περὶ εὐδαιμονίας.

DE FELICITATE, CEU FINE.

GULIELMO CANTERO *Interprete.*

ANIMALIA beatitudinis alia capacia ſunt, alia non ſunt. Capacia ſunt ea, quæ ratione ſunt prædita: quandóquidem beatitudo ſine virtute ſubſiſtere non poteſt: virtus autem in eo, quod rationis eſt compos, cernitur. Capacia non ſunt, quæ ratione carent. Etenim nec quod viſu caret, viſûs aut operis aut virtutis eſt capax: nec quod rationis eſt expers, ratione præditi vel opus vel virtutem poteſt capere. At beatitudo & virtus ratione prædito, illa tanquam opus, hæc tanquam ars quædam eſt. Jam ratione prædita quædam ipſa perfecta ſunt, quæ per ſe ſunt perfecta, nec ullâ re externâ

ΤΩ͂Ν ζώων τὰ μὲν ἐντὶ δεκτικὰ τᾶς εὐδαιμονίας· τὰ δὲ, ἄδεκτα. καὶ δεκτικὰ μὲν ὅσα λόγον ἔχει· (ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, ὀυκ ἄτερθεν ἀρετᾶς· ἁ δὲ ἀρετὰ ἐγγίνεται τῷ λόγον ἔχοντι πρᾶτον) ἄδεκτα δὲ [1] ὅσα λόγον ὀυκ ἔχει. οὔτε γὰρ τὸ ὄψιος ἄμοιρον, δέχεται τᾶς ὄψιος ἔργον, ἢ τᾶς ὄψιος ἀρετάν· οὔτε τὸ λόγω ἄμοιρον, τὸ τῶ λόγον ἔχοντος ἔργον, ἢ τὰν τῶ λόγον ἔχοντος ἀρετάν. ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον [2] ἔχοντι, τὰ μὲν ὡς ἔργον, τὰ δὲ ὡς τέχνα τὶς ἐντί. τῶν δὴ λόγον ἐχόντων ζώων, τὰ μέν ἐντι αὐτοτέληα, ὅσα δι' αὐτὰ τέληά ἐντι, καὶ οὐδενὸς ἐπιδεῆ τῶν ἔξωθεν, οὔτε ποτὶ τὸ ἦμεν,

1 ἄδεκτα δὲ.] *Locum mutilum ſic reſtituimus, cùm priùs legeretur, ἄδεκτα δὲ, ὄψιος ἔργον, &c.*

2 Ita hoc loco ſcribendum, hoc ſenſu: Beatitudo & virtus ratione prædito competunt; illa (beatitudo) tanquam opus (cui conſequendo omnes homines intenti ſunt) hæc (virtus) tanquam ars quædam, (quâ beatitudo vera adquiritur.) Geſnerus edidit, ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντι κλώμενος ἔργον· τῶ δὲ ὡς ʼκνα τὶς ἐντι. Inde Canterus fecit: ἁ δ' εὐδαιμονία καὶ ἀρετὰ τῶ λόγον ἔχοντος τὸ μὲν ὡς ἔργον, τὸ δὲ ὡς τέχνα τὶς ἐντι. Benè quidem, τέχνα pro τέκνα. ſed male mutavit ἔχοντι in ἔχοντος. & particularum ſcripturam Doricam non obſervavit. Hic enim τὰ μὲν, τὰ δὲ, ſingulari numero, pro ἁ μὲν, ἁ δὲ uſurpantur. Sic enim paullò poſt hic invenimus: συμπεραίνῃ δὲ τὰς πράξιας ἀρετὰ καὶ τύχα. τὰ μὲν ἀρετὰ, κατ' ἂν χρῆσιν· τὰ δὲ εὐτυχία, κατ' ἂν κατόρθωσιν. M. Meibom.

ἦμεν, οὔτε ποτὶ τὸ καλῶς ἦμεν. τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ θεός. οὐκ αὐτοτέληα δὲ, ὅσα μὴ δι' αὐτὰ τέληά ἐντι, ποτιδέεται δὲ τᾶς ἔξωθεν αἰτίας. τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ ἄνθρωπος. τῶν δὴ οὐκ αὐτοτελήων, τὰ μέν ἐντι τέληα, τὰ δ' οὐ τέληα. καὶ τέληα μὲν, ὅσα καὶ παρὰ τὰν αὐτῶν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὰς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται. καὶ παρὰ μὲν τὰν αὐτῶν, τῷ καὶ φύσιν ἀγαθὰν καὶ προαίρεσιν ποτενέγκασθαι· παρὰ δὲ τὰς ἔξωθεν, τῷ εὐνομίαν καὶ ἐπιστάτας ἀγαθὼς λαβεῖν. 3 οὐ τέληα δὲ, τὰ ἤτοι μηδετέρω τούτων κοινωνάσαντα, ἢ τινὸς αὐτῶν, ἢ τὸ καθόλου φαῦλα ὑπάρχοντα· καττόν γε τρόπον τᾶς ψυχᾶς. 4 τοιοῦτος δὲ καὶ εἴη θάτερος ἄνθρωπος. τῶν δὲ τελήων ἀνθρώπων δοιαὶ διαφοραί. τοὶ μὲν γάρ ἐντὶν [illegible] καττὰν φύσιν τέληοι· τοὶ δὲ, καττὸν βίον. καὶ καττὰν φύσιν μὲν, μόνοι τοὶ ἀγαθοί. οὗτοι δὲ κ' εἶεν, τοὶ ἔχοντες τὰν ἀρετάν· 5 ἁ γὰρ ἀρετὰ τᾶς ἑκάστω φύσιος καὶ ἀκρότας, καὶ τεληότας ἐντί. ἁ μὲν τῷ ὀφθαλμῶ, τᾶς τῶ ὀφθαλμῶ φύσιος ἀκρότας καὶ τεληότας· ἁ δὲ τῶ ἀνθρώπω, τᾶς τῶ ἀνθρώπω φύσιος καὶ ἀκρότας καὶ τεληότας. καττὸν βίον δὲ τέληοι, τοὶ μὴ μόνον ἀγαθοὶ ὄντες, ἀλλὰ καὶ εὐδαίμονες. ἁ μὲν γὰρ εὐδαιμονία, τεληότας ἐντὶ

vel ut ſint, vel ut bene ſint, indigent. qualis quidem ſit Deus. Non ipſa perfecta ſunt, quæ per ſe non ſunt perfecta, verum externas res requirunt. qualis quidem ſit homo. Non ipſa perfecta porro quædam perfecta ſunt, quædam imperfecta. Perfecta, quæ & ſuis & externis cauſis nituntur: ſuis, quòd & naturam bonam, & conſilium rectum attulerint: externis, quòd rectam legum conſtitutionem ac probos præfectos nacti ſint. [*qualis quidem ſit homo bonus.*] Imperfecta ſunt, quæ vel neutrum horum, vel tantùm aliquod ſunt conſecuta, vel prorſus pravo ſunt ingenio. qualis quidem ſit alterius generis homo. Perfecti homines porro alii naturâ ſunt, alii vitâ perfecti. Naturâ, qui boni duntaxat ſunt, id eſt, virtute præditi. Virtus enim cujuſque in cujuſque rei natura ſupremum eſt & perfectio: tum oculi, in oculi natura ſupremum & perfectio: tum hominis, in hominis natura ſupremum & perfectio. Vitâ perfecti ſunt, qui non boni tantùm, ſed etiam beati ſunt. Cùm enim beatitudo ſit humanæ vi-

3 ἐπιστάτας ἀγαθὼς λαβεῖν.] *Addenda videntur*, τοιοῦτος δέ κεν εἴη ὁ καλοκἀγαθὸς ἄνθρωπος.

4 καὶ εἴη.] *Fortaſſe rectiùs*, κεν εἴη.

5 ἁ γὰρ ἀρετά.] *Deeſt*, ἑκάστω. ἁ γὰρ ἑκάστω ἀρετά.

6 ἔτι

tæ perfectio: vita quidem eſt actionum compoſitio, eas autem ad finem deducit beatitudo: id quod per virtutem fit & felicitatem: illam propter uſum, hanc propter ſucceſſum. Ac Deus quidem nec virtute ab aliquo perceptâ bonus, nec felicitate comitante beatus eſt redditus. Etenim naturâ tum bonus tum beatus erat, ſem pérque & fuit & erit, nec unquam talis eſſe deſinet, cùm interire non poſſit. Homo verò nec bonus naturâ nec beatus eſt, verùm diſciplinam & fortunam requirit: virtutis quidem, ut bonus, felicitatis autem, ut beatus evadat, indigens. Quocirca duo hæc beatitudinem humanam conſtituunt, laudatio & felicitatis prædicatio. Laudatio virtuti, altera felicitati tribuitur. Jam virtutem ex divina, felicitatem ex humana ſorte adipiſcitur. Differunt autem cùm divina cæleſtiáque à mortalibus ac terrenis, tum à melioribus deteriora. Itaque qui Deos ſequitur, beatus: qui mortales, miſer evadit. Nam prudentiâ prædito decens & utilis eſt felicitas: decens, quoniam uti novit: utilis quia factis manum

